

R-140

COLLECTANAE moralis
philosophiae . . . / collectore.
F. Ludovico Granatensi . . . —
A. Parisiis : Apud Guiljelmum
Chaudiere . . . , 15 32

COLLECTANEA MORALIS PHILOSOPHIAE, IN

TRES TOMOS DISTRIBUTA: QUORVM
primus selectissimas sententias ex om-
nibus Senecæ operibus,

Secundus ex moralibus opusculis Plutarchi,

Tertius clarissimarum Principum & Philosophorum
insigniora Apophtegmata, hoc est, dicta memo-
rabilia complectitur.

QUÆ OMNIA PER COMMUNES LO-
cos digesta sunt, ut studiosus lector quid in quouis
argumenti genere sibi commodum fuerit,
inuenire facile queat.

Collectore. F. LUDOVICO GRANATENSI
monacho Dominicano.




PARISIIS,

Apud Guilieum Chaudiere, via Iacobæa sub insigni
Temporis & Hominis syluestris.

M. D. LXXXII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.





PIO AC BENEVOLO
LECTORI.



MIRABERIS fortasse can-
dide lector, quid mihi vene-
rit in mentem, ut homo pro-
fessionis monasticæ addictus,
quique hæcenus scribendis
piis libellis, ad orationis stu-
diū rerūque diuinarū con-
templationem pertinentibus, vitam insumpserim:
in extrema nunc ætate Gentilium literis implica-
ver: eorūque sententias decerpere, & in lucem e-
dere voluerim. Huius igitur cōsiliij ratio mihi ex-
plicanda est. Statui quidem apud me, quod reli-
quum erat ætatis in iuuandis concionatorum stu-
diis (quorum est in Ecclesia & frequentissimus
& maximè salutaris vsus) consumere. Cum verò
intelligerem verum esse, quod eleganter quidam
ait, lectione orationem pinguescere, eūque ser-
monem maximè probari, qui variis grauissimo-
rum authorum sententiis refertus sit: decreui

AD PIVM LECTOREM.

quātum mihi per alias occupationes liceret) non
sacras literas modò, sed (quod in Evangelica etiam
parabola dicitur) vetera & nova patrum volu-
mina percurrere: vt selectissimas undecūmque
sententias colligerem: & per communes locos
digererem: quò in promptu, & veluti ad ma-
num in quouis argumenti genere quærenti præ-
stò essent. Quod quidem consilium communi &
trito apum exemplo noster etiam Seneca com-
mendat his verbis. Apes (vt aiunt) debemus i-
mitari, quæ vagantur, & flores ad mel facien-
dum idoneos carpunt. Deinde quicquid attule-
re disponunt, ac per fauos digerunt: & (vt Ver-
gilius noster ait) liquentia mella stipant: & dul-
ci distendunt nectare cellas. Nos quoque has apes
debemus imitari, & quæcunque ex diuersa le-
ctione congesimus, separare: melius enim distin-
cta seruantur. Hactenus ille. Cum igitur hoc
præstantissimi Philosophi consilium sequi decre-
uissem (quod multis doctis viris hoc nostro secu-
lo video placuisse: qui variis de rebus communes
locos ediderunt: & multorum etiam authorum
sententias in eos congesserunt) non esse Gentiles
Philosophos in hoc studio prorsus negligendos
mihi persuasi, cum præsertim. D. Augustinum
in hac eadem sententia fuisse intelligerem. Cuius
verba hoc in loco, propterea quòd instituti mei
propositum maximè tuentur, attexere volui. Is

AD PIVM LECTOREM.

igitur 2. de Doct. Christ. li. sic ait. Philosophi autem (si qua forte vera & fidei nostrae accommoda dixerunt, maxime Platonici) non solum formidanda non sunt, sed ab eis etiam tanquam iniustis possessoribus in usum nostrum vendicanda. Sicut enim Aegyptij non solum Idola habebant, & onera gravia, quae populus Israel detestaretur: sed etiam vasa atque ornamenta de auro, & argento, & vestem: quae ille populus exiens de Aegypto, sibi potius tanquam ad usum meliorem clanculo vendicaret: sic doctrinae omnes Gentilium non solum superstitiosa figmenta, sed etiam liberales disciplinas vsui veritatis aptiores, & quaedam morum praecepta utilissima continent: de quae ipso Deo colendo nonnulla vera inveniuntur apud eos. Quod eorum tanquam aurum & argentum (quod non ipsi instituerunt, sed de quibusdam quasi metallis diuinae prouidentiae, quae ubique infusa est, eruerunt) cum ab eorum misera societate sese Christianus homo separat, debet ab eis ad usum iustum praedicandi Evangelij auferre. Vestem quoque illorum, id est, hominum quidem instituta, sed tamen accommodata humanae societati, qua in hac vita carere non possumus, accipere atque habere licuerit, in usum conuertenda Christianum. Nam quid aliud fecerunt multi boni fideles nostri? Nonne aspicimus, quanto auro, & argento, & veste suffarcinatus

AD PIVM LECTOREM.

exierit de Aegypto Cyprianus doctior suavissimus, & martyr beatissimus? Quamto Lactantius? quamto Victorinus, Optatus, Hylarius? (vt de viuis taceam) quamto innumerabiles Graeci? Haec enim Aug. Huius igitur tanti viri consilium sequutus, ex Philosophis omnibus, qui de moribus & recta vitae institutione monumenta aliqua posteritati reliquerunt, duos potissimum (qui velut duo moralis philosophiae lumina sunt, nempe ex Latinis Senecam, ex Graecis Plutarchum) mihi praecipue deligendos putavi, quos studiosè perlegerem: & insigniores eorum sententias, velut amoenissimos flores carperem, & in calathis, hoc est, in locis communibus distinctè reponerem: quò & quid isti viri de virtutibus & vitis praecclare sensissent, vnum in locum congererem, & studiosis lectoribus velut spectandum proponerem. His etiam Apophthegmata (hoc est, clarissimorum Philosophorum, & Principum dicta, quae insigniora mihi visa sunt) eodem ordine, in saemque locis adnectenda putavi: propterea quòd haec non longis ambagibus, sed arguta breuitate, & dicentium auctoritate, facile & oblectat animos, & vitam instituunt.

Hoc igitur opus quod pro rerum varietate in tres tomos diuisimus, hac breuiori forma edendum curauimus: vt hac formula excussus, velut quidam selectissimarum sententiarum thesaurus, non ad vitam solum institutionem, sed ad oblectamen-

AD PIVM LECTOREM.

tum quoque studiorū accommodatus, in sinū semper gestaretur: & omni tēpore, omnique loco, tanquam levis sarcina, ad manum inueniretur. Ego certē (vt ingenuē fatear) mihi ipsi hac ratione cōsulere volui: qui tāta cum voluptate & admiratione Senecā lego, vt eadem me decies repetita delectent: adeoque iterata eius lectione nō offendor, vt nunquā illum in manibus sumam, quin vehementer in admirationē rapiar. Miror enim gravitatē sententiarū, ingenij acumē, & argutā modō brevitatē, modō redundantē (vbi res exigit) copiā: aptissimas quoque similitudines, illustres metaphoras, & hyperboles, quæ mirē res augent, & ornant, & acumine delectant. Cū verò vbiq̄ue magnam sui admirationem excitet, maximē tamen mirabilis est, cū temperantiam, frugalitatem, fortitudinem, magnanimitatem, constantiā, patientiam, & honestam paupertatem, & animum rerum omnium contemptorem miris in cœlum laudibus effert: contrāque, cū totam eloquentiæ vim & impetum aduersus voluptatem, auaritiam, intemperantiā, delicias, fastum, luxū, cæterāque huiusmodi vitio conuertit. Atque vtinam omnes principes & opulenti viri, qui hoc nostro delitiis & fastu corruptissimo seculo omnibus sese delitiis & luxui dediderunt, vel ab hoc ethnico homine (qui de altera vita vix certi & explorati aliquid, nisi per caliginē, & opinando magis

AD PIVM LECTOREM.

quàm firmiter assentiendo credebatur) frugalitatem, sobrietatem, & diuitiarum atque deliciarum contemptum discere vellent. Vehementer enim absurdum est, Christianos homines sacrosanctis Christi mysteriis initiatos, ab ethnico homine in hac parte tam longè superari. Neque verò quisquam mihi obiiciat, facile cuique esse grandia verba aduersus omnis generis vitia iactare, difficile verò prestare quæ doceas. Hoc enim minime in authorem nostrum cadit, quem constat continentissimæ vitæ esse. Cuius rei locupletissimus testis est. D. Hieronymus: qui in Ecclesiasticorum scriptorum cathalogo honorificam de eo mentionem faciens, continentissimæ vitæ fuisse ait: quod eius scripta pluribus in locis facile declarant. Tantum ergo virtutis studium quis in homine ethnico non miretur? Quemadmodum enim miramur aliquorum animantium solertiam, & naturalem quandam prudentiam (quòd cum rationis expertia sint, quædam tamen opera ita faciunt, ac si ratione prædita essent) ita planè mirandum est, homines veræ religionis, fidei, atque doctrinæ cælestis expertes, vsque adeò virtutis studium cõmendare, & à vitiis tam multis rationibus deterrere, vt nemo prudens dum hæc legit, non possit non frequenter in admirationem rapi, quãdo in homine ethnico ac penè pecude (si fidei comparetur) tam magnã Evangelicæ philosophiæ partem deprehendit. Sunt

AD PIVM LECTOREM.

autem haec imperia exempla ad persuadendum efficiantiora: quod non raro. D. Hieronymus in Epistol. suis ostendit: quos dei ad virtutum exempla maculat, subdit proximo. Haec in fragillationem nostri dicta sunt: si non praeter fides, quod exhibuit infidelitas. Et alibi non raro, Si tantum (inquit) virtutum: quanti pretiosissimum margaritarum? Hoc est, Si tanto studio Gentiles inane virtutis speciem capiebant: quid nos propter solidam virtutem, & sempiternum eius premium facere par est? Adde etiam, quod Philosophi qui fidei luce destituti erant, rationibus praecipue nos ad virtutis studium adhortantur, & a vitiis evocant: quibus & illorum commoda, & horum incommoda gravissima oratione oculis subiiciunt. Quo fit, ut homo qui rationis particeps est, cuique nihil natura ipsa magis intimum, magisque proprium atque naturale quam ratio est, perspectis rerum causis atque rationibus vehementer commoveatur: praesertim si ingenium acumine & naturali prudentia viget, qua rationum vim penetrare valeat. Inde adeo fit, ut apud seculi homines plus interdum rationes humana, quam divina valeant: non quod maiores, sed quod apud illos maiorem vim humana quam divina habeant: quos non absurdum est hac arte ab infimis ad summa, ab humanis ad divina, a lumine natura ad fidei lumen paulatim evehere. Quemadmo-

AD PIVM LECTOREM.

quàm firmiter assentiēdo credebāt) frugalitatem, sobrietatem, & diuitiarum atque deliciarum cōtemptum discere vellent. Vehementer enim absurdum est, Christianos homines sacrosanctis Christi mysteriis initiatos, ab ethnico homine in hac parte tam longè superari. Neque verò quisquam mihi obiiciat, facile cuique esse grandia verba aduersus omnis generis vitia iactare, difficile verò præstare quæ doceas. Hoc enim minime in authorem nostrum cadit, quem constat continentissimæ vitæ esse. Cuius rei locupletissimus testis est. D. Hieronymus: qui in Ecclesiasticorum scriptorum cathalogo honorificam de eo mentionem faciens, continentissimæ vitæ fuisse ait: quod eius scripta pluribus in locis facile declarant. Tantum ergo virtutis studium quis in homine ethnico non miretur? Quemadmodum enim miramur aliquorum animantium solertiam, & naturalem quandam prudentiam (quòd cum rationis expertia sint, quædam tamen opera ita faciunt, ac si ratione prædita essent) ita planè mirandum est, homines veræ religionis, fidei, atque doctrinæ cœlestis expertes, vsque adeò virtutis studium cōmendare, & à vitiis tam multis rationibus deterrere, vt nemo prudens dum hæc legit, non possit non frequenter in admirationem rapi, quādo in homine ethnico ac penè pecude (si fidei comparetur) tam magnā Evangelicæ philosophiæ partem deprehēdit. Sunt

AD PIVM LECTOREM.

autem hæc imparia exempla ad persuadendum efficaciora : quod non rarò. D. Hieronymus in Epistol. suis ostendit : qui ubi ab ethnicis virtutum exempla mutuât, subdit protinus. Hæc in sugillationem nostri dicta sint : si nõ præstet fides, quod exhibuit infidelitas. Et alibi non rarò, Si tanti (inquit) vitrum : quanti pretiosissimum margaritum? Hoc est, Si tanto studio Gentiles innanem virtutis speciem captabant : quid nos propter solidam virtutem, & sempiternum eius præmium facere par est? Adde etiam, quòd Philosophi qui fidei luce destituti erant, rationibus præcipuè nos ad virtutis studium adhortantur, & à vitiis auocant : quibus & illorum commoda, & horum incommoda gravissima oratione oculis subiiciunt. Quo fit, vt homo qui rationis particeps est, cuique nihil natura ipsa magis intimum, magisque proprium atque naturale quàm ratio est, perspectis rerum causis atque rationibus vehementer commoueatur : præsertim si ingenij acumine & naturali prudentia viget, qua rationum vim penetrare valeat. Inde adeò fit, vt apud seculi homines plus interdum rationes humane, quàm diuine valeant : non quod maiores, sed quod apud illos maiorem vim humana quàm diuina habeant : quos non absurdum est hac arte ab infimis ad summa, ab humanis ad diuina, à lumine nature ad fidei lumen paulatim euehere. Quemadmo-

AD PIVM LECTOREM.

dum enim Philosophi ab his, quæ sensu percipiuntur, ad ea quæ sola ratione intelliguntur: hoc est, à notioribus nobis, ad ea quæ natura ipsa notiora & præstantiora sunt, procedere docendo solent: ita nos ab iis, quæ maius apud nos pondus habent, ad ea quæ natura ipsa digniora & potentiora sunt, transitum facere debemus. Iis igitur hominibus qui hoc animo sunt, Philosophorum lectio non parum conducit: quæ illis velut pædagogus quidam ad Christum est. Cum enim nature lumen à Deo sit, nullo modo fidei lumini aduersari potest: sed illi potius velut inferius superiori seruire, & ab eo perfici debet. Illud autem de Seneca nostro affirmare possum, quòd (quemadmodum est à Fabio de Cicerone dictum, illum sanè multum in eloquentiæ studiis profecisse, cui Cicero valdè placuerit) ita ille multum in ciuili virtute, & vera humanarum rerum æstimatione est profecturus, cui Senecæ lectio valdè familiaris fuerit. Cum autem infinitis penè erroribus vulgus hominum propter insitam communis peccati labem cæcutiat, audeo dicere, efficacissimum aduersus pleròsque eorum collirium, assiduam eius lectionem futuram: quod quidem polliceri minimè auderem, nisi id experimento didicissem.

Vt igitur tum ex eo, tum ex Plutarcho, minori negotio maiorem fructum caperemus, o-

AD PIVM LECTOREM.

perpretium me facturum putavi, si quid quisque illorum de quaque virtute vel vitio diversis in locis scriptum reliquisset, in vnum locum coactum, ante legentis oculos ponerem. Quod in Seneca magis quam in Plutarcho necessarium fuit: cuius plerumque scripta epistolis ad Lucillum missis continentur: quarum argumenta maxime varia sunt. Quid enim epistolare argumentum non recipiat? Hæc autem tanta varietas in ordinem aliquem redigenda fuit: quod ipse etiam Seneca monet, qui ea, quæ legendo colligimus, melius distincta quam confusa servari docet. Scio fuisse alium (sive ille Erasmus, sive quivis alius ementito eius nomine fuerit) qui hunc etiam laborem suscepit: & flores (vt libri titulus præfert) Senecæ collegerit: sed hic (vt omittam quod multa scitu dignissima, quæ nos decerpimus, omisit: quod voluminis nostri magnitudo facile indicat:) tamē is capitularum & librorum, non locorum, hoc est, materiarum ordinem est secutus. Ita factum est, vt quæ confusa & variè dissecta, ac proinde difficilia inuentu erāt, eodē modo confusa relinquerentur.

Hos autem locos (quò res esset dilucidior) in tres classes distinximus: in quarum prima tituli ad varios personarum status pertinentes, ab ipso Deo optimo maximo exordium capientes, collocantur. In secunda verò virtutum & vitiorum illis aduersantium loci reponuntur. In tertia

AD PRIMUM LECTOREM.

verò quaedam alia peregrina, quæ non ita cum superioribus cohærebant, collocata sunt. Quia verò Christiana religio theologicis virtutibus principem locum inter omnes alias merito tribuit (de quibus vix vlla apud ethnicos auctores mentio fit) ideò pro illis, virtutes quasdam theologicis affines, & vitia eisdem aduersantia substituimus: vt quatenus liceret, Theologicarum & Cardinalium virtutum series retineretur. Hunc autem ordinem, non autem literarum alphabeti sequuti sumus, vt quæ erant inter se tum similia, tum contraria coniungerentur: ne, quæ & natura & tradendi ratione cõiuncta erant, propter exiguum literarum discrimen separaremus. Constat enim ex Philosophorũ doctrina, similium idem esse iudicium: & contrarium eandem esse disciplinam, & inter genus & sub eo contentas species eam esse affinitatem: vt quæcunque generi tribuuntur, speciebus etiam tribuantur: vt Aristoteles inter ante prædicamentorum (vt appellat) regulas, definiuit. Quocirca hæc tria locorum genera (quæ tantam inter se affinitatem habent) iuxta se reponi, nec obtenuissimum literarum discrimen, separari debuerunt, cum præsertim si quid hic subsit incommodi, facile indicibus ordine alphabeti descriptis, ei possit occurri.

Sententias verò Publij Mimi (quæ vulgò Senecæ prouerbia nuncupantur) quoniam operibus eius adiuncta sunt, & dignas Seneca sententias

AD PIVM LECTOREM.

continent, in calce vniuscuiusque loci collocavi.

Quia verò non rarò euenit, vt eadem sententia ad duos, atque adeò etiam plures locos referri possit (cuius rei gratia in pluribus quoque esset ponenda) ne tamè eiusdem sententiæ repetitio fastidium lectori pareret, in margine titulũ eũ ascripsimus, ad quem ea sententia referri posset: apposita etiam ad latus virgula, qua sententiã illa circũscribitur.

Illud autem lectorem monitum velim, nos in sententiis transferendis, cum in eadem sententia inferiora paululum à superioribus dissident, has particulas adiecisse. Et paulò inferius. Et paucis interiectis, Et mox, aut quid simile. Quod non fecimus cum inferiora cum superioribus optimè quadrabant, etiam si continua non essent: ne huiusmodi interruptionibus (minimè propter rerum consequentiam necessariis) oratio esset dissoluta atque concisa. Qua obseruatione fit, vt qui collectanea nostra legit, non centonea Senecæ, sed ipsum Senecam continenti penè oratione fluentem, legere videatur. Atque hoc ipsum, simili ratione ducti, in Plutarcho fecimus: quem nunc paucis commendare non est animus: cum ipse se amplitudine & maiestate sua commendet, & iuxta prouerbium, Vno vendibili suspensa hederã nihil sit opus. Alius in eo grauitatem sententiarum, alius multam maiestatemque variam omnis generis autorum lectionem, & histo-

AD PIVM LECTOREM.

viarum cognitionem mirabitur: ego verò præceptorum sanctitatem, & doctrinæ sinceritatem in eo ita demiror: vt cùm illum quibusdam in locis (præsertim vbi de profectu morum, de cohibenda ira & vitiosa verecundia, & cupiditate diuitiarum, de auditoris officio, & tranquillitate animi lego) non mihi Ethnicum Philosophum, sed Christianissimum instituendæ vitæ magistrum legere videar: adeò se ad singularia præcepta, & varia aduersus vitiorum pestem remedia tradenda, insinuat, atque demittit. Iam verò in similitudinibus ad ea quæ exponit asserendis, nescias frequentiorne sit, an mirabilior: vt cùm in aliis doctrinæ partibus cæteros vincat, in hac seipsum superandi locum non reliquerit. Quo nomine haud scio, an is concionatoribus quàm Seneca sit vtilior: propterea quòd similius vsus ad populi captum cum primis sit accommodatus. Quod quò euidentius, vel rudioribus etiam appareret, nos similia in marginibus, sicut grauiores sententias adnotandas duximus: quò dormitantem lectorem rei pulcherrimæ annotatione excitaremus. Sinceritas verò doctrinæ eius tanta est, vt in hac parte ipso Seneca virtutis studiosissimo superior mihi esse videatur. Seneca enim Stoicorum errores mordicus tuetur, apathiam & Fatum inducit, omnia honesta paria, similiter & turpia esse contendit: in sola nudaque virtute summum hominis bonum collocat: cùm ea

AD PIVM LECTOREM.

tamen non summum quidem bonum, sed rectissima ad illud via sit: tum etiam manus sibi afferre adeò non damnat, ut interdum etiam probet: certè in Catone ita laudat, ut ex eius vulnere plus gloria, quàm sanguinis manasse dicat. Horum nihil in Plutarcho deprehēdes: sed omnia ferè purgatissime rationi, & naturæ lumini consentanea: fortasse quoniam Evangelio Christi eius seculo latius corruscante, maior humanis mentibus veritatis lux addita esset.

Quò res autem essent inuentu faciliores, unicuique auctori & seriem locorum, & suum quoque indicem adiunximus. Deinde in fine operis communem omnibus indicem adiecimus: & quidquid in toto opere ad aliquem locum referri posset, appositis numeris demonstrauimus. Vale amice lector, & hoc nostro exiguo labore, sed magno tamē munere frueri. Magno, inquam, quoniam cū inter omnia philosophorum scripta hi duo auctores in moralis philosophiæ doctrina principem locum teneant, habes in hoc exiguo volumine quidquid præclare illi dixerunt, suis in locis digestum, ut si eorum tibi scripta legere non vacat, hîc, quæ maximè scire refert, comprehensæ teneas: si vacat, cū omnia memoria complecti nequeas, hîc inuenias quæ maximè ad tuos vsus legendo annotare & recondere debuisses.

EXTRACT DV PRIVILEGE
DV ROY.

PAR grace & priuilege du Roy, il est permis à Guillaume Chaudiere, Marchand, Libraire iuré en l'Vniuersité de Paris, imprimer, ou faire imprimer; vne ou plusieurs fois, *Collectanea Moralis Philosophia in tres tomos, distributa, quorum primus selectissimas sententias ex omnibus Seneca operibus, secundus ex moralibus opusculis Platonis, Tertius Clarissimorum Principum & Philosophorum insigniora Apophthegmata hoc est dicta memorabilia complectitur quae omnia per communes locos digesta sunt &c.* Collectore fratre Ludouico Granatensi monacho Dominicano. Et fait la Maiesté defenses à tous Imprimeurs, Libraires, & autres, de vendre ne debiter aucuns desdicts liures, sinon de l'impression dudit Chaudiere, & de son consentement: & ce durant le terme de dix ans, à compter du iour que le present liure sera premierement acheué d'imprimer: sur peine de mil escus d'amende, la moitié à sadicte Maiesté, & l'autre moitié audit Chaudiere: & de confiscation de tous les exemplaires trouuez au contraire. En oultre veult & entend ledit Seigneur que mettant le present bref du Priuilege au commencement, ou à la fin de chacun desdicts liures, que cela ait forme de signification, tout ainsi que si l'original estoit particulièrement signifié à chacun: nonobstant oppositions ou appellations quelconques: pour lesquelles, & sans preiudice d'icelles, ne veult aucunement estre differé. Donné à Paris, le quatriesme de Mars, l'an de grace mil cinq cens quatre vingt deux, & de nostre Regne le huietieme.

Par le Roy en son Conseil.

DORMY.

Acheué d'imprimer le dernier iour de Mars.

M. D. LXXII.



PRIMVS TOMVS.

COLLECTANEORVM

MORALIS PHILOSOPHIAE, qui selectissimas sententias ex omnibus Senecæ operibus per communes locos digestas, continet.

PRIMA CLASSIS, IN QVA ponuntur Tituli ad diuersa genera statuum & personarum spectantes.

DEVS.



VLTRVM dare solemus presumptioni omnium hominum. Apud nos veritatis argumentum est, aliquid omnibus videri: itaque Deos esse, inter alia hinc colligimus, quod omnibus de Diis opinio insita est: necvlla gēs vsquam est, adeo extra leges morésque proiecta, vt non aliquos Deos credat. Epist. 118.

Egregie Aristoteles ait, nunquam nos verecundiores esse debere, quam cum de Diis agitur. Si intramus templa compositi, si ad sacrificium accessuri, vultu submitimus, togam adducimus, si in omne argumentum modestiæ fingimur. quanto hoc magis facere debemus,

A

D E V S.

cum de syderibus, de stellis, de Deorum natura disputamus, ne quid temerè, nequid impudenter, aut ignorantibus affirmemus, aut scientes mentiamur? Nec miremur tam tardè erui, quæ tam altè iacent. Quàm multa præter hæc per secretum eunt, nunquam humanis oculis orientia? Nec enim omnia Deus humanis oculis nota fecit. Quota pars operis tanti nostris oculis committitur? Ipse qui ista tractat, qui condidit, qui totum hoc fundavit, deditque circa se, maiori que est pars operis sui, ac melior, effugit oculos, cogitatione visendus est. Quid sit hoc sine quo nihil est, scire non possumus. Et miramur si quos igniculos parum nouimus, cum maxima pars mundi Deus lateat? Quàm multa animalia hoc primùm cognouimus sæculo? Multa ventis æui populus ignota nobis sciet. Multa sæculis tunc futuris, cum memoria nostri exoleuerit, reseruantur. Pusilla res mundus est, nisi in illo quod quærat, omnis mundus habeat. Non semel quædam sacra traduntur, Eleusina seruat quod ostendat reuisentibus. Rerum natura sacra sua non simul tradit. Initiatos nos credimus, in vestibulo eius hæremus. Illa arcana non promiscuè nec omnibus patent: reducta & in interiore sacrario clausa sunt. Ex quibus aliud hæc ætas, aliud quæ post nos subibit, aspiciet. Quando ergo ista in notitiam nostram perducentur? Tardè magna proueniunt: utique si labor cessat. In quod vnum toto agimur animo, non dum perfecimus, ut pessimi essemus. Adhuc in processu vitia sunt. Inueniet luxuria aliquid noui in quod insaniat. Inueniet impudicitia nouam contumeliam sibi. Miraris si nondum sapientia omne opus suum impleuit? Nondum tota se nequitia protulit. Adhuc nascitur, & huic omnes operam damus, huic oculi nostri, huic manus seruiunt. Ad sapientiam quis accedit? Quis dignam iudicat, nisi quæ in transitu nouerit? Quis philosophiam, aut vllum liberale respicit studium, nisi cum ludi intercalantur, cum aliquis pluuius interuenit dies, quem perdere licet? Itaque tot familie philosophorum sine successore deficiunt. Academici & veteres & minores nullum antistitem reliquerunt. Quis est, qui nadat præcepta Platonis? Pythagorica illa inuidiosæ turbæ scho-

la præceptorem non inuenit. Sextiorum noua & Roma-
ni roboris secta, inter initia sua cum magno impetu ce-
pisset, extincta est. At, quanta cura laboratur, nec cu-
iuslibet pantomini nomen intercidat? Stat per successo-
res Pyladis & Batilli domus, harum artium multi dis-
cipuli sunt, multique doctores. Libro 7. Natur. Quæst.
cap. 30. 31. & 32.

Quædam sunt quæ nocere non possunt, nullamque
vini, nisi beneficam & salutarem habent ut Diij immor-
tales: qui nec volunt obesse, nec possunt. Natura enim
illis mitis & placida est, tam longè remota ab aliena
iniuria, quàm à sua. Dementes itaque & ignari verita-
tis, illis imputant sæuitiam maus, immodicos imbres,
pertinaciam hyemis: cum interim nihil horum quæ no-
bis nocent, profuntque ad nos propriè dirigatur. Non
enim nos causa mundo sumus, hyemem æstatemque
referendi: suas ista leges habent, quibus diuina exer-
centur. Nimis nos suspicimus, si digni nobis videmur,
propter quos tanta moueantur. Nihil ergo horum in
nostram iniuriam fit, imò contra, nihil non ad salutem.
Lib 2. de Ira. cap. 17.

Quid est Deus? quod vides totum, & quod non vides
totum. Sic demum magnitudo sua illi redditur: qua ni-
hil maius excogitari potest. Si solus est omnia, opus
suum & extra & intra tenet. Quid ergo interest inter
naturam Dei & nostram? Nostri melior pars animus est,
in illo nulla pars extra animum. Totus ratio est.

L'ei prouidentia.

Sepone in præsentia quæ quibusdam placent. Vnicui-
que nostrum pedagogum dari Deum, non quidem
ordinarium, sed hunc infernalis cetæ, ex horum nume-
ro quos Ouid ait, de plebe Deos. Ita tamen hoc seponas
volo, vt memineris maiores nostros, qui crediderunt
hoc, Stoicos fuisse. Epist. iiii.

Cum videris bonos viros acceptosque Diis laborare, *Quas nos em-
sodes Ange-
sudere, per arduum conscendere malos autem lascitiire los, hic infero
& voluptatibus fluere, cogita illos disciplina tustiori ores quosdam
contineri, horum ali audaciam. Idē tibi de Deo liqueat, Deos peda-
Bonum vitum in deliciis non habet. Expetitur, indu-
gat, sibi illum præparat. Quare multa bonis viris aduer-* 11.

DEI PROVIDENTIA.

T. Patiētia. sa eueniunt? Nihil accidere bono viro mali potest. Non
 „ miscentur contraria. Quemadmodum vt amnes, tantum
 „ supernè deiectorum imbium, tanta mediterraneorum
 „ vis fontium non mutant saporem maris, nec remittunt
 „ quidem: ita aduersarum impetus rerum, viri fortis non
 „ vertit animum. Manet in statu, & quicquid euenit, in
 „ suum colorem trahit. Est enim omnibus externis po-
 „ tētiō: nec hoc dico, non sentit illa, sed vincit, & alio-
 „ quin quietus placidusque contra incurrentia attolitur.
 „ Omnia aduersa exercitationes putat. Quis autem vir
 „ modò erectus ad honesta, non est laboris appetens iu-
 „ sti, & ad officia cum periculo promptus? Cui non in-
 „ dustrio ocium pœna est? Athletas videmus quibus vi-
 „ rium cura est, cum fortissimis quibusque configere, &
 „ exigere ab iis per quos certamen præparatur, vt totis
 „ contra ipsos viribus utantur, cædi vexarique patiantur,
 „ & si non inueniant singulos pares, pluribus simul ob-
 „ iiciant. Marcet sine aduersario virtus. Tunc apparet
 „ quanta sit, quantumque valeat polleatque, cum quid
 „ possit patientia, ostendit. Scias licet, idem viris bonis
 „ esse faciendum, vt dura ac difficilia non formident, nec
 „ de fato querantur. Quicquid accidit, boni consulant,
 „ in bonum vertant. Non quid, sed quemadmodum fe-
 „ ras, interest. Non vides, quantum aliter patres, aliter ma-
 „ tres indulgeant? Illi exercitari iubent liberos ad studia
 „ obeunda mature, feriatis quoque diebus non patiuntur
 „ esse ociosos, & sudorem illis, & interdum lachrymas
 „ excutiant. At matres fouere in sinu, continere in um-
 „ bra volunt. Nunquam flere, nunquam contristari, nun-
 „ quam laborare. Paternum Deus habet aduersus bonos
 „ viros animum, & illos fortius amat, & operibus, dolo-
 „ ribus, ac damnis exagitat, vt verum colligant robur.
 „ Languent per inertiam saginata, nec labore tantum, sed
 „ mole, & ipso sui onere deficiunt. Non fert vllum reum
 „ illæsa fœlicitas. At vbi assidua fuit cum incommodis
 „ suis rixa, callum per iniurias duxit, nec vlllo malo cedit,
 „ sed etiam si succiderit, de genu pugnabit. Miraris tu si
 „ Deus ille bonorum amantissimus, qui illos quam opti-
 „ mos atque excellentissimos vult, fortunam illis cum
 „ qua exerceantur, assignat? Ego vero non miror si ali-

Simile.

Simile.

Tit. Tētatio.

Simile.

*Deus bono-
rum amant-
iss. etiam
ethnici iu-
dicio.*

*Tit. Forti-
tudo.*

DEI PROVIDENTIA.

quando imperum capiunt spectandi magnos viros col-
 luctantes cum aliqua calamitate. Nobis interdum vo-
 luptati est, si adolescens constantis animi irruentem
 feram venabulo excepit, si leonis in cursum interritus
 pertulit, tantoque spectaculum est gratius, quanto id
 honestius fecit. Ecce spectaculum dignum, ad quod res-
 piciat intentus operi suo Deus. Ecce par Deo dignum,
 vir fortis cum mala fortuna compositus, utriusque si &
 prouocauit. Non video, inquam, quid habeat in terris
 Iuppiter pulchrius si conuertere animum velit, quam
 ut spectet Catonem iam partibus non semel fractis,
 stantem nihilominus inter ruinas publicas erectum. In
 lib. de diui. providentia.

Simile.

Magis urgent seua inexpertos. Graue est non assue-
 tis ferre ceruicibus iugum. Ad suspicionem vulneris tyro
 palefcit, audacter veteranus cruorem suum spectat, qui
 scit se sepe vicisse post sanguinem. Hos itaque Deus
 quos probat, quos amat, indurat, recognoscit, exercet.
 Eos autem quibus indulgere videtur, quibus parcere,
 molles venturis malis seruat. Erratis enim si quem iu-
 dicatis exceptum. Veniet ad illum diu foelicem sua por-
 tio. Quisquis videtur dimissus esse, dilatus est. Quare
 Deus optimum quemque aut mala valetudine, aut lu-
 ctu, aut incommodis afficit? Quia in castris quoque pe-
 riculosa fortissimis imperat dux, Lectissimos mittit, qui
 nocturnis hostes aggrediantur insidiis, aut exploreant
 iter, aut praesidium loco deiciant. Nemo eorum qui e-
 xeunt, dicit, male de me imperator meruit, sed bene iu-
 dicauit. Idem dicant, quicumque iubentur pati timidis
 ignauisque stebilia, digni visi sumus Deo, in quibus ex-
 periretur quantum humana natura posset pati. Fugite

Simile.

delicias, fugite eneruatam foelicitatem, qua animi mar-
 cescunt, & nisi aliquid interuenit, quod humanae fortis
 admoneat, velut perpetua ebrietate sopiti. Quem spe-
 cularia semper afflatu vindicarunt, cuius pedes inter
 fomenta subinde mutata repuerunt, cuius conationes
 subditus & parietibus circumfusis calor temperauit,
 hunc leuis aura non sine periculo stringit. Cum omnia
 quae excesserint modum noceant, periculofissima foeli-
 citatis intemperantia est. Mouet cerebrum, in vanas

*T. Volupta-
 tu periculam.*

DEI PROVIDENTIA.

mentem imagines euocat, multum inter falsum ac verum medię caliginis fundit. Quid ni id fatius sit, perpetuam infelicitatem, quę aduocat ad virtutem, sustinere, quàm infinitis ac immodicis bonis rūpi? Hanc itaque rationem Dij sequuntur in bonis viris, quàm in discipulis suis preceptores: qui plus laboris ab his exigunt, in quibus certior spes est. Nunquid tu inuisos esse Lacedemonis liberos suos credis, quorum experiuntur indolē publicē verberibus admotis? Ipsi illos patres adhortantur, vt ictus flagellorū fortiter perferāt & laceros ac semianimos rogant, perseuerent vulnera prebere vulneribus. Quid mirum, si durē generosos spiritus Deus tentat. Nunquā virtutis molle documentum est. Verberat nos & lacerat fortuna. Patimur. Non est sequitia, certamen est: quō sepius adierimus, fortiores erimus. Omnes considera gentes, in quibus Romana pax definit: Germanos dico, & quicquid circa Istrum vagarum gentium occurat. Perpetua illos hyems, uiste cœlum premit, malignē solum sterile sustentat, imbrem culmo aut fœno defendunt, super durata glacie stagna persulant, in alimentum feras captant. Miseri tibi videntur? Nihil miserum est, quod in naturam consuetudo perduxit. Paulatim enim voluptati sunt, quę necessitate ceperunt. Quid ergo miraris bonos viros vt confirmetur, cōcuti? Non est arbor solida nec fortis, nisi in quā frequēs ventus incurat: ipsa enim vexatione constringitur, & radices certius figit. Fragiles sunt, quę in aprica valle creuerunt. Pro ipsis ergo bonis viri est, vt esse interriti possint, multum inter formidolosa versari, & equo animo ferre, quę non sunt mala, nisi malē sustinenti.

T. Consuetudo.

T. Tribulatio.

Simile.

Hoc enim est propositū Deo, sapiētī viro ostendere hęc quę vulgus appetit, quę reformidat, nec bona esse nec mala. Apparebunt autem bona esse, si illa non nisi bonis viris tribuerit: & mala esse, si malis tantum irrogauerit. Detestabilis erit cæcitas, si nemo oculos perdiderit, nisi cui eruendi sunt. Itaque careant luce Appius & Metellus. Non sunt diuitiæ bonum. Itaque habeat illas & Ellius leno, vt homines pecuniam cum in tēplis consecrauerint, videāt & in fornice. Nullo modo magis potest Deus concupita traducere, quàm cū illa ad turpissi

simos defert, ab optimis abigit. Quid porro, num est iniquum nobilissimas virgines ad sacra facienda noctibus excitari, altissimo somno inquinatas frui? Labor optimos citat. Senatus per totum diem consultat sæpe, cum illo tempore vilissimus quisque, aut in campo ocium suum oblectet, aut in popina lateat, aut tēpus in aliquo circulo teras. Idē in hac magna Rep. fit: boni **T. Fortitu-** viri laborant, impediuntur, volentes quidē non trahuntur à fortuna, sed sequuntur illam, & æquant gradus. Si scissent, antecessissent Hanc quōque animosam Demetrii fortissimi viri vocē audisse me meminī. Hoc vnū, inquit, Dij immortales, de vobis queri possum, quod non antē mihi volūtatē vestrā notā fecistis. Prior enim ad ista venissē, ad quæ nunc vocatus adsum. Vultis liberos sumere? illos vobis sustuli. Vultis aliquam partē corporis? sumite. Non magnam rem promitto, citō totū relinquā. Vultis spiritum? quid ni? nullā morā faciām, quominus recipiatis quod dedistis. A volente feretis, quid quid petieritis. Quid ergo est? maluissem offerre, quam tradere. Quid opus fuit auferre? accipere potuistis: sed ne nunc quidē auferetis: quia nihil eripitur, nisi retinētī. Nihil cogor, nihil patior inuitus, nec seruiō Deo, sed assentio. Eō quidem magis, quō scio omnia certa, & in æternum dicta lege decurrere. Fata nos ducunt, & quantum cuique tēporis restet, prima nascērium hora disposuit. Causa pēdet ex causa, priuata ac publica, longus ordo rerum trahit. Ideo fortiter omne ferendū est, quia nō (vt putamus) incidūt cuncta, sed veniūt. Olim constitutū est, quid gaudeas, quid fleas, & quāuis magna videatur varietate singulorū vita distingui, summa in vnū venit. Accepimus peritura perituri. Quid ita indignamur? quid querimus? Ad hoc parati sumus. Vtatur vt vult suis natura corporibus. Nos læti ad oīa & fortes cogitemus nihil perire de nostro. Quid est boni viri? præbere se fato. Grāde solariū est cū vniuerso rapi: quicquid est quod nos sic viuere, sic mori iussit. Ille ipse oīm cōditor ac rector scripsit quidē fata, sed sequitur. Sēper paret, semel iussit. Quare tamē Deus tā iniquus in distributione fati fuit, vt bonis viris, paupertatē, vulnera, & acerba funera ascriberet? Quædam separari à quibusdā nō possunt,

DEI BENEFICIA

coherent, indiuidua sunt. Languida ingenia, & in somnum itura, aut in vigiliam somno simillimam, inertibus nectuntur elementis, vt efficiatur vir, cum cura ducendus, fortiore fato opus est. Non erit illi planum iter, sursum oportet, ac deorsum eat, fluctuetur, ac nauigium in turbido regat. Contra fortunam illi tenendus est cursus. Multa accident dura, aspera, sed quæ molliat, & complanet ipse. Ignis aurum probat, miseria fortes viros. Quare tamen bonis viris patitur aliquid mali Deus fieri? Ille verò non patitur. Omnia mala ab illis remouit, scelera, & flagitia, & cogitationes improbas, & auda consilia, & libidinem cæcam, & alieno imminentem auaritiam. Ipsos tuetur, ac vendicat. Nunquid hæc quoque à Deo aliquis exigit, vt bonorum virorum etiam sarcinas seruet? Remittunt ipsi hanc Deo curam, externa contemnunt. Democritus diuitias proiecit, onus illas bonæ mentis existimans. Quid ergo miraris, si Deus bono accidere patitur, quod vir bonus aliquando vult

*T. Felicitas
falsa.*

sibi accidere? Puta itaque Deum dicere: Quid habetis quod de me queri possitis vos, quibus recta placuerunt? Aliis bona falsa circumdedi, & animos inanes, velut longo fallacique somnio huius. Auro illos, argento, & ebore adornavi: intus boni nihil est. Isti quos pro foelicibus aspicitis, si non qua cernuntur, sed qua latent videritis: miseri sunt, sordidi, turpes, ad similitudinem parietum suorum extrinsecus culti. Non est ista solida & sincera foelicitas, crusta est, & quidem tenuis. Itaque dum illis licet stare, & ad arbitrium suum ostendi, nitent, & imponunt: cum aliquid inciderit, quod disturbet ac deregat, tunc apparet quantum altæ ac veræ foeditatis alienus splendor absconderit. Vobis dedi bona certa, mansura, quanto magis versauerit aliquis, & vndique inspexerit, tanto videbit meliora, maiora, quæ permisi vobis, metuenda contemnere, cupienda fastidire. Non fulgetis extrinsecus. Bona vestra introrsus obuersa sunt. Ferte fortiter aduersa, hoc est, quo

T. patientia.

Deum anteceditis. Ille extra patientiam malorum est, vos supra patientiam. Contemnite paupertatem. Nemo tam pauper viuit, quam natus est. Contemnite dolorem: quia aut soluetur, aut soluet. Contemnite mor-

rem: aut finit, aut transfert vos. Contemnite fortunam. Nullum illi telum quo feriret animum, dedi. Lib. de Diuin. prouidentia.

Vide etiam hac de re. Ti. Adversitas, & Tit. Patientia.

Gratia Dei, sive diuinum auxilium.

Propè est à te Deus, tecum est, intus est. Ita dico Lucili, sacer intra nos spiritus sedet, malorum bonorumque nostrorum obseruator & custos. Hic prout à nobis tractatus est, ita nos ipse tractat. Bonus vir sine Deo nemo est. An potest aliquis supra fortunam, nisi ab illo adiutus exurgere? Ille dat consilia magna & recta. In vnoquoque bonorum virorum quis Deus, incertum est, habitat tamen Deus: Si tibi occurrit vetustis arboribus, & solitam altitudinem egressis, frequens lucus, & conspectum cœli densitate ramorum aliorum alios protegentium, submouens: illa proceritas syluæ, & secretum loci, & admiratio umbræ in aperto tam densæ atque continuæ, fidem tibi numinis facit. Magnorum fluminum capita veneramus: subita ex abdito vasti amnis eruptio aras habes. Coluntur aquarum calentium fontes, & stagna quædam vel opacitas, vel imensa altitudo sacrauit. Si hominem videris interritum periculis, intactum cupiditatibus, inter aduersa fœlicem, in mediis tempestatibus placidum, ex superiore loco homines videntem, ex æquo Deos, non subit te veneratio eius? Non dices, ista res maior est altiorque, quàm vt credi similis huic in quo est corpusculo, possit? Vis istuc diuina descendit: animum excellentem, moderatum, omnia tanquam minora transeuntem, quicquid timemus optamusque ridentem, cœlestis potentia agit. Non potest res tanta sine adminiculo numinis stare. Itaque maiore sui parte illic est vnde descendit. Quemadmodum radij solis contingunt quidem terram, sed ibi sunt vnde mittuntur: sic animus magnus, & sacer, in hoc demissus, vt propius quidem diuina nossemus, conuersatur quidem nobiscum, sed hæret origini suæ. Epist. 41.

Simile.

Miraris homines ad Deos ire? Deus ad homines venit, immò (quod propius est) in homines venit. Nulla sine Deo mens bona. Semina in corporibus humanis

DEI BENEFICIA

diuina dispersa sunt: quæ si bonus cultor excipit, similia origini procedunt, & paria his ex quibus orta sunt, surgunt. Epist. 74.

Dei Beneficia.

NON dat Deus, inquis, beneficia. Vndè ergo ista quæ possides? quæ das? quæ negas? quæ sciuas? quæ rapis? Vnde hæc innumerabilia, oculos, aures, & animum mulcentia? Vndè illa, luxuriam quoque instruēs, copia? Neque enim necessitatibus tantummodò nostris prouisum est, vsque in delicias amamur. Tot arbusta, non vno modo frugifera, tot herbæ salutare, tot varietates ciborum, per totum annum digestæ, vt inertiquaque fortuita terræ alimenta præberent? Iam animalia omnis generis alia in sicco solidoque, alia per sublime demissa vt omnis rerum naturæ pars tributum aliquod nobis conferret. Flumina, hæc quidem amœnissimis fluxibus campos cingentia, illa verò præbitura cõmercia mari, vasto & nauigabili cursu vadentia, ex quibus quædam stans diebus mirabile incrementum trahunt, vt anhela, & feruenti subiecta cœlo loca, subita vis æstiuæ torrentis irriget. Quid medicatorum torrentium venæ? Quid in ipsis littoribus aquarum calèrium exundatio? Si pauca quis tibi donasset accepisse te diceres beneficium: immensa terrarum latè patèrium spacia, negas esse beneficium? Si pecuniam tibi aliquis donauerit, & arcam tuam (quod id tibi magnum videtur) impleuerit, beneficium vocabis: tot metalla defodit, tot flumina emisit in arenas; super quas decurrunt solidi auri vehentia, argenti, æris, ferri immane pondus omnibus locis obrutum: cuius inuestigandi tibi facultatem dedit, ac latentium diuitiarum in summa terra signa disposuit: negas te accepisse beneficiũ? Si domus tibi donetur, in qua marmoris aliquid resplendat, & tectum nitidius auro, aut coloribus sparsum, num mediocre munus vocabis? Ingens tibi domiciliũ, sine vllò incēdij aut ruinæ metu struxit: in quo vides non tenues crustas, & ipsa qua secantur lamina graciliores, & integras lapidis preciosissimi moles, sed totas, variæ distinctæque materiæ, cuius tu paruula frustra miraris: rectũ vero aliter nocte, aliter interdium fulgēs, negas te

ullum munus accepisse? Et cum ista quæ habes magno æstimes, quod est ingrati hominis, nulli debere te iudicas? Vnde tibi istum quem trahis spiritum? Vnde ista, per quam actus vitæ tuæ disponis atque ordinas, lucē? Vnde sanguinem, cuius cursu vitalis continetur calor? Vnde ista palatum tuum saporibus exquisitis ultra facietatem laceffentia? Vnde hæc irritamenta iam lassæ voluptatis? Vnde ista quies in qua putrescis, ac marces? Nonne si gratus es dices,

Deus nobis hæc omnia fecit.

Namque erit ille mihi semper Deus. Illius aram

Sape tener nostris ab oculibus imbuet agnus

Ille meas errare boues (vt cernis) & ipsum

Ludere quæ vellem, calamo permisit agresti.

Ille Deus est, non qui paucas boues, sed qui per totum orbem armenta dimisit, qui gregibus vbique passim vagantibus, pabulum præstat, qui pascua hybernis æstiuæ substituit, qui non calamo tantum cantare, & agreste atque inconditum carmen ad aliquam æmen obseruationem, modulari docuit, sed tot artes, tot vocum varietates, tot sonos, alios spiritu nostro, alios externo cantus edituros, commentus est. Neque enim nostra ista quæ inuenimus dixeris, non magis, quam quod crescimus, quam quod ad constitutum tempus, sua corpori officia respondent. Nunc puerilium dentium lapsus, nunc ad surgentem iam ætatem, & in robustiorem gradum transeuntem pubertas, & vltimus ille dies fugienti vitæ terminum poneas. Inrita sunt nobis omnium ætatum, omniumque artium semina, magisterque ex occulto Deus, producit ingenia. Natura, inquit, hæc mihi præstat. Non intelligis te, cum hoc dicitis, mutare nomen Deo? Quid enim aliud est natura, quam Deus, & diuina ratio toti mundo, & partibus eius inserta? Quoties voles, tibi licet aliter nunc authorem rerum nostrarum compellare, & Iouem, id est optimum atque maximum, ritè dices, & tonantem, & statorem: qui nõ (vt historici tradiderunt) ex eo quod post votum susceptum, acies Romanorum fugientium stetit: sed quod stant beneficio eius omnia, Stator, Statilioque: hunc eundemque, & Fatum si dixeris, non

*Etiã quæ
arte com-
Dei don-
sunt.*

DEI BENEFICIA

mentieris. Nam cum fatum nihil aliud sit quam series implexa causarum, ille est prima omnium causa, ex qua cætera pendent. Quæcunque voles illi nomina propriè aptabis, vim aliquam effectumque cælestium rerum continentia. Tot appellationes eius possunt esse, quot munera. lib. 4. de be. cap. 5. 6 7.

Dij autem prima illa constitutione, cum vniuersa disponerent, etiam nostra viderunt, rationemque hominis habuerunt. Itaque non possunt videri sua tantum causa decurrere, & explicare opus suum, quia pars operis sumus & nos. Debemus ergo, & Soli, & Lunæ, & cæteris cælestibus beneficiû: quia etiam si potiora illis sunt in quæ oriuntur, nos tamè in maiora ituri iuuant. Adice quod destinatio iuuat. Ideoque obligati sumus qui non in beneficium ignorantium incidimus: sed hæc quæ accipimus, accepturos scierunt, & quanquam maius illis propositum sit maiorque actus sui fructus, quam seruare mortalia, tamen in nostras quoque utilitates à principio rerum præmissa mens est: & is ordo mûdo datus, vt appareat curam, nostri, non inter vltima habitâ. Debemus parètib; nostris pietatè: & multi, nō vt gignerent, coherant. Dij non possunt videri nescisse, quod effecturi essent, cum omnibus alimèta protinus, & alia prouiderint, nec eos per negligentiam genuere, quibus tã multa genuerant. Cogitauit enim nos antè natura quam fecit. Nec tã leue opus sumus, vt illi potuerimus excidere. Vide quantum nobis permiserit, quàm non intra homines humani imperij conditio sit. Vide in quantum corporibus vagari liceat, quæ coërcuit sine terrarum, sed omnem in partem sui misit. Vide animi quantum audeant, quemadmodum soli aut nouerint Deos, aut quærant, & mente in altum data, diuina comitentur. Scias non esse hominem tumultuarium, & incogitatum opus. Inter maxima rerum suarum natura nihil habet, quo magis gloriatur, aut certè cui gloriatur. Quantus iste furor est, controuersiam Diis muneris sui facere? Quomodo aduersus eos hic erit gratus, quibus gratia referri sine impèdio non potest, qui negat ab iis accepisse se, a quibus maximè accipit: qui & semper daturi sunt, & nunquam accepturi? Quanta autem peruersitas, ob hoc ali-

I. Homo.

33 quemadmodum soli aut nouerint Deos, aut quærant, &
 33 mente in altum data, diuina comitentur. Scias non esse
 33 hominem tumultuarium, & incogitatum opus. Inter
 33 maxima rerum suarum natura nihil habet, quo magis
 33 gloriatur, aut certè cui gloriatur. Quantus iste furor
 33 est, controuersiam Diis muneris sui facere? Quomodo
 33 aduersus eos hic erit gratus, quibus gratia referri sine
 33 impèdio non potest, qui negat ab iis accepisse se, a qui-
 33 bus maximè accipit: qui & semper daturi sunt, & nun-
 33 quam accepturi? Quanta autem peruersitas, ob hoc ali-

cui non debere, quia etiam inficianti benignus est: & continuationem ipsam seriémque beneficij argumentum vocare necessario dantis? Nolo, aiunt, sibi habeat, quis illum rogat? & omnes alias impudentes animi votes his astrue. Non ideo de te minus meretur is, cuius liberalitas ad te etiam dum negas, pervenit, cuiusque beneficiorum, vél hoc ipso maximum, quod etiam, quærenti daturus est. Li. 9. de bene. cap. 23.

Soli Lunęque plurimum debeo, & non vni mihi oriuntur: anno, temperantique annum Deo priuatim obligatus sum, quamvis non in meum honorem descripta sint, & stulta avaritia mortalium possessionem proprietatémque discernit: nec quicquam suum credit esse, quod publicum est. At ille sapiens nihil iudicat suum magis, quam cuius illi cum humano genere cõsortium est. Nec enim essent ista communia, nisi pars illorum pertineret ad singulos. Socium effecit etiam quod ex minima portione commune est. Adice nunc quod magna & vera bona non sic diuiduntur, vt exiguum in singulos cadat, ad vnumquémque tota perveniunt. Epistola 74.

Communia quoque beneficia cuiusque propria sunt.

Divinorum beneficiorum abusus.

Ingens naturæ beneficium venti sunt, si illud in iniuriam suam non vertat hominum furor. Nunc quod de Cæsare maiore vulgo dictatum est, & à Tito Livio positum, in incerto esse, vtrum illum magis nasci Reipub. profuerit, an non nasci, dici etiam de ventis potest, ad eò quicquid ex illis vtile & necessarium est, non potest his repensari, quæ in perniciem suam generis humani dementia excogitat. Sed non ideo non sunt ista natura sua bona, si vitio malè vrentium nocent. Nimirum in hoc providentia ac dispositor ille mundi Deus, aëria ventis exercendum dedit, & illos ab omni parte, ne quid esse situ squalidum, effudit, non vt nos classes partem freti occupaturas, completeremus milite armato, & hostem in mari, aut post mare inquireremus. Dedit natura ventos, vt commoda cuiusque regionis fierent communia, non vt legiones equitémque gestarent, nec vt perniciosa gentium arma transue herent. Si beneficia naturę vrentium prauitate perpendimus, nihil non no-

T. Providentia.

T. Ofificiū.

“
”
“
“
”
“
“
“
“

DEI OPIFICIUM.

» Stro malo accepimus. Cui videre expedit? cui loqui?
» cui non vita tormentum est? Nihil inuenies tam mani-
festæ utilitatis, quod non in contrarium transferat cul-
pa. Sic ventos quoque natura bonos futuros inuene-
rat, ipsi illos contrarios fecimus. Omnes in aliquod
nos malum ducunt. Non eadem est his, & illis causa sol-
uendi, sed iusta nulli. Diuersis enim irritamentis ad
tentandum mare compellimur. Itaque alicui vitio ná-
uigatur. Egregiè Plató dicit, minima esse quæ homines
emant vita. Imò Lucili charissime si bene furorem illo-
rum æstimaueris, magis ridebis, cum cogitaueris vita
parari ea, in quibus vita consumitur. Lib. 5. Nat. Quæst.
cap. 18.

*Dei opificium, Dei cognitio ex mundi
fabrica.*

TRiplex causa est, dicunt, vt scis, Stoici nostri, duò
esse in rerum natura; ex quibus omnia fiant, cau-
sam & materiam. Materia iacet iners, res ad omnia
parata, cessatura, si nemo moueat. Causa autem, id est
ratio, materiam format, & quòcunque vult versat, ex
illa varia opera producit. Esse debet ergo vnde aliquid
fiat, deinde à quo fiat, hoc causa est, illud materia. Om-
nis ars imitatio est naturæ, itaque quod de vniuerso di-
cebam, ad hæc transfer quæ ab homine facienda sunt.
Statua & materiam habuit quæ pateretur artificium, &
artificem qui materiam daret faciẽ. Ergo in statua mate-
ria æs fuit, causa artifex. Eadẽ conditio rerum omnium
est, ex eo constat quod fit, & ex eo quod facit. Causam
Aristoteles putat tribus modis dici. Prima, inquit, causa
est ipsa materia, sine qua nihil potest effici. Secunda o-
pifex. Tertia forma, quæ vnicuique operi imponitur,
tanquam statux. Nam hunc Aristoteles Idos vocat,
Quarta quoque, inquit, his accedit, propositum totius
operis. Quid sit hoc aperiã. Æs prima statux causa est:
nunquã enim facta esset, nisi fuisset id ex eo quod funderẽ
tur duceretur-ve. Secunda causa artifex est: nõ potuisset
enim æs illud in habitũ statux figurari, nisi accessisset pe-
ritæ manus. Tertia causa est forma: nec enim statua ista
Doryphoros, aut Diadumenos vocaretur, nisi hæc illi
esset impressa facies. Quarta causa est faciendi propo-

fitum: nam nisi hoc fuisset, facta non esset. Quid est propositum? quod inuitavit artificem, quod ille sequutus, fecit, vel pecunia est hoc, si venditurum fabricauit, vel gloria, si laborauit in nomen, vel religio, si donum templo parauit. Ergo & hæc causa est propter quã fit. An non putas inter causas facti operis numerandum, quo remoto factum non esset? His quintam Plato aduicit, exemplar, quam ipse Idæam vocat, hoc est enim ad quod respiciens artifex, id quod destinabat, effecit. Nihil autem ad rem pertinet utrum foris habeat exemplar, ad quod referat oculos: an intus, quod ipse ibi concepit, & posuit. Hæc exemplaria rerum omnium Deus intra se habet, numerosque vniuersorum quæ agenda sunt, & modos mente complexus est, plenus his figuris est, quas Plato Idæas appellat, immortales, immutabiles, infatigabiles. Itaque homines quidẽ pereunt, ipsa autem humanitas ad quam homo effingitur, permanet, & hominibus laborantibus, intereuntibus, illa nihil patitur. Quinque ergo causæ sunt, ut Plato dicit. Id ex quo, id à quo, id in quo, id ad quod, id propter quod. Hæc omnia mundus quoque (ut ait Plato) habet. Faciens, Deus est: ex quo fit, materia est: forma, est habitus & ordo mundi, quem videmus. Exemplar, id ad quod Deus hanc magnitudinem operis pulcherrimi fecit: propositum, propter quod fecit. Quæris quid sit propositum Deo? Bonitas (ita certè Plato ait) quæ Deo faciendi mundum causa fuit? bonus est, bona fecit, bono nulla cuiusquam boni inuidia est. Fecit itaque quàm optimam potuit. Ego priora illa ago ac tracto, quibus peccatur animus, & me prius serutor. Deinde hunc mundum. Nec ego hoc quidem tẽpus ut existimas, peto. Ego non quæram quæ sint initia vniuersorum: quis rerum formator? quis omnia in vno mersa, & materia inerti conuoluta, discreuerit? Nõ quæram quis sit artifex huius mundi? qua ratione tanta magnitudo in legẽ & ordinem venerit? quis sparsa collegerit, cõfusa distinxerit, nimia deformatate latentibus, faciem diuiserit? vnde lux tanta fundatur? ignis sit, an aliquid igne lucidius? Ego ista non quæram? ego nesciam vnde descenderint: semel mihi videnda sunt, an sæpe?

DEI OPIFICIUM.

Nesciam quò hinc iturus sim? quæ sedes expectat animam solutam legibus seruitutis humanæ? Vetas me cælo interesse? id est, iubes me viuere capite demisso? Maior sum & ad maiora natus, quàm vt sim mancipium corporis mei. Epist. 66.

Circumspice omnium corpora; nulli non & color proprius est, & figura sua, & magnitudo. Inter cætera propter quæ mirabile diuini artificis ingenium est, hoc quoque existimo esse quod in tanta copia rerum nunquam in idem incidit, etiam quæ similia videntur, cum contuleris, diuersa sunt. Tot fecit genera foliorum, nullum non sua proprietate signatum, tot animalia, nullius magnitudo cum altero cõuenit. Vtique aliquid interest. Exegit à se, vt quæ alia erant & dissimilia essent, & imparia. Epist. 114.

Quia tutela certissima ex proximo est, sibi quisque cõmissus est. Itaque vt in prioribus epistolis dixi, tenera quoque animalia è materno utero, vel quoquomodo effusa, quid sit infestum ipsis, protinus norunt, & mortifera deuitant, vmbra quoque transuolantiũ reformidant obnoxia auibus raptò viuentibus. Nullũ animal ad vitam prodit sine metu mortis. Quemadmodũ, inquis, editũ animal intellectum habere aut salutatis aut mortiferæ rei potest? Primũ queritur, an intelligat, non quemadmodum intelligat. Esse autem illis intellectum, ex eo apparet, quod nihil amplius si intellexerint, facient. Quid est, quare pauonem, quare anserem gallina non fugiat, cum tanto minorem & ne notum quidem sibi accipitrem? Quare pulli felem timeant, canem non timeant? Apparet illis inesse scientiam nocituri, non experimento collectam. Nam antequam possint experiri, cauent. Deinde ne hoc casu existimes fieri, nec metuunt alia quam debent, nec vnquam obliuiscuntur. Huius tutelæ & diligentię equalis est illis à pernicioso fuga. Præterea non sunt timidiora viuendo. Ex quo quidem apparet, non vsu illa ad hoc peruenire, sed naturali amore salutis suæ. Et tardum est, & varium, quod vsus docet. Quicquid natura tradit, & equale est omnibus & statim. Epist. 122.

Inter cætera prouidentię opera, hoc quoque aliquis,
vt di-

vt dignum admiratione suspexerit. Non enim ex vna causa ventos aut inuenit, aut per diuersa disposuit: sed primū vt aëra non finerent pigrescere, sed assidua vexatione vtilē redderent vitalēque terris. Deinde vt imbres terræ subministrarent: iidēque nimios compescerent. Nam modò adducunt nubes, modò diducunt, vt per totum orbem pluuiæ diuidi possent. In Italiam Auster impellit, Aquilo in Africam reuocat. Etesia non patiuntur apud nos nubes consistere. Idem totam Indiam & Æthiopiā cōtinuis per id tempus aquis irrigāt. Quid quod fruges percipi non possunt, nisi flatu superuacua & mixta à seruandis ventilarentur, nisi esset quod segetē excitaret, & latentem frugem ruptis velamentis suis (quæ folliculos agricolæ vocant) adaperiret? Quid quod omnibus inter se populis commercium dedit, & gentes dissipatas locis miscuit? Dedit ille vētos ad custodiendā cœli terrarūque temperiē, ad euocandas, supprimendāsque aquas, ad alendos satōrum, ac arborum fructus, quos ad maturitatem cum aliis causis adducit ipsa iactatio, attrahens cibum in summa, & ne torpeat promouens. Dedit ventos ad vltiora noscenda, fuisset enim imperitum animal, & sine magna experiētia rerum homo, si circumscriberetur natalis soli sine. Lib. 5. Nat. Quæst. cap. 18.

Nemo vique eō tardus & hebes & demissus in terrā est, vt ad diuina se non erigat, ac tota mēte consurgat: vti que vbi nouum aliquod è cœlo miraculum fulsit. Nam quādiu solita decurrunt, magnitudinem rerū consuetudo subducit. Ita enim compositi sumus, vt nos quotidiana, etiam si admiratione digna sunt, transeant: contrā, minimarum quoque rerum, si insolita prodierunt, spectaculum dulce fiat. Hic itaque cœtus astrorum quibus immensi corporis pulchritudo distinguitur, populum non conuocat. At cum aliquid ex more mutatum, omnium vultus in cœlo est. Sol spectatoiem, nisi cum deficit, non habet. Nemo obseruat Lunam nisi laborantem. Tunc orbis conclamant, tunc pro se quisque superstitione vana trepidat. Quāto illa maiora sunt, quòd Sol totidem (vt ita dicam) gradus, quot dies habet, & annum circuitu suo claudit, quòd à solstino ad minuendos dies veritur, quòd à solstino statum inclinat, & dat spatium noctibus, quod sidera abscondit, quòd terras, cū tanto maior sit illis, nō vit: sed calorem suum

intensionibus ac remissionibus temperando fouet, quod Lunam nunquam implet, nisi aduersam sibi, nec obscurat. Hęc tamen non annotamus quandiu ordo seruatur, sed si quid turbatum est, aut præter consuetudinem emicuit, spectamus, interrogamus, ostendimus. Adeò naturale est, magis noua quàm magna mirari. Idem in cometis fit, si rarus & insolitæ figuræ ignis apparuit, nemo non seire quid sit, cupit. Et oblitus aliorum, de aduentu quęrit, ignarus utrum debeat mirari, an timere. Lib. 7. Nat. Quęst. c. 1.

Superuacuum est in præsentia ostendere, non sine aliquo custode tantum opus stare, nec hunc syderum certum cursum & discursum fortuiti impetus esse, hanc inoffensam velocitatem procedere æternæ legis imperio: tantum rerum terra marique gestantem, tantum clarissimorum luminum ex dispositione lucentium non esse materiæ errantis hunc ordinem, neque quæ temerè coierunt, tanta arte pendere, ut terrarum grauissimum pondus sedeat immotum, & circa se properantis cœli fugam spectet: ut infusa vallibus maria, molliant terras, nec vllum incrementum fluminum sentiant: ut ex minimis seminibus nascantur ingentia. Iam verò si quis obseruauerit nudari littora pelago in se recedente, eadēque intra exiguum tempus operiri, credet certa quadam volutatione modo contrahi undas, & introrsum agi, modò erumpere, & magno cursu repetere sedem suam: cum illæ interim portionibus crescunt, & ad horam ac diem subeunt ampliores minorēque, prout illas lunare sydus elicit, ad cuius arbitrium Oceanus exundat. Lib. de Diui. prou. in principio.

Iracundia leones adiuuat, pavor ceruos, accipitrem impetus, columbam fuga. Li. 2. de Ira. cap. 16.

Putas nascenti me tibi venire in consilium: Intratura es urbem Dijs hominibusque communem, omnia complexam, certis legibus æternisque deuinctam, indefatigata cœlestium officia voluentem. Videbis illic innumerabiles stellas. miraberis vno sydere omnia impleri, Solem quotidiano cursu diei noctisque spatia signantem, annum, æstatem, hyemem, æqualiter diuidentem. Videbis nocturnam Lunæ successionem, à fraternis occurribus lene remissumque lumen mutuantem, & modo occultam, modo toto ore terris imminentem, accessionibus damnisque mutabilem, semper proximæ dissimilem. Videbis quinque sydera di-

versas agentia vias. & in contrarium, præcipiti mundo nitentia: ex horum leuissimis motibus fortunæ populorum dependet, ac maxima ac minima proinde formatur, prout æquum iniquumve sydus incessit. Mirabens comiecta nubila, & cadentes aquas, & obliqua fulmina, & cæli fragorem. Cùm satiatus spectaculo superiorum in terram oculos deieceris, excipiet te alia forma rerum, aliterque mirabilis. Hinc camporum in infinitum patentium fusa planities. Hinc montium magnis, & nivalibus surgentium iugis, erecti in sublime vertices, delectus fluminum, & ex vno fonte in orientem occidentemque diffusi amnes, & summis cacuminibus nemora nutantia, & tantum sylvarum cùm suis animalibus, aurumque concentu dillo. Varij vrbium situs, & seclusæ nationes locorum difficultate, quarum alie se in erecto subtrahunt montes, alie ripis, lacu, vallibus, palude, circumfunduntur: adiuta cultu seges, & arbusta sine cultore ferulia, & iuorum lenis inter prata discussus, & amœni sinus, & littora in portum recedentia, sparsæ tot per vastum insulæ, quæ interuentu suo maria distinguunt. Quid lapidum gemmarumque fulgor, & inter rapidorum torrentium arenas aurum interfluens, & in medijs terris mediõque rursus mari nitentes ignium faeces, & vinculum terrarum, Oceanus, continuationem gentium triplici sinu scindens, & ingenti licentia exæstans? Videbis hic inquietis & sine vento fluctuantibus aquis immani & fidem excedenti magnitudine terrentia animalia, quædam graua, & alieno se magis æro mouentia, quædam velocia, concitatis pernictora remigijs, quædam haurientia vndas, & magno præ nauigantium periculo afflantium. Videbis hic nauigia, quas non nouere terras, quærentia. Videbis nihil humanæ audaciæ intetatum, erisque eius spectatrix, & ipsa pars magna conantium. Disces, docebisque artes, alias quæ vitã instuant, alias quæ oriunt, alias quæ regant.

Li. de Consolatio. ad Martiam. Cap. 18.

Homo.

Quam contempta res est homo, nisi supra humana se erexit. Lib. 1. Nat. Quæst. c. 1.

Cùm homo diuina contemnatur, alitur, crescit, ac velut vinculis liberatus, in originem redit. Et hoc habet argumentum diuinitatis suæ: quòd illum diuina delectant,

T. Contem-
platio.

MULIER. ANIMA.

nec ut alienis interest, sed ut suis. Vbi sup.

Homo semper in se se aliud fert, in alterum aliud cogitat. Ex Publ. Mi.

T. Rex Index.

Homovix commodatus, non donatus est. Ex Publ. Mi.
Nullum morosius est animal, maiorque arte tractandum quam homo: & nulli magis parcendum quam homini. Ex Publ. Mi.

Quid est homini inimicissimum? alter homo. Ex Publ. Mi.

Mulier.

Ut amat, aut odit mulier, nihil est tertium. Ex Publ. Mi.

Aperitè cum est mala mulier, tum demum est bona. Ex Publ. Mi.

Dediscere flere foeminam, est mendacium. Ex Publ. Mi.

Mulier cum sola cogitat, male cogitat. Ex Publ. Mi.

Casta ad virum matrona, parendo imperat. Ex eodem.

T. Matrimonium.

Anima.

T. Mors.

Mors quam pertimescimus, ac recusamus, intermittit vitam non eripit. Veniet iterum qui nos in lucem reponat dies. Sed postea diligentius docebo, omnia quae videntur perire, mutari. A quo animo debet rediturus exire. Obserua orbem terrarum in se remeantium: videbis in hoc mundo nihil extingui, sed vicibus descendere, ac resurgere. Epistola. 36.

T. Contemplatio.

Ratio autem nihil aliud est, quam in corpus humanum pars diuini spiritus mersa. Epist. 67.

Prospicere & ultra mundum libet, quò feratur, vnde surrexerit, in quem exitum tanta rerum velocitas properet. Ab hac diuina contemplatione abductum animam, in sordida & humilia pertraximus, ut auaritiæ seruiret, ut relicto mundo terminisque eius, & diuis cuncta versantibus terram rimaretur, & quæreret quid ex illa mali effoderet, non contentus oblati. Epist. 111.

Cum de animarum æternitate differimus, non leue momentum apud nos habet consensus hominum, aut timentium inferos, aut colentium æthera. Epist. 118.

Multa sunt quæ esse concedimus, & qualia sunt, ignora-

mus. Habere nos animum cuius imperio & impellimur & reuocamur, omnes fatebuntur: quid tamen sit animus ille rector dominusque nostri, nō magis tibi quisquam expediet, quā ubi sit. Alius illum dicit esse spiritum, alius concentum quendam, alius vim diuinam & Dei partem, alius tenuissimum aërem, alius incorporalem potentiam. Non deerit qui sanguinem dicat, qui calorem. Adeo animo non potest liquere de ceteris rebus, vt adhuc ipse sequarar. Lib. 7. Natu. Quæst. c. 24.

Nihil aliud intercidet quā corpus fragilitatis caducæ morbis obnoxium, casibus expositum, proscRIPTIONIBUS obiectum. Animus vero diuina origine haustus, cui nec senectus vlla, nec mors, onerosi corporis vinculis exolutus, ad sedes suas & cognata sydera recurret. In Suasoria. 6.

Quomodo molestus est iucundum somnium vidēti qui excitat (aufert enim voluptatem etiam si falsam, affectum tamen veræ habētem) sic epistola tua mihi fecit iniuriam. Reuocavit enim me cogitationi aptæ traditum: & iturum, si licuisset, vltius, iuuabat de æternitate animarum quærere, imo meherculè credere. Credebam enim facile opinionibus magnorum virorum, rem gratissimam promittētium, magis quā probantium Dabam me spei tantæ. Iam eram fastidio mihi, iam reliquias ætatis infractæ contemnebam, immensum illud tempus & in possessionem omnis æui transiturum: cum subito experrectus sum, epistola tua accepta, & tam bellum somnium perdidit, quod repetam, si te dimiserō, & redimam. Epist. 103.

Quemadmodum nouem mensibus nos tenet maternus vterus, & præparat non sibi, sed illi locū, in quem videmur emitti, iam idonei spiritum trahere, & in aperto durare, sic per hoc spatium quod ab infanzia patet in senectutem, in alium naturæ sumimur, & tanquam partum alia origo nos expectat, alius rerū status. Nondum cœlū, nisi ex intervallo pati possumus. Proinde intrepidus horam illam decretoriam prospice. Non est animo suprema, sed corpori. Quicquid circa te iacet rerum tanquam hospitalis loci sarcinas specta. Transeundum est. Excitit redeuntem natura, sicut intrantem. Dies iste quem tanquam extremum reformidas, æterni natalis est. Depone onus. Quid cunctans, tanquam nō prius quoque relicto, in quo latebas corpore, exieris? Hæres, & reluctaris, tum quo-

“
“
T. eternitas.
“
“
“
“
“

Simile.

que magno nisu matris expulsus es. Gemis, ploras: & hoc ipsum flere, nascentis est. Sed tunc debebat ignosci, rudis & imperitus omnium veneras, ex maternorum viscerum calido mollique fomento emissum, affluit aura liberior. Deinde offendit duræ manus tactus, tenèrque adhuc & nullius rei gnarus obstupuisti inter ignota. Nunc tibi non est nouum separari ab eo, cuius ante pars fueris: æquo animo membra iam superuacua dimitte, & istud corpus inhabitatū diu, pone. Scindetur, obruetur, abolebitur. Quid contristaris? Ita solet fieri: Pereunt sæpe velamenta nascentium. Quid ista sic diligis, quasi tua? Istis opertus es. Veniet qui te reuelet dies, & ex contubernio foedi, atque olidi ventis educat. Hinc nunc quoque tu quantum potes subuola ab aliis (nisi quæ necessario cohærebunt) alienus, Epist. 103.

Hæc quæ vides ossa circumuoluta neruis, & obductam cutem vultūque, & ministras manus, & cetera quibus inuoluti sumus, vincula animorum tenebræque sunt. Obruitur his animus, effugatur, inficitur, arcerur auersus à suis in falsa coniectus: omne illi cum hac carne graue certamen est, ne abstrahatur, & sidat: nititur illo, vnde dimissus est: ibi illum æterna requies manet è confusis crassisque, pura & liquida visentem. Proinde non est, quod ad sepulchrum filij tui curras. Pessima eius & ipsi molestissima, istuc iacent ossa cinerisque, non magis illius partes quam vestes, aliæque tegumenta corporum. Integer ille, nihilque teris relinquens fugit, & totus excessit: paulūque supra nos commoratus, dum expuigat inhærentia vitia, sitūque omnis mortalis æui excutit, deinde ad excelsa sublatus inter fœlices currit animas. Li. de Consol. ad Martiam. cap. 24-25.

More Platonis loquitur.

Ti. Purgatorium.

Affectus siue passionis animæ.

Nihil interest quàm magnus sit affectus, quantumcūque est, parere nescit, consilium non accipit: quemadmodum rationi, nullum animal obtemperat, nō ferum, non domesticum & mite (natura enim illorum est surda suadenti) sic non sequuntur, non audiunt affectus quantumli quicūque sint. Facilius est enim initia illorum prohibere, quàm impetum regere. Epist. 86.

Quis negat omnes affectus à quodam quasi naturali

Quere principio? Curam nobis nostri natura mandauit. Sed huic, vbi nimium indulseris, vitium est. Voluptatem natura necessariis rebus admiscuit, vt non illam petere-
mus, sed vt ea sine quibus non possumus viuere gratiora nobis illius faceret accessio. Ep. 117.

Hic erit vtilis miles qui scit parere consilio. Affectus quidem, tam mali ministri, quam duces sunt. Ideo nunquam assumet ratio in adiutorium Improvidos & violentos impetus, apud quos nihil ipsa authoritatis habeat, quos nunquam comprimere possit, nisi pares illis, similisque opposuerit, vt inæ metum, inertæ iram, timori cupiditatem. Lib. 1. de Ira cap. 9.

Aristoteles ait, affectus quosdam, si quis illis benè utatur, pro armis esse. Quod verum foret, si velut bellica instrumenta, sumi deponique possent inductis arbitrio. Hæc arma quæ Aristoteles virtuti dat, ipsa per se pugnant, non expectant manū. Habent, & nō habentur. Li 1. de Ira c. 16.

Ea demū velocitas placet, quæ vbi iussa est, vestigium sistit, nec vltra destinata procurrat, & quæ flecti, & à cursu ad gradum reduci potest. Æ gros scimus neruos esse, vbi inuitis nobis mouentur. Senex aut infirmi corporis est, qui cum ambulare vult, currit. Animi motus eos putemus sanissimos, validissimosque qui nostro arbitrio ibūt, non suo ferentur. Lib. 2. de Ira. cap. 35.

*T. Aff. Eluā
moderatio.*

Non sunt præterea cupiditates in longinquum mittendæ, sed in vicinum illis egredi permittamus, quoniam includi ex toto non patiuntur. Relictis his quæ aut nō possunt fieri, aut difficulter possunt, propè posita, speique nostræ alludentia sequamur. Proximum ab his erit ne aut in superuacuis, aut ex superuacuo laboremus: id est, ne aut quæ non possumus consequi, concupiscamus: aut adepti, cupiditatum vanitatem nostrarum serò post multū pudorem intelligamus. Ne aut labor irritus, sine effectu sit, aut effectus labore indignus. Ferè enim ex his tristitia sequitur, si aut non successit, aut successus pudeat. Li. 1. de Tranq. vi. cap. 10 & 11.

*T. Cupidita-
tum moderatio.*

Nunquā autē ego à te, ne ex toto mereas exigam. Et scio inueniri quosdam duræ magis quā fortis prudentiæ viros, qui negent doliturū esse sapientem. Hi non vidētur vnquā in huiusmodi casum incidisse. Alioqui excusisset illis fortuna superbā sapientiā, & ad confessionem eos veri etiam

*Ti. Doloris
moderatio.*

SENECTVS, ET SENEX. VIR, ET VXOR.
inuitos cōpulisset. Satis prestitit ratio, si id vnum ex dolore, quod & superest, & abundat, exciderit: vt quidem nullum omnino dolorem esse cum patiat, nec sperandum vlli, nec concupiscendum est. Hunc potius modum seruet, qui nec impietatem imitetur, nec insaniam, & nos in eo teneat habitu, qui & piæ mentis est, nec emotæ. Fluât lachrymæ, sed eadem desinant: trahantur ex imo pectore gemitus, sed ijdem & finiantur. Sic rege animum tuum, vt & sapientibus te approbare possis, & fratribus. Li. de Consolat. c. 37.

Animo dolenti nihil oportet credere. Ex Publ. Mi.

Omnis affectus habet, vt in eo in quo ipse insanit, in idem putet ceteros furere. Ex Pub. Mi.

Turpe præbet spectaculum animus æger. Ex Publ. Mi.

Senectus & senex.

Alia genera mortis spei mixta sunt. Desinit morbus, incendium extinguitur, ruina quos videbatur oppressura, deposuit: mare quos hauserat, eadem vi qua sorbebat, eicit incolumes: gladium miles ab ipsa perituri ceruicæ reuocauit. Nihil habet quod speret, quem senectus ducit ad mortem. Epistol. 30.

Ago gratias senectuti, quod me lectulo affixit. Quid ni gratias illi hoc nomine agam? Quicquid debebam nolle, non possum. Cum libellis mihi plurimus sermo est. Epistol. 68.

Nihil turpius est, quàm grandis natu senex, qui nullum aliud habet argumentum, quo se probet diu vixisse, præter ætatem. Lib. i. de Tranq. vit. c. 3.

Amare iuueni virtus est, crimen seni. Ex Publ. Mi.

Vir, & Vxor.

Casta ad virum matrona parendo imperat. Ex Publ. Mi.

Habent locum maledicti crebræ nuptiæ. Ex eodem.

Magno cum periculo custoditur, quod multis placet. Ex eodem.

Bonam vxorem amisi, inuenies, si nihil quæris; nisi bonam: tu modo ne imagines, proauósque respexeris: nec patrimonium: cui iam ipsa nobilitas primo loco cessit. Ista diu cū forma non repugnabūt. Facilius reges animum, nulla vanitate tumentem. Non multum abest à cōtemptu viri, quæ

PATER, ET FILIUS. FILIOR. EDVC. 13
se nimis suspicit. Duc benè institutam, nec maternis in-
quinatam vitiis. Non cuius auriculis vtrinq̄ue bina pa-
trimonia dependent. Non quam margaritæ suffocent, cui
minus sit in dote quàm in veste, quam in patente sella cir-
cunlatam per urbem populus ab omni parte æquè vt ma-
ritus inspexerit, cuius sarcinis domus non sit angusta. Hæc
facilè ad tuos mores rediges, quàm nondum corruerunt
public. Lib. de Remed. Fortuit.

Pater & filius. Filiorum educatio.

EDucatio maximam diligentiam plurimùmque pro-
futuram desiderat. Facilè est enim teneros adhuc ani-
mos componere. Difficiliter rescinduntur vitia, quæ
nobiscum creuerunt. Li. 2. de Ira. cap. 18.

Vinum pueris Plato negandum putat: & ignem vetat i-
gne incitari. Nec cibus quidem implendi sunt: distendun-
tur enim corpora, & animi cum corpore tumescent. Labor
illos citra lassitudinem exerceat, vt minuatur: non vt con-
sumatur calor, nimiùsque ille feruor despumet. Lusus
quoque proderunt. Modica enim voluptas laxat animos *T. Recreatio*
& temperat. Humidioribus, siccioribus, & frigidis, non
est ab ira periculum, sed maiora vitia metuenda sunt, pa-
uor, difficultas, & desperatio, & suspiciones. Plurimùm,
inquam, proderit, pueros statim salubriter institui. Diffi-
cile autè regimen est, quia dare debemus operam, ne aut
iram in illis nutriamus, aut indolem retundamus. Dili-
genti-observatione res indiget. Vtrumque enim & quod
extollendum, & quod deprimendum est, similibus alitur.
Facilè autem etiam attendentem similia decipiunt. Cre-
scit licentia spiritus, seruitute comminuitur. Assurgit, si
laudatur, & in spem sui bonam adducitur. Sed eadem ista
insolentiam & iracundiam generant. Sic itaque inter v-
trùmque regendus est, vt modò frenis vtatur, modò sti-
mulis, nihil humile, nihil seruale patiatur. Nunquam illi
neesse sit rogare simpliciter, nec pro sit rogasse, potius
causæ suæ & prioribus factis, & bonis in futurum pro-
missis donetur. In certaminibus æqualium, nec vinci il-
lum patiamur, nec in asci. Demus operam, vt familiaris sit
his, cum quibus contendere solet, vt in certamine assues-
cat, non nocere velle, sed vincere. Quoties superauerit,
& dignum aliquid laude fecerit, attollit, nō gestire patia-

Ti. Gaudiū mur. Gaudiū enim exultatio, exultatione tumor, & nimia
T. Recrea- aestimatio sui sequitur. Dabimus aliquod laxamētū: in de-
tio. sidiam verò otiumque nō resoluemus, & procul à cōtactu
 „ deliciarū retinebimus. Nihil enim magis fecit iracundos,
 „ quàm educatio mollis & blanda. Ideò vniciis quò plus in-
 „ dulgetur, pupillisque quò plus licet, corruptior animus
 „ est. Non resistet offensis, cui nihil vnquam negatum est,
T. Prosperi- dagogo satisfactum est. Non vides, vt maiorem quàmque
tas. fortunā, maior ira comitetur? In diuitibus, nobilibusque,
 „ & magistratibus precipuè apparet, cum quicquid leue &
 „ inane in animo erat, secunda se aua sustulit. Fœlicitas
 „ iracundiam nutrit, vbi aures superbas assentatorum turba
T. Adul- circumstet. Tibi enim ille respondet, non pro fastigio re-
tio. tuo metiris, ipse te proicias: & alia, quibus vix sanæ &
 „ ab initio fundatæ mentes restiterunt. Longè itaque ab
 „ assentatione pueritia remouenda est. Audiatur verum, & ti-
 „ meatur, inferim vereatur, semper maioribus assurgat. Nihil
 „ per iracundiam exoret. Quod sienti negatum fuerat, quie-
 „ to offeratur: & diuitias parentum in conspectu habeat,
 „ non in vsu. Exprobrentur illi perperam facta. Pertinebit
 „ ad rem præceptores prædagogosque pueris placidos da-
 „ ri. Proximis applicatur omne quod tenerum est, & in eo-
 „ rum similitudinem crescit. Nutricum & prædagogorum re-
 „ tulere mox in adolescentia mores. Apud Platonem educa-
 „ tus puer, cum ad parentes relatus, vociferantem videret
 „ patrem. Nunquàm, inquit, hoc apud Platonem vidi. Non
 „ dubito quin citius patrem, quàm Platonem imitatus sit.
 „ Tenuis antè omnia sit victus, & non preciosa vestis, & si-
 „ milis cultus cum æqualibus. Non irascetur aliquem sibi
 „ comparari, quem ab initio multis parem feceris. Lib. 2. de
 „ Ira. à 18. vsque ad 22. cap.

Ames parentē, si æquus est, si aliter, feras. Ex Publi. Mi.
 Malæ naturæ nunquam doctore indigent. Ex eodem.

Doctor & auditor.

IN hoc gaudeo aliquid discere, vt doceam: nec me vlla
 res delectabit, licet eximia sit & salutaris, quàm mihi
 sciturus sum. Si cum hac exceptione detur sapientia, vt
 illam inclusam teneam, nec enunciem, reiiciam. Nullius
 boni sine socio iucunda possessio est. Epist. 6.

Tu me, inquis, vitare turbam iubes, secedere, & conscientia esse contentum: vbi illa praecepta vestra quae imperant in actu mori? Quod ego tibi videor interim suadere, in hoc me recondidi, & fores clausi, vt prodesse pluribus possem. Nullus mihi per ocium dies exit, partem noctis studiis vendico, non vaco somno, sed succumbo, & oculos vigilia fatigatos cadentesque in opere detineo. Secessi, non tantum ab hominibus, sed etiam à rebus, & primum à rebus meis. Posterorum negotium ago. Illis aliqua quae possint prodesse conscribo: salutare admonitiones, velut medicamentorum compositiones, literis mando: esse illas efficaces in meis vlceribus expertus: quae etiam si personata non sunt, serpere desierunt. Rectum iter quod serò cognoui, & lassus errando, alius monstro. Epist. 8.

Nunquam nimis dicitur, quod nunquam satis discitur. Quibusdam remedia monstranda, quibusdam inculcanda sunt. Epist. 27.

Si agricolam arbor ad fructum producta delectat, si pastor ex foetu gregis sui capit voluptatem, si alumnum suum nemo aliter intuetur, quam vt adolescentiam illius suam iudicet: quid euenire credis his, qui ingenia educauerunt & quae tenera formauerunt, adulta subito vident? Assero te mihi: meum opus es. Ep. 53.

Eum elige doctorem, quem magis admireris cum videris, quam cum audieris. Epist. 34.

Nullos autem peius mereri de omnibus mortalibus iudico, quam qui philosophiam velut aliquod artificium venale didicerunt, qui aliter viuunt, quam viuendum esse praecipunt. Exempla enim seipsum inutiles disciplinae circumferunt, nulli non vitio quod insequuntur, obnoxij. Non magis mihi potest quisquam talis prodesse praceptor, quam gubernator in tempestate nauscabundus. Tenendum est rapiente fluctu gubernaculum, luctandum cum ipso mari, eripienda sunt vento vela. Quid me potest adiuuare rector nauigij attonitus, & vomitans? Quanto maiore putas vitam tempestate iactari, quam vllam ratem? Non est loquendum, sed gubernandum. Epist. 109.

Omnium honestarum rerum semina animi gerunt, quae admodum T. Educatione excitantur: non aliter quam scintilla flatu leui adiu-
tio.
ta, ignem suum explicat. Erigitur virtus cum tacta est & impulsata. Simile.

DOCTOR, ET AUDITOR

Ingenij vis præceptis alitur & crescit, nouasque persuasiones adiicit innatis & deprauata corrigit. Epist. 95.

Quædam insident nobis quæ nos ad alia pigros, ad alia temerarios faciunt Nec hæc audacia reprimi potest: nec illa inertia suscitari, nisi causæ eorum eximantur: falsa admiratio, & falsa formido. Hæc nos quandiu possident, dicas licet, hoc patri præstare debes, hoc liberis, hoc amicis, hoc hospitibus, tentantem avaritia retinebit. Sciat pro patria pugnādū esse, dissuadebit timor. Sciat pro amicis desudandū esse ad extremū vsque sudorē, sed delicia vetabūt. Sciat in vxorē grauissimū esse genus iniuriæ pellicæ: sed illū libido in contrariū impinget. Nihil ergo proderit dare præcepta, nisi prius amoueris obstātia præceptis Non magis quā proderit, arma in conspectu posuisse propiūsque admouisse, nisi vsuræ manus expediuntur: vt ad præcepta quæ damus, possit animus ire, soluendus est. Epistol 96.

Simile.

Si quis ex istis qui philosophiā conlattrāt, quod solent, dixerint quare ergo tu fortius loqueris, quā viuis? Quare superiori verba submittis, & pecuniā necessarium tibi instrumentum existimas, & dāno moueris & lachrymas, audita cōiugis aut amici morte, demittis & respicis famam, & malignis sermonibus tāgeris? Quare cultius rus tibi est quā naturalis vsus desiderat? Cur non ad præscriptū tuū cœnas? Cur tibi nitidior supellex est? Cur apud te vinum ætate tua vetustius bibitur? Cur autem domus disponitur? Cur arbores præter vmbra nihil datuæ, conseruntur? Quare vxor tua locupletis domus cēsū auribus gerit? Quare prædagogus preciosa veste succingitur? Quare ais est apud te ministriae, nec temerè & vt libet collocatur argentum, & aliquis est scindendi obsonij magister? Adice si vis cur trans mare possides? Cur plura quam nosti possides? Turpiter, aut tam negligens es, vt non noueris pauculos seruos, aut tam luxuriosus, vt plures habeas, quā quorum notitiæ memoria sufficiat. Adiuuabo post modum conuitia, & plura mihi quā putas obuiam. Nunc hoc respondeo tibi, non tanquam sapiens, sed solum vt malevolentiam tuam pascam. Nec eris
 „ 10. Exigo itaque à me non vt optimis par sim, sed vt ma-
 „ lis melior. Hoc mihi satis est, quotidie aliquid ex vitijs
 „ meis demere, & errores meos obiurgare. Non perueni

T. Proficien
 245.

ad sanitatem, ne perueniam quidem: delinimenta magis, quam remedia podagræ meæ compono, contentus, si rarius accedit, & si minus irata minatur. Vestris quidem pedibus comparatus, debilis cursor sum. Hæc pro me non loquor. Ego enim in alto vitiorum omnium sum: sed pro illo cui aliquid actum est. Aliter inquis, loqueris, aliter viuis. Hoc per malignissima capita & optimo cuique inimicissima, Platoni obiectum est, obiectum Zenoni. Omnes enim isti dicebant, nõ quemadmodum ipsi vixerunt, sed quemadmodum ipsis viuendum esset. De virtute nõ de me loquor. Et cum vitiis conuitium facio, in primis meis facio, cum potuero, viuam quomodo oportet. Nec malignitas me ista multo veneno tincta, deterrebit ab optimis. Nec virtus quidem istud quo alios spargitis, vos necatis, me impedit, quominus perseuerem laudare vitam, non quam ago, sed quam agendam scio, quo minus virtutem adorem, & ex interuallo ingenti reptabundus sequar. *Et mox.* Non præstant philosophi quæ loquuntur, multum tamen præstant, quod loquuntur, quod honesta mente concipiunt. Nam si & paria dictis agerent, quid esset illis beatus? Interim non est, quod contempnas bona verba, & bonis cogitationibus plena præcordia. Studiõrum salutarium etiam citra effectum, laudanda tractatio est. Quid mirum si non ascendunt in altum? *Et post pauca.* Non est, ait, quod perperam exaudiatis, quæ honestè, fortiter, animosè, à studiosis sapientiæ dicuntur. Et hoc primum attendite. Aliud est studiosus sapientiæ, aliud iam adeptus sapientiã. Ille tibi dicet, optimè loquor: sed adhuc inter mala volutor plurima. Non est quod me ad formulam meam exigas, cum maximè facio me & formo, & ad exemplar ingens attollo: si processero quantum proposui, exige vt dictis facta respondeãt. Assecutus verò humani boni summam, aliter tecum aget, & dicet, Non est, quod tibi permittas, de melioribus ferre sententiam. *T. Persecutio*

Mihi iam (quod argumentum est recti) contingit malis displicere. Li. de vita beata à 17 vsque ad 24. cap. *res bonorum.*

Non is solus Reipubl. prædest, qui candidatos extrahit, & tuctur reos, & de pace belloque censet: sed qui iuentutem exhortatur, qui in tanta bonorum præceptorum inopia, virtute instruit, qui animos ad pecuniam luxuriamque cursu ruentes prensat, atque retiahit, in privato

T. Studium.

Simile.

T. Virtus.

publicum negotium agit. An ille plus præstat, qui inter peregrinos & ciues, aut vrbani prætor aduentibus assessoribus verba pronunciat, quàm qui docet quid sit iustitia, quid pietas, quid sapientia, quid fortitudo; quid mortis contemptus, quid Deorum intellectus, quàm gratuitum bonum sit bona conscientia. Ergo si tempus in studia conferas, quod subduxeris officiis, non deserueris, nec munus detractaueris. Nec enim ille solus militat, qui in acie stat, & cornu dextrum læuúmque defendit, sed qui portas tuetur, & statione minus periculosa, non otiosa tamen fungitur, vigiliásque seruat, & armamentario præest. Quæ ministeria quamuis incruentata sint, in numerum stipendiorum veniunt. Si te ad studia renocaueris, omne vitæ fastigium effugeris, nec noctem fieri optabis tædio lucis, nec tibi grauis eris, nec aliis superuacuis, multos in amicitiam attrahes, affluétque ad te optimus quisque. Nunquam enim (quamuis obscura) virtus latet: sed mittit sui signa, quisquis dignus fuerit, vestigiis illam colliget. Lib. 1. de Tranquil. vit cap. 3.

Nobilis professio sapientia est, quæ distributa suscipit incrementum, auarum dedignata possessorem, citò nisi publicetur, elabitur. Ex Publ. M¹.

Omnis doctor in vitæ ratione peccans, turpior est, ob hoc quòd in officio, cuius magister esse vult, labitur. Ex eodem.

Dominus Seruus.

Bello civili proscriptum dominum seruus abscondit, & cum anulos eius sibi aptasset, ac vestem induisset, speculatoribus occurrit, nihil se deprecari, quo minus imperiata peragerent, dixit, & ceruicem porrexit. Quanti viri est, pro domino eo tempore mori velle, quo erat rara fides, inueniri in publica perfidia fidelem, & cum præmia prodicionis ingentia ostenderentur, præmium fidei, mortem contempserit? Lib. 3. de Bene. ca. 25.

Libenter ex his qui a te veniunt cognoui; familiariter te cum seruis tuis viuere: hoc prudentiam tuam, hoc eruditionem decet. Serui sunt? imò homines. Serui sunt? imò contubernales. Serui sunt? imò humiles amici. Serui sunt? imò conserui. Si cogitaueris tantundem in vtròsque

licere fortunæ. Itaque rideo istos, qui turpe existimant cum seruo suo cœnare. Epist. 47.

Heu quàm miserum est discere seruire, vbi sis doctus dominari. Ex Publ. Mi.

Minus est quàm seruus Dominus, qui seruos timet. Ex eodem.

Qui seruis crudelis est, ostendit in alios voluntatem sibi non deesse, sed potestatem. Ex eodem.

Seruis imperare moderatè, laus est. Ex eod.

Incipientium Status.

HOc interest inter consumatæ sapientiæ virum, & alium procedentis, quod inter sanum, & ex morbo graui & diutino emergentem, cui sanitatis loco est, leuior accessio. Hic nisi attendit, subinde grauatur, & in eadem reuoluitur. Epist. 73.

Molestum est semper vitam inchoare, aut si hoc modo magis sensus potest exprimi, malè viuunt, qui semper viuere incipiunt. Quidam viuere tunc incipiunt, cùm desinendum est. Si hoc iudicas mirum, adiciam quod magis admireris. Quidam antè viuere desierunt, quam inciperent: Epist. 23.

Proficientium.

Magna pars est profectus, velle proficere. Epist. 72.

Properemus, ita demùm vita beneficium erit: alioquin mora est, & quidem turpis inter scœda versantibus: id agamus, vt nostrum omne tempus sit. Non erit autem, nisi prius nos nostri esse cœperimus. Epist. 23.

Generosa res est, respicere non ad suas, sed ad naturæ suæ vires: conari alta; tentare, & mente maiora concipere, quàm etiam ingenti animo adornatis, effici possiat. Lib. de vita beata. cap. 20.

Eorum qui nondum perfectam virtutem affecuti sunt mentem ac statum Seneca in persona sua describit his verbis. Dicam quæ accidant mihi, tu morbo nomen inuenies. Tenet me summus amor parsimoniz, fateor. Placet nõ in ambitionem cubile compositum, non ex arcula prolata vestis, non ponderibus, aut mille tormentis splendere cogentibus, expressa: sed domestica, & vilis, nec seruata, nec

“
“

T. Parsimo-
nia.
“
“
“
“

PROFICIENTIVM.

» sumenda sollicitè. Placet cibus, quem nec parent familiæ,
 » nec spectent, nec multos ante paratus dies, nec multorum
 » manibus ministratus: sed parabilis facilisque, nihil ha-
 » bens accessiti preciosi: vbilibet non defuturus, nec pa-
 » trimonio grauis, nec corpori, nec rediturus quàm intra-
 » uerat. Placet minister incultus, & rudis vernula argētum
 » graue rustici patris, sine vlllo opere & nomine artificis: &
 » mensa non varietate macularum conspicua, nec per mul-
 » tas elegantium dominorum successiones ciuitati nota, sed
 » in vsum posita: quæ nullius cōiuuæ oculos, nec volupta-
 » te moietui, nec accendat inuidia. Cùm benè ista placue-
 » rūt, prestingit animū apparatus alicuius pedagij, diligē-
 » tius quæ in priuato lare vestita, & auro culta mācipia, &
 » agmem seruorum nitentium. Iam domus etiam qua cal-
 » catur pretiosa, & diuitis per omnes angulos dissipatis, te-
 » cta ipsa fulgentia, & affectator comēsque patrimoniorum

Hac proficiē pereuntium populus. Quid perlucens ad imum aquas,
us sunt, non & circumfluentes ipsa conuiuia, quid epulas loquar scena
perfecti. sua dignas? Circumfundit me ex longo frugalitatis situ
 » venientem, multo splendore luxuria, & vndique circun-
 » sonuit. Paulum titubat acies. Facilius aduersus illam ani-
 » mum, quàm oculos attollo. Recedo itaque non peior, sed
 » tristior. Nec inter illa friuola mea, tam altus incedo, tā-
 » citusque morsus subit, & dubitatio, nunquid illa melio-
 » ra sint: nihil horum me mutat, nihil tamen non concutit.

T. Resp. Placet vim præceptorū sequi, & in mediam ire Remp.
 » Placet honores fascēsque, non purpura, aut aureis virgis
 » adductum, capessere: sed vt amicis propinquis, & om-
 » nibus ciuibus, omnibus deinde mortalibus paratior, vti-
 » liorque sim propius positus. Sequor Zenonem, Cleanthē,
 » Chrysippum, quorum tamen nemo ad Remp. accessit, &

T. Quies. nemo non misit. Ad quam cum animum insolitum alicui
 » tati permisi, vbi aliquid occurrit indignum (vt in omni
 » vita humana multa sunt) ad otium conuertor: & quemad-
 » modum pecoribus fatigatis velocior domum gradus est,

Simile. placet intra parietes suos vitā coërcere. Nemo vllum au-
 » ferat diem, nihil dignum tanto impendio redditurus: si-
 » bipse animus hæreat, se colat, nihil alieni agat, nihil

T. Lectio. quod ad iudicem spectet. Ametur expers publicæ priua-
 » tæque curæ tranquillitas. Sed vbi lectio fortior erexit

T. Exempla. animum, aculeos subdiderunt exempla nobilia, proficere
T. Respub. libet

libet in forum, commodare alteri vocem, alteri operam, & si nihil profuturam, tamen conaturam prodesse, alicuius coërcere in foro superbiam, malè secundis rebus elati. Ne singula diùtius persequar, in omnib' rebus hæc me sequitur bonæ mentis infirmitas, cum ne paulatim defluã vereor, aut quod est sollicitius, ne semper casuro similis pendeam. Rogo itaque si quod habes remedium, quo hæc fluctuationem meã sistas, dignum putes me, qui tibi tranquillitatē debeã. Ut vera tibi similitudine id de quo queror exprimam, non tempestate vexor, sed nausea. Detrahe ergo quicquid hoc est mali, & succurre in conspectu terrarum laboranti. Quæro mehercule iamdudū Serene ipse tacitus, cui talem affectum animi similem putē. Nec vllius propius admoneror exemplo, quàm eorum qui ex *Simile.* lōga & graui valetudine expliciti, motiunculis, leuib' que interim offensis perstringuntur, & cum reliquias effugerint, suspicionibus tamen inquietantur, medicis que iam sani manum porrigunt, & omnem calorem corporis sui calumniantur. Horum Serene non parum sanum est corpus, sed sanitati parum assuevit. Li. i. de Tranquil. vitæ. c. 1. & 2. ad Serenum amicum.

Perfectorum status.

Qui sint perfecti viri mores & actiones, grauius & eleganter Seneca ad Lucilium imperfecti hominis collatione describit his verbis. Hunc, ait, vidimus in bello fortem, in foro timidum, animosè paupertatem ferentem, humiliter infamiam: factum laudauimus, contempsimus virum. Alium vidimus aduersus amicos benignum, aduersus inimicos temperatum, & publica & priuata, sanctè ac religiosè administrantem, non deesse ei, & in his quæ toleranda erant, patientiam, & in his quæ agenda, prudentiam. Vidimus vbi tribuendum esset, plena manu dantem: vbi laborandum pertinacè & lassitudinem corporis animo subleuantem. Præterea idē erat semper & in omni actu par sibi, iam non consilio bonus, sed more, eò perductus, vt non tantum rectè facere posset, sed nisi rectè facere nō posse. Intelleximus in illo perfectam esse virtutem. Epi. 121.

Quàm angusta innocentia est, ad legem bonum esse? Quantò latius officiorū patet, quàm iuris regula? Quàm multa pietas, humanitas, liberalitas, iustitia, fides, exigūt?

PERFECTORVM STATVS.

Quæ omnia extra publicas tabulas sunt. Li. 2. de Ira. c. 27.

Vir sapiens atque perfectus, hanc sibi vitam proponere, sic secum agere debet. Ego mortem eodem vultu videbo, quo audiam. Ego laboribus, quancumque illi erunt, parebo, animo fulciens corpus. Ego diuitias & præsentēs & absentes æquè contempnam, nec si aliubi iacebunt, tristior, nec si circa me fulgebunt, animosior. Ego fortunam nec venientem sentiam, nec recedentem. Ego terras omnes tanquam meas videbo, meas tanquam omnium.

T. Liberalitas.

Ego sic viuam, quasi sciam aliis me natum, & naturæ rerum hoc nomine gratias agam. Quo enim melius genere negotium meum agere potui? Vnum me donauit omnibus, vni mihi omnes. Quicquid habebō nec sordidè custodiam, nec prodigè spargam. Nihil magis possidere me credam, quàm benè donata: non numero, nec pondere beneficia, nec vlla nisi accipientis æstimatione perpendam. Nunquam id mihi multum erit, quod dignus accipiet. Nihil

T. Consolentia.

opinionis causa, omnia conscientia faciã, populo spectante fieri credam, quicquid me cōscio faciã. Edendi erit bibendique finis desideria naturæ restringere, non implere alium

T. Abstinentia.

& exinanire. Ego amicis iucundus, inimicis mitis & facilis, exorabor antequam roget, honestis precibus occurrã. Patriam meam esse, mundum sciam, & præsidēs Deos, supra me, circum

T. Dilectio inimicorum.

queque me stare, factorum dictorumque cēsores. Quãdocumque autem natura spiritum repetet, aut ratio dimittet, testatus

T. Providentia.

exibo, bonam me conscientiam amasse, bona studia, nullius per me libertatem diminutam, à nemine meam. Qui hoc facere proponet, volet, tentabit, ad Deos iter faciet: hoc ille etiam si non tenuerit, magnis tamen excidet ausis. Lib. de Vita beata. cap. 20. & 21.

Qua sint perfecti viri officia ostendit iterum Seneca exemplo amici Lucilij Siciliae præfecti: quum sic inducit adulatoribus suis respondentem. I, tu (inquit) ista verba quæ iam ab alio magistratu ad alium cum licitoribus transerunt, ferre ad aliquem qui paria facturus, vult quidquid dixeris, audire. Ego nec decipere volo, nec decipi possum. Laudari me à vobis, nisi laudaretis etiam malos, vellẽ. Cum cupieris (ait Sen.) bene laudari, quare hoc vlli debeas? Ipse te lauda, dic, liberalibus me studis tradidi, quanquam paupertas alia suaderet, & ingenium abduceret, vbi præsens studij pretium est. Ad gratuita carmina deflexi me, & ad salutare philosophiæ studium

estuli. Ostēdi in omne pectus cadere virtutem, & eluctatus natalium angustias, nec sorte me sed animo mēsus, par maximis steti. Non mihi inimicitia Getulici Caij fidem eripuit, non in aliorū personam infœliciter amati Messala & Narcisus, diu publici hostes, propositū meū potuerunt euertere. Cervicē pro fide apposui. Nullum verbum mihi quod non salua cōscientia procederet, excussum est. Pro amicis omnia timei, pro me nihil, nisi ne parum bonus amicus fuisset. Non mihi muliebres fluxere lachrymæ, non è manibus vllius supplex pependi. Nihil indecorū nec bono, nec viro feci. Periculis meis maior, paratus ire in ea quæ minabantur, egi gratias fortunæ, quod experiri voluisset quanti æstimarem fidem. Non debebat mihi paruo res tanta constare. Nec examinavit me quidē diu: nec enim paria pendebant, utrū satius esset me petire pro fide, an fidem pro me. Non præcipiti impetu in vltimum consilium, quo me eriperem furori potentium, misi. Videbam apud Caium tormenta, videbam ignes. Sciebam olim sub illo in eum statum res humanas decidisse, vt inter misericordiæ opera haberetur, occidi. Non tamē ferro incubui, nec in mare aperto ore desilui: ne viderer pro fide tantūm mori posse. Adice nunc inuictum muneribus animum, & in tanto auaritiæ certamine, nunquam suppositam manum lucro. Adice nunc victis parsimoniam, sermonis modestiam. Aduersus minores humanitatē, aduersus maiores reuerentiam. Post hoc ipse te consule, vera ne an falsa memoraueris. Si vera sunt, coram magno teste laudatus es: si falsa, sine teste derisus es. Possum & ipse nunc videri te, aut captare, aut experiri. Vt unlibet crede, & omnes timere à me incipere. Vergilianum illud excude. Nunquam tuta fides In Præfatione lib. 4 Natur. Quæst.

Rex Princeps.

Hoc est regnum, nolle regnare, cūm possis. Lib. 3. de bene. c. 37.

Si vis tibi omnia subicere, te subiice rationi: multos reges, si ratio te rexerit. Epist. 37.

Naturæ est, potioribus deteriora submittere. Multis quidem gregibus, aut maxima corpora præsumt, aut vehementissima. Non præcedit amenta degener taurus, sed

R E X , P R I N C E P S .

qui magnitudine ac toris cæteros mares vicit. Elephantorum gregem excelssimus ducit. Inter homines pro summo est optimus. Animo itaque rector olim eligebatur. Ideoque summa fœlicitas erat gentium, in quibus nō poterat potentior esse, nisi melior. Tantum enim quantum vult potest, qui se nisi quod debet, nō putat posse. Illo ergo sæculo quod aureum perhibetur, penes sapiētes fuisse regnum Possidonius iudicat. Hi continebant manus, & infirmiores à validioribus tuebantur. Suadebant, dissuadebantque, & vtilia atque inutilia mōstrabant. Horū prudentia ne quid deesset suis, providebat. Fortitudo arcebat pericula, beneficētia augebat ornabātque subiectos. Officiū erat imperare, non regnum. Nemo quantum posset aduersus eos experiebatur, per quos cœperat posse. Epist. 91.

Perierunt omnia, vbi quantum suadet ira, fortuna permittit: nec diu potest, quæ matorū malo exercetur, potentia stare. Perichitantur enim vbi eos qui separatim gemunt, communis metus iunxit. Plerosque itaque modo singuli mactauerunt, modo vniuersi cum illis conferre in vnum iras, publicus dolor coëgisset. Li. 3. de Ira. c. 16.

Nullum clementia ex omnibus magis quam regem aut principem decet. Ita enim virtutes, magnis viris decori gloriæque sunt, si illis salutaris potentia est. Nam pestifera vis est, valere ad nocendum. Illius demum magnitudo stabilis fundatæque est, quem omnes tam supra se esse, quam pro se sciunt: cuius curam excubare pro salute singulorum atque vniuersorum quotidie experiuntur. Lib. 1. de Clem. c. 3.

Clementia in quacunque domum peruenit, eam felicem tranquillamque præstabit. Sed in regia. quò rarior. cò mirabilior. Quid enim est mirabilius, quam cum, cuius iræ nihil obstat, cuius grauiori sententiæ ipsi qui percunt, assentiuntur: quem nemo interrogatus est: imò si vehementius excanduit, ne deprecarius quidem, ipsum sibi manum iniicere, & potestate sua in melius placidiusque vti: hoc ipsum cogitantem, occidere contra legem nemo non potest, seruare, nemo præter me. Magnam fortunam magnus animus decet: qui nisi se ad illam extulit, & altior stetit, illam quoque infra terram deducit. Magni autem animi est proprium, placidum esse tranquillumque, & iniurias atque offensiones semper despiciere.

T. Potentia
mala & bona.

T. Victoria
sua.

T. Magnanimitas.

Muliebri est, furere in ira. Ferarum verò, nec generosa-
rum quidem, præmordere, & virgere proiectos. Elephan-
tes leonésque transeunt, quæ impulerunt. Ignobilis be-
stia pertinacia est. Non decet regem sæua, nec inexora-
bilis ira. Non multum enim supra eum eminet, cui se iras-
cendo exæquat. Lib. 1. de Clem. cap. 5.

Clementia efficit, vt magnum inter regem tyrannum-
que discrimen sit, vtérque licet non minus armis valle-
tur: sed alter arma habet, quibus in munimentum pacis
vitur, alter, vt magno timore, magna odia cõpescat. Nec
illas ipsas manus, quibus se commisit, securus aspicit.
Contrarius in contraria agitur. Nam vt inuisus sit, quia
timetur, timeri vult, quia inuisus est, & illo execrabili
versu qui multos dedit præcipites, vitur, Oderint, dũ me-
ruant. Ignarus quanta rabies oriatur, vbi supra modum
odia creuerunt. Temperatus enim timor, cohibet animos.
assiduus verò & acer, & extrema admonens, in audaciam
iacentes excitat, & omnia experiri suadet. Sic feras lineæ
& pinnae clausas continent, si verò easdem à tergo eques
telis incessat, tentabunt fugam per ipsa quæ fugerant, pro-
culcabuntque formidinem. Accerrima virtus est, quã vl-
tima necessitas extundit: relinquat oportet securi aliquid
metus, multoque plus spei quàm periculorum ostendet.
Alioqui vbi quiescenti paria metuuntur, incurrere in pe-
ricula iuuat, & aliena anima abuti. Placido tranquilloque
regi fida sunt auxilia sua, quibus ad communem salutem
vtatur. Gloriosusque miles publicæ securitati dare ope-
ram videtur, omnem laborem libens patitur, vt parentis
custos. At illum acerbũ & sanguinarium, necesse est gra-
uentur stipatores sui. Lib. 1. de Clem. c. 12.

T. Necessi-

tas.

Agat princeps curam non tantum salutis, sed etiam ho-
nestæ cicatricis. Nulli regi gloria est ex sæua animaduer-
sione. Lib. 1. de Clem. c. 17.

Natura commenta est regẽ, quod & ex aliis animalibus
licet cognoscere, & ex apibus: quarum regi amplissimum
cubile est, mediõque ac tutissimo loco. Prætera onere va-
cat, exactor alienorum operum, & amisso rege, totum de-
labitur examen. Nec vnquã plus vnum patiuntur, melio-
remque pugna quarunt. Præterea insignis regi forma est,
dissimilisque cæteris, tum magnitudine tum nitore. Hoc
tamen maxime distinguitur: iracundissimæ, ac pro corpo-

T. Opificium
Dei.

R E X , P R I N C E P S .

qui magnitudine ac toris ceteros mares vicit. Elephan-
torum gregem excelssimus ducit. Inter homines pro
summo est optimus. Animo itaque rector olim eligeba-
tur. Ideoque summa felicitas erat gentium, in quibus non
poterat potentior esse, nisi melior. Tantum enim quantum
vult potest, qui se nisi quod debet, non putat posse. Illo er-
go saeculo quod aureum perhibetur, penes sapientes fuisse
regnum Possidonius iudicat. Hi continebant manus, &
infirmiores a validioribus tuebantur. Suadebant, dissua-
debantque, & utilia atque inutilia monstrabant. Horum pru-
dentia ne quid deesset suis, providebat. Fortitudo arcebat
pericula, beneficentia augebat ornabatque subiectos. Of-
ficium erat imperare, non regnum. Nemo quantum posset ad-
uersus eos experiebatur, per quos coeperat posse. Epist. 91.

Perierunt omnia, ubi quantum suadet ira, fortuna permit-
tit: nec diu potest, quae multorum malo exercetur, potentia
stare. Periclitantur enim ubi eos qui separatim gemunt,
communis metus iunxit. Plerosque itaque modo singuli
maestauerunt, modo uniuersi cum illis conferre in unum
iras, publicus dolor coegisset. Li. 3. de Ira. c. 16.

Nullum clementia ex omnibus magis quam regem aut
principem decet. Ita enim virtutes, magnis viris decori
gloriaeque sunt, si illis salutaris potentia est. Nam pesti-
fera vis est, valere ad nocendum: Illius demum magni-
tudo stabilis fundataque est, quem omnes tam supra se
esse, quam pro se sciunt: cuius curam excubare pro salute
singulorum atque uniuersorum quotidie experiuntur.
Lib. 1. de Clem. c. 3.

Clementia in quacunque domum peruenerit, eam fee-
licem tranquillamque praestabit. Sed in regia, quod rarior.
eum mirabilior. Quid enim est mirabilius, quam cum, cui-
us irae nihil obstat, cuius grauiori sententiae ipsi qui per-
cunt, assentiuntur: quem nemo interrogaturus est: imo si
vehementius excanduit, ne deprecarius quidem, ipsum
sibi manum iniicere, & potestate sua in melius placidius-
que uti: hoc ipsum cogitantem, occidere contra legem
nemo non potest, seruare, nemo praeter me. Magnam for-
tunam magnus animus decet: qui nisi se ad illam extulit,
& altior stetit, illam quoque infra terram deducit. Ma-
gni autem animi est proprium, placidum esse tranquil-
lumque, & iniurias atque offensiones semper despiciere.

T. Potentia
mala & bo-
na.

T. Victoria
sua.

T. Magna-
vinitas.

Muliebri est, furere in ira. Ferarum verò, nec generosa-
rum quidem, præmordere, & virgere proiecctos. Elephan-
tes leonésque transeunt, quæ impulerunt. Ignobilis be-
stie pertinacia est. Non decet regem sæua, nec inexora-
bilis ira. Non multum enim supra eum eminet, cui se iras-
cendo exæquat. Lib. 1. de Clem. cap. 5.

Clementia efficit, vt magnum inter regem tyrannúm-
que discrimen sit, vtérque licet non minus armis valle-
tur: sed alter arma habet, quibus in munimentum pacis
vtitur, alter, vt magno timore, magna odia cõpescat. Nec
illas ipsas manus, quibus se commisit, securus aspicit.
Contrariis in contraria agitur. Nam vt inuisus sit, quia
timetur, timeri vult, quia inuisus est, & illo execrabili
versu qui multos dedit præcipites, vtitur, Oderint, dũ me-
tuant. Ignarus quanta rabies oriatur, vbi supra modum
odia creuerunt. Temperatus enim timor, cohibet animos.
assiduus verò & acer, & extrema admonens, in audaciam
iacentes excitat, & omnia experiri suadet. Sic feras lineæ
& pinnæ clausas continent, si verò easdem à tergo eques
telis incessat, tentabunt fugam per ipsa quæ fugerant, pro-
culcabuntque formidinem. Accerrima virtus est, quã vl-
tima necessitas extundit: relinquat oportet securi aliquid
metus, multoque plus spei quàm periculorum ostendet.
Alioqui vbi quiescenti paria metuuntur, incurrere in pe-
ricula iuuat, & aliena anima abuti. Placido tranquilloque
regi fida sunt auxilia sua, quibus ad communem salutem
vtatur. Gloriosusque miles publicæ securitati dare ope-
ram videtur, omnem laborem libens patitur, vt parentis
custos. At illum acerbũ & sanguinarium, necesse est gra-
uentur stipatores sui. Lib. 1. de Clem. c. 12.

T. Necessi-

tas.

sc.

Agat princeps curam non tantum salutis, sed etiam ho-
nestæ cicatricis. Nulli regi gloria est ex sæua animaduer-
sione. Lib. 1. de Clem. c. 17.

Natura commenta est regẽ, quod & ex aliis animalibus
licet cognoscere, & ex apibus: quarum regi amplissimum
cubile est, medióque ac tutissimo loco. Præterea onere va-
cat, exactor alienorum operum, & amisso rege, totum de-
labitur examen. Nec vnquã plus vnum patiuntur, melio-
rẽmque pugna quærent. Præterea insignis regi forma est,
dissimilisque cæteris, tum magnitudine tum nitore. Hoc
tamen maximè distinguitur: iracundissimæ, ac pro corpo-

T. Opificium

Dei.

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

REX, PRINCEPS.

ris captu pugnacissimæ sunt apes, & aculeos in vulnere
relinquunt. Rex ipse sine aculeo est. Noluit illum natura,
nec sævū esse, nec ultionē magno cōstaturā petere, telūm-
que detraxit, & iram eius inermem reliquit. Exēplar hoc
magnis regibus ingēs. Est enim illi mos exere se in par-
uis, & ingentium rerum documenta minima agere. Pudeat
ab exiguis animalibus non trahere mores, cum tantò ho-
minum moderatior esse animus debeat, quantò vehemen-
tius nocet. Utinam quidem eadem homini lex esset, & ira
cū telo suo frangeretur, nec sapius liceret nocere quā
semel: nec alienis viribus exere odia. Facile enim lassā-
retur, si per se sibi satisfaceret, & si mortis periculo vim
suā effunderet. Sed ne nūc quidē illi cursus tutus est. Tā-
tū enim necesse est timeat, quantū timeri voluit, & manus
omniū obseruet, & eo quoque tēpore quo nō captatur, pe-
ti se iudicet, nullūmque momētū immune à metu habeat.
Sed quis hāc vitā agrā sustinet? cū liceat innoxia aliis, &
ob hoc securum, salutarem potentiam eius, letis omnibus,
tractare? Errat enim si quis existimat tutum esse ibi regē,
vbi nihil à rege tutū est. Sed securitas securitate mutua
paciscenda est. Non opus est instruere in altum editas
arces, nec in ascensum arduos colles emunire, nec latera
montium abscindere, multiplicibus se muris turribusque
sepire. Saluum regem in aperto clementia præstabit. Vnū
est inexpugnabile munimētū, amor civiū. Quid pulchrius
est, quā vivere optantibus cunctis, & vota non sub cu-
stode nuncupantibus? Si paulū valetudo titubavit, non
spem hominum excitari, sed metum? Nihil esse cuiquā tā
preciosū, quod nō pro salute præsidis sui cōmutatū velit?
Omne illi quod contigit, sibi quoque euenire deputet. In
hoc assiduis bonitatis argumentis probavit, nō Rempub.
suā esse, sed se Reipub. Quis huic audeat struere aliquod
periculū? Hoc affectare, hoc imitari decet, Maximum ita
haberi, vt optimus simul habeatur. Nunc ergo regem hor-
tamur, vt manifestè læsus, animum in potestate habeat,
& pœnam si intò poterit, donet, sin minus, temperet, lon-
gēque sit in suis, quā in alienis exorabilior iniuriis. Nā
quemadmodum non est magni animi, qui de alieno li-
beralis est: sed ille qui quod alteri donat, sibi detrahit: ita
clementē vocabo, non in alieno dolore facilē, sed eū qui
cū suis stimulis exagiteretur, nō profilit: qui intelligit ma-

T. Clemētia.
Simile.

gni animi esse iniurias in sūma potentia pati, nec quicquā *T. Magna-*
esse gloriosius principe impunè læso. Lib. 1. de Clem. cap. *nimitas.*
19. & 20.

Nihil quicquam pulchrius existimo in fastigio collo-
catis quàm multarum rerum veniam dare, nullius petere.
Lib. de Consolatione ad Martiam. cap. 4.

Cæsari cui omnia licent, multa non licent. Omnium e-
nim domos illius vigilia defendit: omnium otium illius la-
bor: omnium delicias, illius industria: omnium vacatio-
nem illius occupatio. Ex quo se Cæsar orbi terrarum dedit,
sibi eripuit, & syderum modo (quæ irrequieta semper cur-
sus suos explicant) nunquam illi licet, nec subsistere, nec
quicquam suum facere. Lib. de Consol. cap. 26.

Hæc elementia principem deceet, vt quocūque venerit,
mansuetiora omnia faciat. Ex Publ. Mim.

Hand minus turpia sunt principi multa supplicia, quàm
medico multa funera. Ex eodem.

Multos timere debet, quem multi timent. Ex eodem.

Malè imperando, summum imperium amittitur. Ex eod.

Non alia facies est quieti moderatūque imperij, quàm
sereni cœli & nitentis. Ex eodem.

Principum sœuitia, bellum est. Ex eodem.

Regibus est peius multò quàm seruiētibus: reuera quia
isti singulos, illi vniuersos timent. Ex eodem.

Regibus certior est ex mansuetudine securitas. Ex eod.

Tyrannus à rege distat factis, non nomine. Ex eodem.

Iudex, Magistratus.

HOc semper in omni animaduersione iudex seruabit,
sciat alteram adhiberi, vt emendet malos, alteram vt
tollat. In vtróque non præterita, sed futura intuebitur.
Nam, vt Plato ait, nemo prudens punit, quia peccatum
est, sed ne peccetur. Reuocari enim præterita non possunt,
futura prohibetur: & quos nollet nequitia malè cædentis
exempla fieri, palam recidet, non tantum vt pereant ipsi,
sed vt alios pereundo deterreant. Hæc cuique expendenda
æstimandaque sunt. Vides quàm debeat omni perturba-
tione liber accedere ad rem summa diligentia tractandã
potestatem vitæ necisque? Malè irato ferrum commiti-
tur. Lib. 1. de Ira. cap. 16.

Remissius imperanti melius paretur. Natura contumax

INDEX, MAGISTRATVS.

Simile. est humanus animus, & in contrarium atque arduum nitens, sequiturque facilius quàm ducatur. Et vt generosi ac nobiles equi, melius facili freno reguntur, ita clementiam, voluntaria innocentia impetu suo sequitur. Plus itaque hac via proficitur. Crudelitas minimè humanum malum est, indignum tam miti animo. Ferina ista rabies est, sanguine gaudere ac vulneribus & abiecto homine, in syluestrem animum transire. Lib. 1. de Clem. cap. 24.

Ad Polibium consolatoria. Non licet tibi flere immodicè, nec hoc tantummodò non licet, nec somnum quidem extendere in partem diei licet, aut à tumultu rerum in otium ruris, gratia quietis confugere, aut spectaculorum varietate animum detinere, aut ex tuo arbitrio diem disponere. Multa tibi non licent, quæ in humillimis in angulo iacentibus licent.

T. Potentia. Magna seruitus est magna fortuna. Non licet tibi quicquam arbitrio tuo facere: audienda sunt tot hominum millia, tot respondi libelli, tantus rerum ex orbe toto accurrentium congestus. Vt possit per ordinem suum principis maximi officium geri, quieti animi est. Non licet tibi inquam flere, vt multos flentes audire possis, vt periclitantium, & ad misericordiam mitissimi Cæsaris peruenire cupientium lachrymæ profint, tibi tuæ assiccandæ sunt. Hoc tamen etiamnum leuioribus remediis adiuuabit, cum voles omnium rerum obliuisci, cogita Cæsarem: vide quantam huius in re indulgentiæ fidem, quantam industriam debeas: intelliges non magis tibi incuruari licere, quàm illi (si quis modò est fabulis traditus fauor) cuius humeris mundus ianitur. Ad quendam itaque modum tibi quoque eadem necessitas iniungitur, non licet tibi ad utilitates tuas, ad studia tua respicere. Cæsare orbem terrarum possidente, impartiri te nec voluptati, nec dolori, nec vlli rei potes: totum te Cæsari debes. Li. de Consol. cap. 25. &c.

Bónis nocet, quisquam pepercit malis. Ex Publ. Mi.

Bono iustitiæ proxima est seueritas. Ex eod.

Crudelem medicum intemperans æger facit. Ex eodem.

Cùm vitia profunt, peccat qui rectè facit. Ex eodem.

Difficilius est moderari, vbi dolori debetur vltio, quàm vbi exemplo. Ex eodem.

In iudicando criminosa est celeritas. Ex eod.

Iudex damnatur, cùm nocens absoluitur. Ex eod.

Legem nocens veretur, fortunam innocens. Ex eodem.

Propè est vt libenter damnet, qui citò. Propè est, vt non æquè damnet, qui nimis. Ex eodem.

Loco ignominix est, apud indignum dignitas. Ex eod.
Vide etiam ti. præcedentem. Rex, Princeps.

Potentes, potentia.

SI in medio urbium fremitu collocati sumus, stet ad latus monitor, & contra laudatores ingentium patrimoniorum, laudet paruo diuitem, & vsu opes merentem. Contra illos qui gratiam ac potentiam attollunt, otium ipse suspiciet traditum literis, & animum ab externis ad sua reuersum. Ostendat ex constitutione vulgi beatos, in isto inuidioso fastigio suo trementes & attonitos, longèque aliam de se opinionem habentes, quàm ab aliis habetur. Nam quæ aliis videntur excelsa, ipsis prærupta sunt. Itaque exanimantur & trepidant: quoties despexerunt in illud magnitudinis suæ præceps. Cogitant enim varios casus, & in sublimi maximè lubricos: tunc appetita formidant, & quæ illos graues aliis redit, grauior ipsis fœlicitas incumbit. Tunc laudant otium lenè & sui iuris, odio est fulgor, & fuga iam à rebus adhuc stantibus queritur: tunc demum videas philosophantis metus, & ægræ fortunæ sana consilia. Nam quasi ista inter se contraria sint, bona fortuna, & mens bona, ita melius in malis sapimus, secunda rectum auferunt. Epist. 95.

Non sum potens. Gaude, impotens non eris. Iniuriam accipere potero. Gaude, facere non poteris. Magnam pecuniam habet. Hominem illum iudicas? arca est. Quis ærario, quis plenis oculis inuidet? Et iste quem dominum pecuniæ estimas, pecuniæ locus est. Multum habet. Vtrum auarus an prodigus est? Si auarus, non habet: si prodigus non habebit. Istum quem beatum credis, sæpè dolet, sæpè suspirat. Multi illum comitantur. Mel muscæ sequuntur, cadauera lupi, frumenta formicæ. Prædam sequitur ista turba, non hominem. Lib. de Remed. Fortuit.

Sciamus omnia æquè leuia esse, extrinsecus diuersas facies habentia, introrsus pariter vana. Nec inuideamus altius stantibus. Quæ excelsa videntur, prærupta sunt: illi rursus quos fors iniqua in ancipiti posuit, tutiores erunt, superbiam detrahendo rebus per se superbis, & fortunam suam quàm maximè poterunt, in planum deferendo. Mul-

cc

cc

cc

T. Aduer-

sitas.

T. Prosp-

ritas.

T. Diues.

cc

cc

cc

cc

T. Amicitia

falsa Similia.

cc

cc

T. Prosperi-

tas.

T. Aduersi-

sitas.

cc



NOBILES, IGNOBILES.

» ti quidem sunt, quibus necessariò herendum sit in fastigio
» suo, ex quo non possunt, nisi cadendo descendere. Sed hoc
» ipso testatur maximum onus suum esse, quòd aliis graves
» esse coguntur, nec subleuatos se, sed suffixos: iustitia, m̄-
» suetudine, humana lege, & benigna manu præparent mul-
» ta ad sequentes casus præsidia, quorum spe securius pen-
» deant. Nihil tam æquè hos ab his animi fluctibus vendi-
» cauerit, quàm semper aliquem incrementis terminum fi-
» gere, nec fortunæ arbitrium desinendi dare: sed seipsos qui-
» dem vltro citrà extrema hortentur consistere. Sic & ali-
» quæ cupiditates animum acuent, sed finitè non in immen-
» sum incertumque producent. Lib. i. de Tranq. vitæ, c. 10.

» In honesta res est, suos vincere, satis est potuisse puni-
» re. Ex Publ. Mi.

» Pestifera vis valere ad nocendum. Ex eodem.

T. Veritas. Si in clientelam fœlicis hominis potentisq̄ue peruene-
» ris, aut veritas aut amicitia perdenda est. Ex eodem.

Nobiles, Ignobiles.

PLato ait, Neminem regem non ex seruis esse oriũdum,
neminem non seruum ex regibus. Omnia ista longa
varietas miscuit, & sursum ac deorsum fortuna versauit.
Quis ergo generosus? Ad virtutem benè à natura compo-
situs. Hoc vnum est intuendum. Non facit nobilem, arriũ
plenum fumosis imaginibus. Nemo in nostram gloriam
vixit: nec quod ante nos fuit, nostrum est. Animus facit
nobilem, cui ex quacũque conditione supra fortunam li-
cet surgere. Epist. 44.

Quid stultius quàm aliquem eo sibi placere, quod ipse
non scit? Epist. 75.

Vulgus, Vulgi errores & opiniones.

*T. Exẽplũ.
Simile.*

TRitissima quæque via & celeberrima maximè deci-
pit. Nihil ergo magis præstandum est, quàm ne peco-
» rum ritu sequamur antecedentium gregem, pergentes non
» quò eundum est, sed quò itur. Atqui nulla res nos maio-
» ribus malis implicat, quàm quòd ad rumorem componi-
» mur, optima rati ea, quæ magno assensu recepta sunt quo-
» tũque exempla multa sunt, nec ad rationem, sed ad simi-
» litudinem viuimus. Inde ista tanta coaceruatio, aliorum
» supra alios ruentium. Quod in strage hominum magna e-

uenit, cum ipse se populus præmit, nemo ita cadit, ut non alium in se attrahat, primi, exitio sequentibus sunt. Hoc in omni vita accidere videas licet: nemo sibi tantum errat, sed alieni erroris causa & autor est. Nocet enim applicari antecedentibus, & dum vnusquisque mauult credere, quã iudicare, nunquam de vita iudicatur, semper creditur. Versâtque nos & præcipitat traditus per manus error, alienisque perimus exemplis. Sanabimur, si modo separemur à cœtu. Nunc verò stat contra rationẽ defensor mali sui populus. Itaque idem euenit, quòd in comitiis, in quibus eos factos prætores iidem qui fecere mirantur, cum se mobilis fauor circumegit. Eadem probamus, eadem reprehendimus. Hic exitus est omnis iudicij, in quo lis secundum plures datur. Cum de beata vita agitur, non est quod mihi illud discessionum more respondeas. Hæc pars maior esse videtur. Ideo enim peior est. Non tam bene cum rebus humanis geritur, ut meliora pluribus placeant. Argumentum pessimi, turba est. Queramus quid optimum factu sit, non quid vsitatissimum: & quid nos in possessione felicitatis æternæ constituat, non quid vulgo veritatis pessimo interpreti probatum sit. Vulgus autem tam clamydatos, quã coronatos voco. Non enim colorem vestium quibus prætexta corpora sunt, aspicio: oculis de homine non credo. Habeo melius certiúsque lumen, quo à falsis vera diiudicem. Animi bonum animus inueniat. Hic si vnquam illi respirare & recedere in se vacauerit, ô quam sibiipse verum, tortus à se, fatebitur, ac dicet, Quicquid feci adhuc, infectum esse malle. Quicquid optaui, inimicorum execrationem puto. Quicquid timui, Dijs boni, quantò melius fuit, quàm quod concupiui. Lib. de Vita beat. c. 1 & 2.

Malis displicere, laudari est. Ex Pub. Mi.

Nondum felix es, si nondum te turba deridet. Ex eod.

Non quàm multis placeas: sed quibus, stude. Ex eodem.

Si multis placuerit vita tua, tibi placere non poterit. Ex eodem.

V I R T U S
S E C V N D A C L A S S I S L O C O R U M
communium: in qua de virtutibus & vitiis agitur.

V I R T U S.



P O R T E T cupiditates refrenari, metus comprimi, facienda prouideri, reddenda distribui. Comprehendimus temperantiam, fortitudinem, prudentiam, iustitiam, & suum cuique dedimus officium. Ex quo ergo virtutem intelleximus? Ostendit illa nobis ordo eius, & decor, & constantia, & omnium inter se actionum concordia, & magnitudo super omnia efferens sese. Hinc intellecta est illa beata vita, secundo defluens cursu, arbitrij sui tota. Epist. 121.

Ti. Corrupti mores.

Bona mēs, nec commodatur, nec emitur: & puto si vernalis esset, non haberet emptorem. At mala quotidie emitur. Epist. 27.

Smile.

Si xger esses, curam intermisisses rei familiaris, & forensia tibi negotia excidissent, nec quenquam putares tanti, cui aduocatus in causam descenderes. Toto animo id ageres, vt quā primū morbo liberareris. Quid ergo: Non & nunc idem facies? Omnia dimitte, & vaca bonae menti. Nemo ad illam peruenit occupatus. Exercet

T. Occupata.

philosophia regnum suum, dat tempus, non accipit. Non est res subcissiva, ordinaria est, domina est, adest, & iubet. Alexander, cuiusdam ciuitati partem agrorum, & dimidium rerum omnium promittenti, eo, inquit, proposito veni in Asiam, vt non id acciperem quod dedissetis, sed vt id haberetis, quod reliquissetis. Idem philosophia rebus omnibus: non sum id tempus acceptura quod vobis superfuerit: sed id habebitis quod ipsa redegero, erogaueroque. Totam huc conuerte mentem, huic asside, hanc cole, ingens interuallum inter te, & ceteros fiat. Omnes mortales antecedes, non multo te Dii antecedent. Quid inter te & illos interim futurum sit, quæris? Diutius erunt. Epistol. 54.

Parem Deo pecunia non faciet: Deus nihil habet. Prætexta non faciet: Deus nudus est. Fama non faciet, nec

ostentatio tui, & in populos hominis demissa notitia: Nemo nouit Deum, multi de illo malè existimant, & impunè. Non turba seruorum lecticam tuam per itinera urbana ac peregrina portantium. Deus ille maximus potentissimùsque ipse vehit omnia. Nec forma quidem & vires bonum te facere possunt: nihil horum non patitur vetustatem. Quærendum est ergo quod non fiat in dies deterius, cui non possit obstari, quo non melius possit optari. Quid hoc est? animus: sed hic rectus, bonus, magnus. Quid aliud voces hunc, quam Deum in humano corpore hospitem. Epist. 31.

Quid est stultius quàm in homine aliena laudare? Quid eo dementius, qui ea miratur, quæ in alium protinus trãfferri poterunt? Non faciunt meliorem equum aurei freni. *Simile.* Vitem laudamus, si fructu palmites onerat, si ipsa ad terram pondere eorum quæ tulit, adminicula deducit. Num quis huic illam præferet vitem, cui aureæ vuz, aurea folia dependent? Propria virtus est in vite fertilitas. In homine quoque id laudandum est: quod ipsius est. Familiam pulchram habet, & domum pulchram, multum serit, multum fœnerat, nihil horum in ipso est, sed circa ipsum. Lauda in ipso, quod nec eripi potest, nec dari. Quod proprium est hominis quæris quid sit? Animus, & ratio in animo perfecta. Rationale enim animal est homo. Consumaturque eius bonum, si id adimpleuit, cui nascitur. Quid est autem quod ab illo ratio hæc exigit? Rem facillimam: secundum naturam suam viuere: sed hanc difficilem facit communis insania. Epist. 41.

Summum bonum est, quod honestum est: & quod magis admireris, vnum bonum est, quod honestum est. Cætera falsa & adulterina bona sunt. Hæc si persuaseris tibi, & virtutem adamaueris (amare enim parum est) quicquid illa contigerit, id tibi, qualecunque aliis videbitur, faustum fœlixque erit. Epist. 72.

Omnia suo bono constant, vitem fertilitas commédât, sapor vinum, velocitas ceruum. Quam fortia dorso iumèta sint quæris, quorum hic vnus est vsus, sarcinam ferre. *Simile.* In cane sagacitas prima est, si inuestigare debet feras: cursus, si consequi: audacia, si mordere & inuadere. Id in quoque optimum est cui nascitur, quo censetur. In homine optimum quid est? Ratio: hac antecedit animalia, Deos

V I R T U S .

sequitur. Ratio ergo perfecta, proprium hominis bonum est, cetera illi cum animalibus communia sunt. Valet, & leo: formosus est, & pavones: velox est, & equi: non dico, in his omnibus vincitur. Non quero quod in se maximum habet, sed quid suum. Corptis habet, & arbores: habet impetum & motum voluntarium, & bestiarum & vermes: habet vocem, sed quanto clariorem canes, acutiorem aquilae, grauiorem tauri, dulciorem nobiliorisque lusciniae? Quid in homine proprium? Ratio: haec recta & consummata, felicitatem hominis impleuit. Ergo si omnis res cum bonum suum perfecit, laudabilis est, & ad finem naturae suae peruenit: homini autem suum bonum ratio est, si hanc perfecit, laudabilis est, & finem naturae suae attingit. Haec ratio perfecta, virtus vocatur, eademque honestum est. Id itaque vnum bonum est in homine, quod vnum hominis est. Nunc enim non querimus quid sit bonum, sed quod sit hominis bonum. Si nullum aliud est hominis quam ratio, haec erit vnum eius bonum, sed pensandum cum omnibus. Si sit aliquis malus, puto improbabitur: si bonus, puto probabitur. Id ergo in homine proprium solumque est, quo & probatur, & improbat. Non dubitas an hoc sit bonum: dubitas an solum bonum sit. Si quis omnia alia habeat, valetudinem, diuitias, imagines multas, frequens atrium, sed malus ex confesso sit, improbabis illum. Item si quis nihil quidem illorum quae retuli, habeat, deficiatur pecunia, clientum turba, nobilitate, & auorum proauorumque serie, sed ex confesso bonus sit, probabis illum. Ergo est vnum bonum hominis, quod qui habet, etiam si aliis destituitur, laudandus est: quod qui non habet, in omnium aliorum copia damnatur ac reiicitur. Quae conditio rerum, eadem & hominum est. Navis bona dicitur, non quae preciosis coloribus picta est, nec cui argenteum aut aureum rostrum est, nec cuius tutela ebore celeta est, nec quae fisis atque opibus regis pressa est: sed stabilis, & firma, & iuncturis aquam excludentibus spissa, ad ferendum incursum maris solida, gubernaculo parens, velox, & consentiens vento. Gladium bonum dices, non cui deauratus est baltheus, nec cui vagina gemmis distinguitur: sed cui & ad secandum subtilis acies, & mucro munimentum omne rupturus. Regula, nunquam formosa, sed

Similia.

quàm recta sit, quæritur: eo quòdque laudatur, cui com-
paratur, quod illi proprium est. Ergo in homine quoque
nihil ad rem pertinet, quantum ariet, quantum fœneret,
à quàm multis saluteretur, quàm pretioso incumbat lecto,
quàm perlucido poculo bibat, sed quàm bonus sit. Bonus
autem est, si ratio explicita & recta est, & ad naturæ suæ
voluntatem accommodata. Hæc vocatur virtus, hoc est
honestum, & vnicum hominis bonum. Nam cum sola ra-
tio perficiat hominem, sola ratio perfecta beatum fa-
cit. Epist. 77.

Non dat natura virtutem: Ars est, bonum fieri. Virtus
non contingit animo, nisi instituto, & edocto, & ad sum-
mum assidua exercitatione perducto: Ad hoc quidem, sed
sine hoc nascimur, & in optimis quoque, antequam eru-
diar, virtutis materia, non virtus est. Epist. 91.

Sciant omnia præter virtutem, mutare nomen, modò
mala fieri, modò bona. Epist. 96.

Inter bonos viros ac Deum amicitia est conciliante vir-
tute. Amicitia dico, imo etiam necessitudo & similitudo:
quando quidem bonus, tempore tantum a Deo differt: *T. Aduers.*
discipulus eius, æmulatorque: & vera progenies: quem *sat.*
parens ille magnificus, virtutum non lenis exactor, si-
cut seueri patres durius educat. Libro de diuina. prouin. *cc*
in princ. *cc*

Nihil est bonum nisi quod honestum est: quod ho-
nestum est, vtrique bonum. Superuacuum iudico adice-
re: quid inter ista discriminis sit, cum sæpe dixerim: hoc
vnum dicam, Nihil nobis bonum videri, quo quis & malè
vti potest. Vides autem diuitiis, nobilitate, viribus, quàm
multi malè vtantur. Epist. 121.

Si vllum aliud est bonum quàm honestum, sequetur
nos auuiditas vitæ: & auuiditas rerum vitam instruentium:
quod est intolerabile, infinitum, vagum. Solum ergo bo-
num est honestum. Epist. 77.

Virtus partim facilis partim difficilis.

OMne honestum in arduo est, etiam quod vicinũ
honesto est. Li. 2. de Bene. cap. 18.

Quemadmodum virtutes retentæ exire non possunt,
facilisque earum tutela est: ita initium ad illas cundi ar-
duum: quia hoc primum imbecillæ mentis atque ægræ

VIRT. PART. FACIL. PART. DIFFICIL.
est, formidare inexperta. Itaque cogenda est mens, ut in-
cipiat. Deinde non est acerba medicina protinus enim de-
lectat, dum sanat. Aliorum remediorum post sanitatem
voluptas est, philosophia pariter salutaris & dulcis.
Epistol. 51.

T. Gratia.
T. Vitium.

Cui tandem vitio aduocatus defuit? Non est quod di-
cas excidi non posse. Sanabilibus ægrotamus malis, ip-
sæque nos in rectum genitos natura, si emendari velimus,
iuuat. Nec ut quibusdam visum est, arduum in virtutes,
& asperum iter est, plano adeuntur. Non vanæ vobis au-
thor rei venio. Facilis est ad beatam vitam via, inite mo-
do bonis auspiciis, ipsisque Diis benè iuuantibus. Multò
difficilius est facere ista quæ facitis. Quid enim quiete
animi otiosius? Quid ira laboriosius? Quid clementia re-
missius? Quid crudelitate negotiosius? Vacat pudicitia, li-
bido occupatissima est. Omnium denique virtutum tute-
la facilius est, vitia magno coluntur. Lib. 2. de Ira. cap. 13.

Modum tenere difficile est, in eo quod honestum esse
credideris. Epist. 23.

Ardua ad quæ vocamur & confragosa sunt. Quid enim?
Plano aditur excelsum? Sed ne tam abrupta quidem sunt,
ut quidam putant. Prima tamen pars saxa rupesque habet.
Lib. 2. de Tranquill. cap. 1.

Non est quod æstimes vllam esse sine labore virtutem.
Sed quædam virtutes stimulis, quædam frenis egent. Quæ
admodum corpus in procliuo retineri debet, in ardua im-
pelli: ita quædam virtutes in procliu sunt, quædam cli-
uum subeunt. An dubium sit, quin ascendat, nitatur, oblu-
ctetur patientia, fortitudo, perseverantia, & quæcunque
alia duris opposita virtus est, & fortunam subigit? Quid
ergo non æquè manifestum est, per deuexum ire, libera-
litem, temperantiam, mansuetudinem? In his contine-
mus animum ne prolabatur. In illis exhortamur, incita-
mûsque. Acerrimas ergo paupertati adhibebimus illas,
(subaudi virtutes) quæ impugnatæ fiunt fortiores: diuitiis
illas diligentiores, quæ suspensum gradum ponunt, & pō-
dus suum sustinent. Lib. de vita beata. c. 25.

Intentio recta in Virtutis opere.

Rerum honestarum precium in ipsis positum est. Lib.
4. de Bene. cap. 1.

Fixum

Fixum est illud à quo in cætera probationes nostræ exeunt: honestum ob nullam aliam causam, quàm quia honestum sit, coli. Nulla lex amare parentes, indulgere liberis iubet. Superuacuum est enim, in quod natura imus, impelli. Quemadmodum nemo in amorem sui cohortandus est, quem cum nascitur, trahit: ita ne ad hoc quidem ut honesta per se petat: placent suapte natura: adeoque gratiosa virtus est, ut insitam sit etiam malis, probare meliora. Lib. 4. de Be. c. 16 & 17.

Propositum est nobis secundum rerum naturam vivere, & deorum exemplum sequi. Dij autem quodcunque faciunt, in eo nihil præter ipsam faciendi rationem sequuntur: nisi fortè existimas illos fructum operum suorum ex fumo extorum, & thuiis odore percipere. Vide quanta quotidie moliantur, quanta distribuunt, quantis terras fructibus impleant, quàm opportunis, & in omnes horas ferentibus ventis maria permoueant, quantis imbribus repente deiectis, solum molliant, venasque fontium arentes redintegrent, & infuso per occulta nutrimento, renouent. Omnia ista sine mercede, sine vlllo ad ipsos perueniente commodo faciunt. Hæc quoque nostra ratio, si ab exemplari suo non aberrat, seruet: non ad res honestas conducta veniat. Pudeat vllum venale esse beneficium. Gratuitos habemus Deos: si Deos quidem imitatis, da & ingratia beneficia. Nam & sceleratis sol oritur, & piratis patent maria. Lib. 4. de Bene. c. 25.

Hæc ante omnia sibi quisque persuadeat. Me iustum esse gratis oportet. Non est quod expectes, quod sit iustæ rei præmium maius quàm iustum esse. Illud adhuc tibi affige, quod paulo antè dicebam: Nihil ad rem pertinet, quàm multi æquitatem tuam nouerint. Qui virtutem suam publicari vult, non virtuti laborat, sed gloriæ. Non vis esse iustus sine gloria. At meherculè sæpe iustus esse debet cum infamia. Et tunc si sapias, mala opinio benè parata delectat. Epist. 114.

Nō in facto laus est, sed in eo quemadmodum fiat. Amico ægio aliquis affidet, probamus. At hoc si hæreditatis causa facit, vultur est, cadauer expectat. Eadem aut turpia sunt, aut honesta. Refert, quare, aut quemadmodum fiant. Ergo infigi debet persuasio ad totam pertinentem vitam? Quæ hæc persuasio fuerit, talia erunt quæ agentur, quæ cogi-

T. Dei beneficia.

“
“
“
“
“
“
“

T. Libertas.

T. Inanis gloria.

“
“
“
“



VOLUNTARIUM IN VIRTUTE.

tabuntur. Marcus Brutus in eo libro quē de officio inscrip-
sit, dat multa praecepta & parentibus, & liberis, & fratri-
bus: hae nemo facit quemadmodum debet, nisi habuerit
quod perferat. Proponamus oportet finem summi boni, ad
quem nitamur, ad quem omne factum nostrū dictūque
respiciat, veluti nauigantibus ad aliquod sydus dirigēdus
est cuius. Vita sine proposito vaga est. Epist. 96.

Virtutum omnium pretium in ipsis est. Itaque fecisse,
recte facti merces est. Epist. 82.

Malus est vocādus, qui sua est causa bonus. Ex Pub. Mi.

Non aspicias quam plenas quisque manus Deo, sed
quam putas admoueat. Ex eodem.

Nihil interest, quo animo facias, quod fecisse, vitio-
sum est: Nam facta cernuntur, animus non videtur. Ex
eodem.

Odiū oportet peccandi, non metum facias. Ex eod.

Plerique metu cessant peccare, non innocentia: profecto
tales timidi, non innocentes sunt dicendi. Ex eodem.

Voluntarium in virtute.

Honestum non est, quod ab inuito, quod à coacto fit.
Omne honestum voluntarium est. Admisce illi pi-
gnitiam, querelam, tergiversationem, metum: quod habet
in se optimum perdidit. Epist. 67.

Conscientia bona & mala.

Singulos dies tibi meos, & quidem totos indicare Lu-
cili iubes. Bene de me iudicas, si nihil esse in illis pu-
tas, quod abscondam. Sic certe viuendum est, tanquam in
conspicua viuamus: sic cogitandum, tanquam aliquis in
pectus intimum inspicere possit. Quid enim prodest ab
homine aliquid esse secretum. Nihil Deo clausum est. In-
terest animis nostris, & cogitationibus mediis interuenit.
Epist. 84.

T. Provi-
entia.

T. Peccatum.

Bona conscientia prodire vult & conspici. Ipsas nequi-
tia tenebras timet. Eleganter itaque ab Epicuro dictum
puto: Potest nocenti contingere vt lateat, latendi fiducia
non potest. Aut si hoc modo melius, hunc explicari posse
iudicas sensum: ideo non prodest latere peccantibus, quia
latendi etiam si facultatem habeant, fiduciam non habent.

Ita est, tuta scelera esse, secura non possunt. Hoc ergo re-
 pugnantia sectæ nostræ, si sic expediatur, non iudico. Qua-
 re? quia prima illa & maxima peccantium est pœna, pec-
 casse. Nec vllum scelus, licet illud fortuna exornet mune-
 ribus suis, licet tueatur ac vindicet, impunitum est: quo-
 niam sceleris in scelere supplicium est. Sed nihilominus
 & hæc & illæ secundæ pœnæ premunt, ac sequuntur, ti-
 mere semper & expauescere, & securitati diffidere. Qua-
 re ego hoc supplicio nequitiam liberem? Quare non sem-
 per illam in suspensio relinquam? Illic dissentiamus cum
 Epicuro, vbi dicit nihil iustum esse natura, & crimina vi-
 tanda esse, quia vitari metus non possit. Hic consentia-
 mus, mala facinora conscientia flagellari: & plurimum illi
 tormentorum esse: eo quòd perpetua illam sollicitudo vr-
 get, ac verberat, quod sponsoribus securitatis suæ non po-
 test credere. Hoc enim ipsum argumentum Epicuri est,
 natura nos à scelere abhorrere, quod nulli non etiam in-
 ter tuta, timor est. Multos fortuna liberat pœna, metu ne-
 minem. Quare? Quia infixæ nobis eius rei auersatio est,
 quam natura damnauit. Ideo nunquam fides latendi sit e-
 tiam latentibus, quia coarguit illos conscientia, & ipsos
 sibi ostendit. Proprium autem est nocentium trepidare.
 Malè de nobis actum erat, quod multa scelera legem &
 iudicem effugiunt, & scripta supplicia, nisi illa naturalia
 & graua de præsentibus soluerent, & in locum pœnitent-
 iæ timor cederet. Epist. 98.

Quid autem prodest recondere se, & oculos hominum
 aurèsque vitare? bona conscientia turbam aduocat: mala
 etiam in solitudine anxia atque sollicita est. Si honesta
 sunt, quæ facis, omnes sciant: si turpia, quid refert nemi-
 nem scire, cum tu scias? O te miserum si contemnis hunc
 testem. Epist. 43.

Nullum putaris esse locum sine teste. Ex Pub. Mi.

Plerique famam, pauci conscientiam verentur. Ex
 eodem.

Quis sis, interest, non quis habearis. Ex eod.

Quam magnum est non laudari, & esse laudabilem.
 Ex eodem.

In fœlice fœlicitas est innocentia: nequitia ipsa pœna
 sui est. Ex eodem.

Peccatum, Peccati mala & cruciatus.

Pedes dolent, articuli punctiunculas sentiunt: adhuc dissimulamus, & aut talum extorsisse nos dicimus, aut in exercitatione aliqua laborasse. Dubio & incipiente morbo, quaeritur nomen, qui ut talaria coeperit intendere, & utrosque dextros pedes ferierit, necesse est podagram fateri. Contraeuenit in iis morbis, quibus afficiuntur animi: quò quis peius se habet, minus sentit. Epist. 54.

Dissimile.

T. Cupiditatis tormenta.

Innumerabiles proprietates sunt, sed vnus effectus vitij, displicere sibi: hoc oritur ab intemperantia animi, & cupiditatibus timidis, aut parum prosperis: vbi aut non audent quantum concupiscunt, aut non consequuntur, & in spem toti prominent, semper instabiles mobilisque. Quod necesse est accidere pendentibus ad vota sua. Omnia vita pendent, & vbi sine praemio labor est, torquet illos irritum dedecus. Tunc illos & poenitentia coepri tenet, & incipiendi timor, surrepitque, illa iactatio animi non inuenientis exitum: quia nec cupiditatibus suis imperare, nec obsequi possunt, & cunctatio vitae parum se explicantis, & inter destituta vota torpentis animi situs. Quae omnia grauiora sunt, vbi odio infelicitatis operosae ad otium profugerunt, & ad secreta studia. quae pati non potest animus ad ciuilia erectus, agendique cupidus, & natura inquietus, parum scilicet in se solationum habens: ideoque detractis oblectationibus, quas ipsae occupationes discurrentibus praebent, domum, solitudinem, parietes non fert, inuitus aspicit se, sibi relictus. Hinc illud est taedium & displicentia sui, & nusquam residentis animi volutatio, & otij sui tristis ac aegra patientia: vtrique vbi causas fateri pudet, tormenta introrsus egit verecundia, in angusto inclusae cupiditates sine exitu seipsas strangulant. Inde mœror marcorque, & mille fluctus mentis incertae: quam inchoata habent suspensam, deplorata, tristem. Inde ille affectus otium suum detestantium, querentiumque nihil ipsos habere quod agant, & alienis incrementis inimicissima inuidia. Alit enim liuorem infelix inertia, & omnes destrui cupiunt, quia se non potuerunt prouehere. Et ex hac deinde auersatione alienorum processuum, & suorum desperatione, obirascens fortunae animus, & de saeculo quarens, & in angulos se retrahens, & poenae incubans

Improbi otio suo cruciatur.

T. Inertialiuorum parens.

Ti. Zelus ex liuore.

sua, dum tædet sui pigetque. Natura enim humanus animus agilis est, & pronus ad motus. Grata omnis illis excitandi se attollendique materia est: gratior pessimis quibusdam ingeniis, quæ occupationibus libenter detentur. Ut vlcera quedam nocituras manus appetunt, & tactu gaudent, & fœdam corporum scabiem delectat quicquid exasperat: non aliter dixerim his mentibus, in quas cupiditates velut mala vlcera erumpunt, voluptati esse laborem vexationemque. Sunt enim quedam quæ corpus quoque nostrum cum quodam dolore delectant, vt versare se, motare nondum fessum latus, & alio atque alio positum ventilari. Qualis ille Homericus Achilles est, modo pronus, modo supinus, in varios habitus seipse componens. Quod proprium egri est, nihil diu pati, & mutationibus vt remediis vti. Inde peregrinationes suscipiuntur vagæ, & littora pererrantur, & modò mari se, modò terra experitur semper presentibus infesta leuitas. Nunc Campaniam petamus, iam delicata fastidio sunt, inculta videantur. Brutios & Lucanos saltus persequamur. Aliquid tamen inter deserta amœni requirantur, in quo luxuriosi oculi longo locorum horrentium squalore releuentur. Tarentum petatur, laudatiusque portus, & hyberna cœli mitioris, & tecta velantiq̃e satis opulenta turbæ. Iam flectamus cursum ad urbem, nimis diu applausu & fragore aures vacauerunt. Iuuat iam & humano sanguine frui. Aliud ex alio iter suscipitur, & spectacula spectaculis mutantur. Vt ait Lucretius, hoc se quisque modo semper fugit. Sed quid prodest, si non effugit? Sequitur se ipse, & vget grauissimus comes. Itaque scire debemus, non locorum vitium esse quo laboramus, sed nostrum. Infirmi sumus ad omne tolerandum, nec laboris patientes, nec voluptatis, nec nostræ, nec vllius rei diutius. Hoc quosdam egit ad mortem, quod proposita sepè mutando, in eadem reuoluebantur, & non reliquerant nouitati locum. Fastidio illis esse cœpit vita, & ipse mundus, & subit illud rabidarum deliciarum, quousque eadem? Lib. 1, de Tranq. vitæ cap. 2.

Tolerabilior est, qui mori iubet, quàm qui malè viuere,
Ex Pub. Mi.

Contrarius huic est, τi. Virtus, Affinis vero, τi. Conscientia mala, Titul. Felicitas falsa. τi. Diuitia. Titul. Voluptas. τi. Cu-

*Simile.**T. Cupiditatis tedium & mutationes inquiete.*

PECCATI OCCAS. ESSE VITANDAS.

piditas. In his enim omnibus inuenies quia ad peccati detestatio-
nem valeant.

Peccati occasiones esse vitandas.

Simile.

*T. Cupidi-
tas.*

Quemadmodum ei qui amorem exuere conatur, eui-
tanda est omnis admotio dilecti corporis (nihil
enim facilius quam amor recrudescit) ita qui deponere
vult desideria rerum omnium, quarum cupiditate flagra-
uit, & oculos & aures ab his que reliquit, auertat. Cito
rebellat affectus: quocumque se verterit, pretium aliquod
presens occupationis sue inueniet. Epi. 70.

T. Amor.

Sapienti non sollicitè custodire se tutum est, & lachry-
mas suas & voluptates vbi volet, sistet. Nobis quia non est
regredi facile, optimum est omnino non progredi. Ele-
ganter mihi videtur Panætius respondisse adolescentulo
cuidam querenti, An sapiens amaturus esset. De sapiente, in-
quit, videbimus: mihi & tibi (qui adhuc à sapiente longè
absumus) non est committendū, vt incidamus in rem com-
motā, impotentē, alteri emancipatā, vilem sibi. Siue enim
nos respexit, humanitate eius irritamur, siue contempserit,
superbia accedimur. A Equè facilitas amoris, quā difficul-
tas nocet. Facilitate capimur, cū difficultate certamus. Ita-
que conscii nobis imbecillitatis nostre, quiescamus. Nec
vino infirmū animum committamus, nec formę, nec adula-
tioni nec vllis rebus blandè trahentibus. Quod Panætius
de amore querenti respondit, hoc ego de omnibus dico.
Quantū possumus nos à lubrico recedamus. In sicco quo-
que parum fortiter stamus. Epist. 117.

Eripere telum, non dare irato decet. Ex Pu. Mi.

Malè facere qui vult, nusquam non causam inuenit.
Ex eodem.

*Peccatorum hoc est, improborum hominum
contubernia, fugienda, contraque
bonorum appetenda.*

Veniet aliquod tempus quod nos iterum iungat, ac
miscet, quantumlibet sit illud, longam faciet scien-
tia vrendi: Nam vt Possidonius ait, vnus dies hominum
cruditorum plus patet, quam imperiti longissima etas.
Epistol. 79.

Pessimum genus horum hominum videbatur, qui verba gestarent. Sunt quidem, qui vitia gestant. Horum sermo multū nocet. Nam etiam si non statim proficit, semina in animo relinquit, sequiturque nos (etiā cū ab illis discesserimus) resurrecturū postea malum. Quemadmodū qui audierunt symphoniam, ferunt secum in auribus modulationē illam ac dulcedinem cātus: quæ cogitationes impedit, nec ad seria patitur intendi sic adulatorum, & praua laudantiū sermo diuti⁹ hæret, quā auditur: nec facile est animo dulcem sonum excutere, & prosequitur, & durat, & interuallo recurrit. Epist. 124.

*Simile.**T. Adulatio.*

Nulla res magis animos honesta induit, dubiosque & in prauum inclinabiles reuocat ad rectum, quā bonorū virorum cōuersatio. Paulatim enim descendit in pectora, & vim præceptorum obtinet; frequenter audiui, aspici frequenter. Occursus mehercule ipse sapientium iuuat: & est aliquid, quod ex magno viro vel tacente proficias. Minuta quædam, vt ait Phædon, animalia cum mordent, non sentiuntur, adeò tenuis illis & fallens in periculum vis est: tumor tamen indicat morsum, & in ipso tumore nullum vulnus apparet. Idem tibi in conuersatione virorum sapientium eueniet: non deprehendes quemadmodum, aut quando tibi profint, profuisse deprehendes. Epist. 95.

Simile.

Incendent libidines tuas adulterorum sodalitia. Si velis vitiis exui, longè à vitiorum exemplis recedendum est. Auarus, corruptor, sæuus, fraudulentus; multum nocituri, si prope te fuissent, intra te sunt. Ad meliores transi. Cum Catonibus viue, cum Lælio, cum Tuberone: quòd si conuiuere etiam Græcis iuuat, cum Socrate, cum Zenone versare. Alter te docebit mori si necesse erit, alter, antequam necesse erit. Viue cum Chrysippo, cum Possidonio. Hi tibi tradent diuinorum humanorūque notitiam. Epist. 105.

Cum placidissimo, & facillimo, & minimè anxio, morosoque viuendum est. Sumuntur à conuersantibus mores. Et vt quædam ad contractus corporis vitia transiliūt: ita animus mala sua proximus tradit. Ebriosus cōuictores in amorem vini traxit: Impudicorum cæcus foitem quoque & siliceum vitium enollit. Avaritia in proximos virus suum traxit. Eadem ex diuerso ratio vitutum est,

Simile.

PECCANTIVM CONTVBERNIA FUGIENDA.
vt omne quod secum habent, mitigent. Nec tam valetu-
dini profuit utilis regio, & salubrius cœlum, quàm animis
parum firmis in turba meliorum versari. Quæ res quantũ
possit, intelliges, si videris feras quoque conuictu nostro
mansuescere, nullique immani bestię vim suam permane-
re, si hominis contubernium diu passa est. Retunditur om-
nis asperitas, paulatimque inter placida dediscitur. Acce-
dit huc, quod non tantum exẽplo melior fit, quicũ quietis
hominibus viuit, sed quod causas irascendi non inuenit,
nec vitiũ suũ exercet. Fugere itaque debebit omnes quos
irritaturos iracundiam sciet. Qui sunt, inquit, isti? Multi
ex variis causis idem facturi. Offēdet te superbus contē-
ptu, diues contumelia, petulans iniuria, liuidus maligni-
tate, pugnax contentione, ventosus & mendax vanitate.
Nō ferēs à suspicioso timeri, à pertinace vinci, à delicato
fastidiri. Elige simplices, faciles, moderatos: qui iram tuã
nec euocent, nec ferant. Magis adhuc proderunt submissi,
& humani, & dulces, non tamen vsque in adulationem.
Nam iracundos nimia assentatio offendit. Erat certè ami-
cus noster, vir bonus, sed iræ paratioris, cui non magis
erat tutum blandiri, quàm maledicere. Lib. 3. de Ira. cap.
7. & 8.

Serpunt vitia, in proximum quemque transfiliunt, &
cōtactu nocent. Itaque vt in pestilentia cauendum est, ne
corruptis iam corporibus & morbo flagrantibus assideamus:
quia pericula trahem⁹, afflatũque ipso laborabimus:
ita in amicorũ legendis ingeniis dabimus operam, vt quã
minimè inquinatos assumamus. Initium morbi est, agris
sana miscere, nec hoc præceperim tibi, vt neminẽ nisi sa-
pientẽ sequaris, aut attahas. Vbi enim istũ inuenies, quẽ
tot sæculis quærimus? Pro optimo est minimè malus. Vix
tibi esset facultas delectus fœlicioris, si inter Platonas &
Xenophontas, & illum Socratici fœtus prouẽtum bonos
quæreres. Lib. 1. de Tranq. c. 7.

*Peccantium multitudo siue corrupti
seculi mores.*

Seneca 3. lib. Natur. Quæst. sensit mundũ diluuiõ propter cor-
ruptos hominum mores finiendum, & protinus instaurandum.
Ita, quod nos credimus factum, ille asserit futurum. Eius hæc
verba sunt. Vndique ergo erit causa diluuiõ, cum aliæ a-

quæ subinfluunt terras, aliæ circumfluunt, quæ diu coërcitæ vincunt, & amnes amnibus iungent, paludibus stagna. Omnia tunc mare ora fontium implebit, & maiore hiata soluet. Ut ignis diuersis locis ortus, citò miscet incendiū, flammis coire properantibus, sic momento redundantia maria se committent. Nec ea semper licentia vndis erit, sed peracto exito generis humani, extinctisque pariter feris, in quaiū homines ingenia transferant, iterum aquas terra sorbebit, terram pelagus stare, aut intra terminos suos furere coget, & reiectus è nostris sedibus in sua secreta pelletur Oceanus, & antiquus ordo reuocabitur. Omne ex integro animal generabitur, dabiturque terris homo inscius scelerum, & melioribus auspiciis natus. Sed illis quoque innocentia non durabit, nisi dum noui sunt citò nequitia surrepit: virtus difficilis inuentu est, rectorem ducemque desiderat, etiam sine magistro vitia discutur. Lib. 3. Nat. quæst. ca. 30.

et
T. Virtus dif-
ficilis.

Voluptas ab omni parte quæritur. Nullum intra se manet vitium. In auaritiã præceps luxuria est, honesti obliuio inuasit. Nihil turpe est, cuius placet pretiū. Homo, sacra res, homini iam per lusum & iocum occiditur. Epist. 96.

In quod vnum toto agimur animo, nõdum perficimus, vt pessimi essemus. Adhuc in processu vitia sunt. Inuenit luxuria aliquid noui in quod insaniat. Inuenit impudicitia nouam contumeliam sibi: Inuenit deliciarum dissolutio & tabes aliquid tenerius molliúsque quo pereat. Nondum satis robur omne proiecimus. Adhuc quicquid est boni moris extinguimus leuitate & politura corporiū. Muliebres mundicias antecessimus, colores meretricios matronis quidem non induendos, viri sumimus. Tenero & molli incessu suspendimus gradum, non ambulamus, sed repimus. Exornamus anulis digitos, in omni articulo gemma disponitur. Quotidie comminiscimur, per quæ vtilitati fiat iniuria, vt trahatur: quia non potest exui. Lib. 7. Nat. Quæst. c. 31.

Enas mi Lucili, si existimas nostri sæculi esse vitium luxuriam, & negligentiam boni moris, & alia quæ obicit suis quisque temporibus. Hominum sunt ista, non temporū. Nulla ætas vacauit à culpa. Etsi æstimare licentiam cuiusque sæculi incipias, pudet dicere, Nunquam apertius quàm coram Catone peccatum est. Credat aliquis

CORRUPTI SÆCVLI MORES.

pecuniam esse versatam in eo iudicio, in quo reus erat Clodius, ob id adulteriū quod cum Cæsaris vxore in aperto commiserat, violata religione eius sacrificij, quod pro populo fieri dicitur, sic submotis extra conspectum omnibus viris, vt picturæ quoque masculorum animalium contegantur. At qui dati iudicibus nummi sunt, & (quod hac etiamnum pactione turpius est) supra insuper matronarum & adulescētorum nobilium, salarij loco exacta sunt. Minus crimine, quàm absolute peccatum est. Adulterij reus adulteria diuisit, nec antè fuit de salute securus, quàm similes sui iudices suos reddidit. Hæc in eo iudicio facta sunt in quo (si nihil aliud) Cato testimonium dixerat. Credat hoc quisquam? qui damnabatur vno adulterio; absolutus est multis. Omne tempus Clodios, non omne Catones feret. Ad deteriora faciles sumus, quia nec dux potest, nec comes deesse, & res etiam ipsa sine duce, sine comite procedit: non pronum iter est tantum ad vitia, sed præceps. Et, quod pleròsque inemendabiles facit, omniū aliarum artiū peccata artificibus pudori sunt, offenduntque deerrantē: vitæ peccata delectāt. Non gaudet nauigio gubernator euerso, non gaudet ægro medicus elato, non gaudet orator, si patroni culpa reus cecidit. At contra, omnibus crimen suum voluptati est. Lætatur ille adulterio, in quod irritatus est ipsa difficultate: lætatur ille circumscriptione furtoque: nec antè illi culpa, quam culpæ fortuna displicuit. Epi. 98.

T. Peccatū.

Si irasci sapiens debet turpiter factis, & concitari cōtristarique ob scelera, nihil est ærumnosius sapiente. Omnis illi per iracundiā mœrorēque vita transibit. Quod enim momentū erit, quo nō improbāda videat? Quoties processerit domo, per sceleratos illi, auarosque, & prodiguos, & impudētes, & ob ista fœlices, incedendū erit. Nusquā oculi eius flectentur, vt non quod indignentur, inueant. Deficiet, si toties à se irā, quoties causa poscet, exegerit. Hæc tot millia ad forum prima luce properātia, quā turpes lites, quantò turpiores aduocates habēt. Alius iudicio patrē accusat, quem demereri satius fuit. Alius cum matre cōsistit. Alius delator venit eius criminis, cuius manifestior reus est: & iudex damnaturus quæ fecit, eligitur, & corona pro mala causa, bona patroni voce corrupta. Quid singula prosequor? cum videris forum multitudi-

ne refertum, & septa concursu omnis frequentia plena, & illum circum in quo maximam sui partem populus ostendit, hoc scito, isthic tantundem esse vitiorum, quantum hominum. Inter istos quos togatos vides nulla pax est, alter in alterius exitium leui compendio ducitur. Nulli nisi ex alterius damno quaestus est: felicem oderunt, infelicem contemnunt: maiore grauantur, minori graues sunt: diuersis stimulantur cupiditatibus, omnia perditā ob leuem voluptatem praedamque cupiunt. Non alia quam in ludo gladiatorio vita est, cum is de viuentiū pugnantiūque. Ferarum iste cōuentus est, nisi quod illae interse placidae sunt, morsūque similiū abstinent, hī mutua laceratione satiantur. Hoc vno ab animalibus mutis differunt, quod illa mansuescū talentibus, horum rabies ipsos à quibus est nutrita, depascitur. Nunquam irasci desinet sapiens, si semel coeperit. Omnia sceleribus ac vitiis plena sunt. Plus cōmittitur quā quod possit coërritione sanari. Certatur ingenti quodam nequitiae certamine, maior quotidie peccandi cupiditas, minor verecundia est. Expulso melioris æquiorisque respectu, quocūque visum est, libido se impingit, nec furtiua iam scelera sunt, praeter oculos eunt. Adeoque in publicum missa nequitia est, & in omnium pectoribus eualuit, vt innocentia non rara, sed nulla sit. Nunquid enim singuli aut pauci rupere legem? vndique velut signo dato, ad fas nefasque miscendum coorti sunt.

Non hospes ab hospite tutus,

Non socer à genero, fratrum quoque gratia rara est.

Imminet exitio vir coniugii: illa mariti.

Lurida terribiles miscent aconita nouerca,

Filius ante diem patrios inquit in annos.

Adiice nunc publica periuria gentium, & rupta foedera, & in praedam validioris quicquid non resistebat adductū: circumscriptiones, furta, fraudes, inficiationes, quibus trina non sufficiunt fora. Si tantum irasci vis sapientem, quantum scelerum indignitas exigit, non irascendum illi, sed insaniedum est. Inter caetera mortalibus incommoda, & haec est caligo mentium, nec tantum necessitas errandi, sed errorum amor. Lib. 2. de Ira. ca. 7. 8. & 9.

Inter caetera mala illud pessimum est, quod vitia ipsa mutamus. Sic, nec hoc quidem nobis contingit,

PECCATORVM EXCVSAT. TENTATIO.

permanere in malo iam familiari. Aliud ex alio placet, ve-
xátque nos. Hoc quoque quòd iudicia nostra, non tantum
praua, sed etiam leuia sunt. Fluctuamus, aliudque ex alio
comprehendimus, petita relinquimus, relicta repetimus,
alternæ inter cupiditatem nostram & pœnitentiam vices
sunt. Pendemus enim toti ex alienis iudiciis, & id optimũ
nobis videtur, quod petitores laudatorésque multos ha-
bet, non id quod laudandum petendũque est. Li. de Vita
bea. cap. 28.

T. Vulgus.

Vide etiam hac de re. Ti. Luxus.

Peccatorum excusatio.

Nillum est vitium sine patrocinio: nulli non initium
verecundum & exorabile. Epist. 117.

Vitia nostra, quia amamus, defendimus, & malumus ex-
cusare illa, quàm excutere. Satis natura homini dedit ro-
boris, si illo vtamur, si vires nostras colligamus, ac totas
pro nobis, certè non contra nos, concitemus. Nolle, in cau-
sa est, non posse, prætenditur. Epist. 117.

Omitte excusationẽ: nemo peccat inuitus. Ex Publ. Mi.
Omne vitium habet patrocinium suum. Ex eodem.

Tentatio quæ ad peccandum sollicitat.

Nillum sine autoramento malum est. Auaritia pecu-
niam promittit: luxuria multas ac varias voluptates:
ambitio purpuram & plausum, & potentiam, & quicquid
potentia potest. Mercede te vitia sollicitant: at in virtutis
curriculo tibi gratis viuendum est. Epist. 70.

Simile.

Sextium cum maximè lego, virum acrem, Græcis verbis,
Romanis moribus philosophantem, mouet me imago ab
illo posita: ire videlicet quadrato agmine exercitum, vbi
hostis ab omni parte suspectus est, pugnae paratum. Idem,
inquit, sapiens facere debet: omnes virtutes suas vndique
expandat, vt vbi cùnque infesti aliquid oritur, illic parata
præsidia sint. Epist. 60.

Multum adiicit sibi virtus lacescita. Epist. 13.

Non obtinebis vt affectus desinat, si incipere permiseris.
Imbecillis primò omnis affectus: deinde ipse se concitat,
& vires cum procedit, parat excluditur facilius quam ex-
pellitur. Intransibis ergo resistamus: quia facilius, vt di-
xi, non recipiuntur, quàm exeunt. Aliquatenus, inquis, do-

lere, aliquatenus timere permitte: sed illud aliquatenus longè producitur, nec vbi vis accipit finem. Epist. 117.

Facilius est excludere perniciofa quàm regere: & non admittere, quàm admissa moderari. Nam cum se in possessione posuerunt, potentiora rectore sunt, nec recidi se minimè patiuntur. Deinde ratio ipsa cui freni traduntur, tandiu potens est, quandiu diducta est ab affectibus. Si miscuit se illis & inquinavit, non potest continere, quos submouere potuisset. Commota enim semel & concussa mens, ei seruit, quò impellitur. Quarundam rerum initia in nostra potestate sunt, vltiora nos sua vi rapiunt, nec regressum relinquunt. Vt in præceptis datis corporibus, nulum sui arbitrium est, nec resistere morariuè deiecta poterunt, sed consilium omne & penitentiam irreuocabilis præcipitatio abscidit: & non licet eò non peruenire, quò non ire licuisset, ita animus, si in iram, amorem, aliosque se proicit affectus, non permittitur reprimere impetum, rapiat illum oportet, & ad imum agat suum pondus, etiam vitiorum natura procliuis. Optimum est, primùm irritamentum iræ protinus spernere, ipsisque repugnare seminibus, & dare opera ne incidamus in iram: nam si cæperit ferre transversos, difficilis ad salutem recursus est. Quoniam nihil rationis est, vbi semel affectus est inductus, iusque illi aliquod voluntate nostra datum est. Faciet de cætero quantum volet, non quantum permiseris. In confinibus hostis arcendus est. Nam cum intrauit, & portis se intulit, modum à captiuis non accipit. Nec enim sepositus est animus, & extrinsecus speculatur affectus, vt illos non patiatur vltra quàm oportet procedere: sed etiam affectum ipsum imitatur. Ideoque non potest vtilem illam vim & salutarem, perditam iam infirmatamque reuocare. Lib. 1. de Ira. cap. 7. & 8. *Simile.*

Fides.

Fidem qui perdit, quo se seruat in reliquū? Ex Publ. Mi.
Fidem qui perdit, perdere vltra nihil potest. Ex eod.
Fides, vt anima, vnde abiit, eò nunquã redit. Ex eodem.
Fidem nemo nunquã perdit, nisi qui non habet. Ex eod.

Credulitas.

Quædam falsa, veri speciem ferunt. Dádum semper est tempus. Veritatē enim dies aperit. Ne sint aures cri-

SPES, DESPERATIO.

T. Veritas.

T. Castigatio.

Fiduciam.

Amicitiam.

minantibus faciles. Hoc humanæ naturæ vitium suspectū, notūque nobis sit, quòd quæ, inuiti audimus, libenter credimus, & antequam iudicemus, irascimur, Agenda ergo est contra se causa absentis, & in suspenso ira retinenda, Potest enim pœna dilata exigī, non potest exacta reuocari. Notus est ille tyrannicida, qui imperfecto opere comprehensus, & ab Hippia tortus, vt conscios indicaret, circumstantes amicos tyranni nominauit, quibus quam maximè charam salutem eius sciebat. Et cum ille singulos vt nominati fuerant, occidi iussisset, interrogauit ecquis superesset? Tu, inquit, solus: neminem enim alium cui charius esses, reliqui. Effecit ira, vt tyrannus tyrannicidæ manus accomodaret, & præsidia sua gladio suo cæderet. Quāto animosius Alexander, qui cum legisset epistolam matris, qua admonebatur, vt à veneno Philippi medici caueret, acceptam potionem, non veritus bibit. Plus sibi de amico suo credidit. Dignus fuit, qui innocentem haberet, dignus qui faceret. Hoc ego magis in Alexandro laudo, quia nemo tam obnoxius iræ fuit. Quò rarior autem moderatio in regibus, hoc laudanda magis est. Fecit hoc & C. Cæsar ille qui victoria ciuili clementissimè vsus est. Cum sarcinam deprehendisset epistolarum ad Pompeium missarū, ab his qui videbantur, aut in aduersis, aut in neutris fuisse partibus, combussit: quamuis enim moderatè soleret irasci, maluit tamen non posse. Gratissimum putauit genus veniæ, nescue, quid quisque peccasset. Plurimum mali credulitas facit. Sæpe ne audiendum quidem est: quoniam in quibusdam rebus, satius est decipi, quàm diffidere. Nihil nisi quod in oculos incurret, manifestūque erit, credamus. Et quoties suspicio nostra vana apparuerit, obiurgemus credulitatem. Hæc enim castigatio consuetudinem efficiet non facile credendi. Lib. 2, de Ira. à. 22. vsque ad 24.

Vtrūque vitium est & omnibus credere & nulli: sed alterum honestius dixerim vitium, alterū tutius. Epist. 3.

Ad calamitatem quilibet rumor valet. Ex Publ. Mi.

Animo dolenti nihil oportet credere. Ex Publ. Mi.

Difficile habere oportet aurem ad crimina. Ex Publ. Mi.

Spes, Desperatio.

A Cerrima virtus est, quam vltima necessitas excutit. Ex Publ. Mi.

Ex spe præmij solatium fit labotis. Ex eodem.

Heu quàm est timendus qui mori tutum putat. Ex eod.

In malis sperare bonũ, nisi innocēs nemo solet. Ex eod.

Amor in communi.

Amor animi arbitrio sumitur, nõ ponitur. Ex Publ. Mi.

Amans iratus multa mentitur sibi. Ex eodem.

Amans quid cupiat scit, quid sapiat non videt. Ex eod.

Amans quod suspicatur vigilans, somniat. Ex eodem.

Amor extorqueri non potest, elabi potest. Ex eodem.

Ab amante, lachrimis redimas iracundiam. Ex eodem.

Amare & sapere vix Deo conceditur. Ex eodem. cc

Amoris vulnus idem qui sanat, facit. Ex eodem. cc

Amor ociosæ cura est sollicitudinis. Ex eodem. cc

Honestius est cùm iudicaueris amare, quàm cùm ama-
ueris iudicare. Ex eodem.

In amore semper mendax iracundia est. Ex eodem.

Si vis amari, ama. Ex eodem.

Amor sui, siue Cupiditas.

Fateor insitã esse nobis corporis nostri charitatem. Fa-
teor nos huius gerere tutelam, non nego indulgendum
illi, seruiendum nego. Multisenim seruiet, qui corpori ser-
uit, qui pro illo nimium timet, qui ad illud omnia refert.
Sic gerere nos debemus, non tanquam propter corpus vi-
uere debeamus, sed tanquam non possimus sine corpore.
Huius nos nimius amor timoribus inquietat, sollicitudi-
nibus onerat, contumeliis obiicit. Honestum ei vile est,
cui corpus nimis charum est. Agatur eius diligentissimè
cura: ita tamen, vt cùm exiger ratio, cùm dignitas, cùm fi-
des, mittendum in ignem sit. Epist. 14. cc

Vna est cathena, quæ nos alligatos tenet, amor vitæ:
qui vt non est abiiciendus, ita minuendus est: vt si quan-
do res exiger, nihil nos detineat, nec impediat, quo minus
parati simus, quod quandóque faciendum est, statim face-
re. Epist. 26. cc

Maior sum & ad maiora genitus, quã vt mancipium sim
mei corporis: quod equidem non aliter aspicio, quàm vin-
culum libertati meæ circûdatur. Hoc ita oppono fortunæ,
in quo resistat, nec per illud ad me vllũ transire vllus sino,
nũquam me caro ista compellet ad metũ, nunquã ad indi- cc

T. Libertas.

gnam bono simulationem, nunquam in honorem huius corpusculi mentiar. Cum visum fuerit, distraham cum illo societatem, & nunc tamen dum hæremus, non erimus æquis partibus socij, animus ad se omne eius ducet. Contemptus corporis sui, certa libertas est. Ut ad propositum reuertar, huic libertati multum cōferet, & illa de qua modo loquebamur, inspectio. Nempe vniuersa ex materia, & ex Deo constant. Deus ista temperat, quæ circumfusa rectorem sequuntur, & ducem. Potentius autem est, quod facit, quod est Deus, quàm materia patiens Dei. Quem in hoc mundo locum Deus obtinet, hunc in homine animus: quòd est illic materia, id in nobis corpus est: Seruiant ergo deteriora melioribus. Epist. 66.

Amor mundi, rerumque labentium, contraque contemptus earum.

Contemnere omnia aliquis potest, omnia habere nemo potest. Breuissima ad diuitias per cōtemptum diuitiarum via est. Epist. 63.

Si vis beatus esse, si fide bona vir bonus, siue contemnat te aliquis. Epist. 72.

Æ quo animo audienda sunt imperitorum conuitia & ad honesta vadenti, contēendus est ipse contēptus. Epi. 77.

Quæ latebra est, in quam non intret metus mortis? Quæ tam munita & in altum subducta vitæ quies, quam non dolor territet? Quocūmque te abdideris, mala humana circumstrepent. Multa extra sunt, quæ circumueiunt nos, quæ aut fallant, aut vrgeant. Multa intus quæ etiam in media solitudine exæstuant. Philosophia circundanda est inexpugnabilis murus, quem fortuna multis machinis lacefferum non transit. In insuperabili loco stat animus, qui externa deseruit, & arce se sua vendicat. Infra illum omne telum cadit Non habet (vt putamus) fortuna longas manus, neminem occupat, nisi hærentem sibi. Epist. 83.

Relinque ista iamdudum ad quæ discurritur: relinque diuitias, aut periculum possidentium, aut onus. Relinque corporis atque animi voluptates: molliunt, & eneruant.

T. Ambitio.

Relinque ambitum: tumida res est, vana, ventosa, nullum habet terminum: tam sollicita est, ne quem ante se videat, quàm ne alium post se: laborat inuidia, & quidem duplici. Vides autem quàm miser sit, si is cui inuidetur, & inuidet.



*T. Philo-
sophia.*

”
”
”
”

det. Confragosa in fastigium dignitatis via est. At si conscendere hunc verticem libet, cui se fortuna submisit, omnia quidē sub te, quę pro excelcissimis habentur, aspicias, sed tamen venies ad summa per planum. Epist. 85.

Attalum memini, cum magna admiratione omnium hęc dicere. Diu mihi, inquit, imposuere diuitiæ. Stupebam vbi aliquid ex illis alio arque alio loco fulserat. Existimabam similia esse quę laterent his quę ostenderentur: sed in quodam apparatu vidi totas opes vrbs cœlatas ex auro & argento, & his quę pretium auri argentique vicerunt, exquisitos colores, & vestes ultra non tantum nostrum sed vltia finem hostium aduectas. Hinc puerorum perspicuos cultu atque forma greges, hinc fœminarum, & alia quę res suas recognoscens summi imperij fortuna protulerat. Quid hoc est inquam, aliud quam irritare cupiditates hominum per se incitatas? Quid sibi vult ista pecunię pompa? Ad discendam auaritiam conuenimus, At me heicule minus cupiditatis istinc effero, quam attuleiam. Contempsi diuitias non quia superuacua, sed quia pusilla sunt, Vidistine quàm intra paucas horas, ille ordo quamuis lentus dispositusque transierit? Hoc itaque ipse mihi dico, quoties tale aliquid prestinxerit oculos meos, quoties occurrit domus splendida, cohors culta seruatorum, lectica formosis imposita calonibus. Quid miraris? quid stupes? Pompa est. Offenduntur istę res, non possidentur, & dum placent transeunt. Ad veras potius te conuerte diuitias, discere paruo esse contentus, & illam vocem magnus ac animosus exclama: Habeamus aquam, habeamus polentam, Ioui ipsi de fœlicitate controuersiam faciamus. Faciamus oro te, etiam si ista defuerint. Turpe est beatam vitam in auro & argento reponere, equę turpe est, in aqua & polenta. Quid ergo faciam, si ista non fuerint: Quæris quod sit remedium inopię: Famem fames finit. Alioqui quid interest, magna sint an exigua, quę seruire te cogunt: Quid refert quātum sit, quod tibi possit negare fortuna? Hęc ipsa aqua & polenta in alienum cadit arbitrium. Liber est autem non in quem patum licet fortunę, sed in quem nihil. Ita est, nihil desideres, oportet, si vis Iouem prouocare, nihil desiderārem. Hęc nobis Attalus dixit: natura omnibus dixit Quę si voles frequenter cogitare, id ages, vt sis fœlix, non vt videaris: & vt tibi videaris, non alius. Epist. 111.

T. Paupertas

T. Libertas.

*T. Felicitas
falsa.*

Simile.

*T. Felicitas
falsa.*

Si prudentes erimus, malitiam & ærumnosi animi veterum
 num perspiciemus, quamuis multus circa diuitiarum ra-
 diancium splendor impendat, & intuentem, hinc honorū,
 illinc magnarum potestatum falsa lux verberet. Tunc in-
 telligere nobis licebit, quam contemnenda miremur: simil-
 limi pueris, quibus omne ludicrum in pretio est. Parenti-
 bus quippe nec minus siatribus præferunt paruo ære em-
 pta monilia. Quid ergo inter nos & illos interest (vt Ari-
 ston ait) nisi quod nos circa tabulas & statuas insanimus,
 charius inepti? Illos reperti in littore calculi leues, & ali-
 quid habentes varietatis delectant: nos ingentium macule
 columnarum: siue ex Ægyptiis arenis, siue ex Affricæ soli-
 tudinibus aduectæ, porticum aliquam, vel capacem popu-
 li cœnationem ferunt. Miramur parietes tenui marmore
 indutos, cum sciamus quale sit, quod absconditur: oculis
 nostris imponimus. Et cum auro recta perfundimus, quid
 aliud quàm mendatio gaudemus? Scimus enim sub illo au-
 ro fœda ligna latitare. Nec tantum parietibus, aut lacuna-
 ribus ornamentum tenue prætenditur, omnium istorum
 quos incedere altos vides, bracteata fœlicitas est. Inspice,
 & disces sub ista tenui membrana dignitatis, quantum ma-
 li lateat. Hæc ipsa res quæ tot magistratus, tot iudices de-
 tinet, quæ magistratus, & iudices facit. Pecunia ex quo in
 honore esse cœpit, verus honor rerum cecidit: mercator es-
 que & venales inuicem facti, quærimus nõ quale sit quid-
 que, sed quãti. Ad mercedem pij sumus, ad misericordiam
 impij. Et honesta, quandiu aliqua illis spes inest, sequi-
 mur: in contrarium transituri, si plus scelera promitterent.
 Admirationem nobis parietes auri argentique fecerunt, &
 teneris infusa cupiditas, altius sedit, creuitque nobiscum.
 Deinde totus populus in alia discors, in hoc cõuenit, hoc
 suspiciunt, hoc suis optant, hoc Diis velut rerum huma-
 narum maximum, cum grati videri volunt, consecrant. De-
 nique eò mores redacti sunt, vt paupertas maledicto pro-
 broque sit, contempta diuitibus, inuisa pauperibus. Accedunt
 deinde carmina Poëtarum, quæ affectibus nostris fa-
 cem subdant, quibus diuitiæ velut vnicum vitæ decus or-
 namentumque laudantur. Nihil illis melius nec dare vi-
 dentur Diij immortales posse, nec habere. Regia solis erat,
 sublimibus alta conlumnis, Clara micante auro. Eiusdem
 currum aspice. Aureus axis erat, temo aureus, aurea summe

cūruatura rotæ, radiorum argenteus ordo. Denique quod optimum videri volunt, sæculum aureum appellant. Nec apud Tragicos desunt, qui lucro innocentiam, salutem, opinionem bonam putant.

Sine me vocari pessimum, simul vt diues vber.

An diues sit, omnes quarimus: nemo an bonus.

Non quare, & vnde: quid habeas tantum rogant.

Vbi que tanti quisque quantum habuit, fuit.

Quid habere nobis turpe sit, quaris? nihil.

Aut diues opto viuere, aut pauper mori.

Bene moritur, quisquis moritur, dum lucrum facit.

Pecunia ingens generis humani bonum.

Cui, non voluptas matris, aut blanda potest,

Par esse prolis, non sacer meritis parens.

Cū hi nouissimi versus in Tragœdia Euripidis pronuntiati essent, totus populus ad eiciendum, & actorem & carnem cōsurrexit vno impetu: donec Euripides in medium ipse prosiluit petens, vt spectarent, viderentque, quē admirator auri exitum faceret. Dabat in illa fabula pœnas Bellorophontes, quas in sua quisque dat. Nulla enim auaritia sine pœna est, quamuis satis sit ipsa pœnarū. O quantum lachrymarum, o quantum laborum exigit, quā misera desideratis, quā misera partis est. Adice quotidianas sollicitudines, quæ pro modo habendi quemque cruciant. Maiore tormento pecunia possidetur, quā queritur. Quantum damnis ingemiscunt, quæ & magna incidunt, & maiora videntur. Denique vt nihil illis fortuna detrahat quicquid non acquiritur, damnum est. At fœlicem illum homines & diuitem vocant, & consequi optant quantum ille possidet Fateor. Quid ergo? Tu vllos esse peioris conditionis existimas, quā qui habet & miseriam & inuidiam? Vtinam qui diuitias appetitū essent, cū diuitibus deliberarent. Vtinam honores petitur, cū ambitiosis summum adeptis dignitatis statum: profecto vota mutassent, cum interim illi noua suspiciunt, qui priora damauerant. Nemo enim est, cui fœlicitas sua, etiam si cursu venit, satisfaciat. Queruntur & de consiliis, & de processibus suis, maluntque semper quæ reliquerunt Itaque hoc tibi philosophia præstabit, quo equidem nihil maius existimo. Nunquam te pœnitebit tui. Ad hanc tam solidā fœlicitatē, quā tempestas nulla cōcutiat,

T. Scientia.

non perducunt te aptè verba contexta, & oratio fluens leniter. Eant ut volent, dum animo compositio sua constet, dum sit magnus, & opinionum securus, & ob ipsa quæ aliis displicent, sibi placens: qui profectum suum vita æstimet, & tantum scire se iudicet, quantum non cupit, quantum non timet. Epist. 116.

Hoc est mi Lucili egregium, hoc securum ac liberum, nihil petere, & tota fortunæ comitia transire. Quam putas esse iucundum tribubus vocatis, cum candidati in templis suis pædeant, & alius nummos pronuntiet, alius per sequestrem agat, alius coram manus osculis conterat, quibus designatus, contingendam manum negaturus est, & omnes attoniti vocem præconis expectent, stare otiosum, & spectare illas nundinas, nec ementem quicquam nec vendentem? Quanto hic maiore gaudio fruitur, qui non prætoriam aut cõsulariam comitia securus intuetur, sed magnalia, in quibus alij honores æniuersarios petunt, alij perpetuas potestates, alij bellorum euentus prosperos triumphosque, alij diuitias, alij matrimonia atque liberos, alij salutem suam suorumque. Quanti animi res est, solum nihil petere, nulli supplicare, & dicere, nihil mihi tecum fortuna, non facio mei tibi copiam. Scio apud te Catones repelli, Vatinios fieri. Nihil rogo. Hoc est priuatam facere fortunam. Libet ergo hæc inuicem scribere, & hanc integram semper egerere materiam, circumspectantibus tot millia hominum inquieta: qui ut aliquid pestiferi per mala consequantur, nituntur in malum, petuntque mox fugienda, aut etiam fastidienda. Cui enim assecuto satis fuit, quod optanti nimium videbatur? Non est, ut estimant homines, auida felicitas, sed pusilla. Itaque neminem satiat. Tu ista credis excelsa, quia longe ab illis iaces. Et verò qui ad illa pertinet, humilia sunt. Mentior, nisi adhuc querit ascendere. Istud quod tu summum putas, gradus est. Omnes autem male habet ignorantia veri, tanquam ad bona feruntur, decepti rumoribus. Deinde mala esse aut inania, aut minora quam sperauerint, adepti ac multa passi vident, maiorque pars miratur ex intervallo fallentia, & vulgo bona, pro magnis sunt. Epi. 119.

Ego nihil magis suaserim, quam sumere ingentem animum, & hæc propter quæ litigamus, discurremus, anhelamus, videre quam humilia & abiecta sint, nulli, qui altum quidam aut magnificentum cogitat, respicienda. Cuius pecu-

niam plurimum vociferationis est, hæc fora defatigat, patres liberósq; committit, venena miscet, gladios tam percussoribus, quàm legionibus tradit. Hæc est sanguine nostro delibata. Propter hanc vxorum maritorúmque noctes strepunt litibus, & tribunalia magistratum præmit turba: Reges sæuiunt, rapiunt, & ciuitates longo sæculorum labore constructas, euertunt, vt aurum argerúmque in cinere vrbiúm scrutentur. Si totam mihi ex omnibus metallis, pecuniam proferas, si in medium proicias, quidquid thesauri tegunt, omnem istam congeriem dignam nõ puteam, quæ frontem viri boni contrahat. Quanto risu prosequenda sunt, quæ nobis lachrymas educunt? Crede mihi, leuia sunt propter quæ non leuiter excandescimus, qualia quæ pueros in rixam & iurgium concitant. Nihil ex his quæ tam tristes agimus, serium est, nihil magnum. Inde, inquam, vobis ira & insania est, quod exigua magna existimatis. Iter angustum rixas transeuntium concitat, diffusa & latè patens via, ne populos quidem collidit. Ista quæ appetitis, quia exigua sunt, nec possunt ad alterum nisi alteri erepta, transferri, eadem affectantibus pugnam & iurgia excitant. Lib. 3. de Ira. à 32. vsque ad 35. cap.

Optauerunt tibi alia parentes tui, sed ego tibi contra omnium tibi eorum contemptum opto, quorum illi copiam. Epist. 31.

Qui omne bonum honesto circumscripsit, intra se fœlix est. Nam qui alia bona iudicat, in fortunæ venit potestatem, alienique arbitrij fit. Hic amissis liberis mœstus, hic sollicitus agris, hic turpibus, & aliquam passis intamiam, tristis: illum videbis alienæ vxoris amore cruciari, illum suæ. Non deerit quem repulsa distorqueat, erunt quos honor ipse vexet. Illa verò maxima ex omni mortalium populo turba miserorum, quam expectatio mortis exagitat, vndique impendens. Nihil enim est, vnde non subeat. Itaque vt in hostili regione versantibus, huc & illuc circumspicendum est, & ad omnem strepitum circumagenda ceruix: nisi hic timor è pectore eiectus est, palpitantibus præcordiis viuitur. Occurrèt acti in exilium, & euoluti bonis, occurrent naufragia similiæue naufragiis passi: Omnium animos mala aliena ac repentina sollicitant: quemadmodum aues etiam inanis fundæ sonus territat: ita nos non ad ictum tantum exagitamur, sed ad crepitum. Non potest ergo quis-

T. Diuitie.

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

Simile.

T. Felicitas.

Simile.

Simile.

ZELVS EX VIRTUTE.

quam beatus esse, qui huic se opinioni credidit: non enim beatum est, nisi quod intrepidum. Inter suspecta malè vivitur. Quisquis se multum fortuitis dedit, ingentem sibi materiam perturbationis, & inexplicabilem fecit. Vna hæc via est ad ruta vadendi, & externa despiciere, & honesto contentum esse. Epist. 75.

Nihil magnum est in rebus humanis, nisi animus magna despiciens. Ex Publ. Mi.

Qui propter pecuniæ aut libidinis amorem moritur, ostendit se nunquam sui causa vixisse. Ex eodem.

Zelus ex virtute.

Heraclitus quoties prodierat, & tantum circa se malè viventium, imò malè pereuntium viderat, flebat, miserebatur omnium, qui sibi læti fœlicésque occurrebant, miti animo, sed nimis imbecillo, & ipse inter deplorandos erat. Democritum contra aiunt, nunquam sine risu in publico fuisse. Adeò nihil illi videbatur serium eorum quæ seriò gerebantur. Vbi est hic iræ locus est? Aut ridenda omnia, aut flenda sunt. Non irascetur sapiens peccantibus. Quare? Quia scit, neminem nasci sapientem, sed fieri. Scit paucissimos omni ævo sapientes euadere: quia conditionem humanæ vitæ perspectam habet. Nemo autem naturæ sanus irascitur. Quid enim si mirari velit, non in sylvestribus dumis poma pendere? quid si miretur spineta sentesque non vtili aliqua fruge compleri? Nemo irascitur, vbi vitium natura defendit. Placidus itaque sapiens & æquus erroribus, non hostis, sed correptor peccantium, hoc quotidie procedit animo. Multi mihi occurrent vno dediti, multi libidinosi, multi ingrati, multi auari, multi furis ambitionis agitati. Omnia ista tam propitius aspiciet, quam ægros suos medicus. Nunquid ille cuius nauigium multam vndique laxatis compagibus aquam trahit, nauis, ipsique nauigio irascitur? Occurrit potius, & aliam excludit vndam, deinde aliam egerit, manifesta foramina precludit, latentibus & ex occulto sentinam ducentibus, labore continuo resistit, nec ideò intermitit, quia quantum exhaustum est, subnascitur. Non lento adiutorio opus est contra mala continua & fœcunda, non vt desinant, sed ne vincant. Lib. 2. de Ira. c. 10.

Dicetur aliquis malè de te locutus, cogita an prior fece-

Simile.

AMOR PROXIMI, CONTRAQVE ODIUM. 36
 ceris, cogita de quàm multis loquaris. Cogitemus, in-
 quam, alios non facere iniuriam, sed reponere. Aut dul-
 cedine vrbauitatis prolapsus est, aut fecit aliquid non vt
 nobis obesset, sed quia consequi ipse non poterat, nisi
 nos repulisset. Sæpe aduatio dum blanditur, offendit.
 Quisquis ad se retulerit quoties ipse in suspicionem fal-
 sam incidit, quàm multis officiis suis fortuna speciem
 iniuriæ induerit, quàm multis post odium amari cœperit,
 poterit non statim irasci, vti que si sibi tacitus ad singula
 quibus offenditur, dixerit, Hæc & ipse commisi. Sed vbi
 tam æquum iudicem inuenies? Is qui nullius non vxorem
 concupiscit, & satis iustas causas putat amandi, quod alie-
 na est, idem vxorem suam aspici non vult: & fidei acerri-
 mus exactor, est perfidus: & mendacia persequitur, ipse
 periurus: & litem sibi inferri ægerrimè calumniator pati-
 tur. Aliena vitia in oculis habemus, à tergo nostra sunt.
 Inde est, quod tempestiua filij vitia, pater deterior filio
 castigat. Nihil alienæ luxuriæ ignoscit, qui nihil suæ ne-
 gauit, & homicidæ tyrannus irascitur, & punit furta sacri
 legus. Magna pars hominum est, quæ non peccatis irasci-
 tur, sed peccantibus. Faciet nos moderatiore respectus no-
 stri, si consuluerimus nos, Nunquid & ipsi aliquid tale
 commisimus? Nunquid sic errauimus? Expedi ne nobis
 ista dānare? Max. remedium est iræ, mora. Li. 2. de ira. c. 28.

T. Castiga-

tio.

“

“

“

“

“

“

“

T. Ira.

Amor proximi, contraque odium.

EGo tibi mōstrabo amatorium sine medicamento, sine
 herba, sine vllius veneficę carmine. Si vis amari, ama.

Attalus philosophus dicere solebat, iucundius esse a-
 micum facere, quàm habere: quo modò artificii iucundius
 est pingere, quàm pinxisse. Illa in opere suo occupata so-
 llicitudo, ingēs oblectamētum habet in ipsa occupatione.
 Non æquè delectatur, qui ab opere perfecto remouit ma-
 num. Iam fructu artis suæ fruitur, ipsa fruebatur arte cum
 pingeret. Fructuosior est adolescentia liberorum, sed in-
 fantia dulcior. Epist. 9.

In cōmune viuunt. Nō potest quisquam beatè degere, **T. Intentio.**
 qui se tantum intuetur, qui omnia ad utilitates suas con-
 uertit? Alteri viuas oportet, si vis tibi viuere. Epist. 48.

Ecce altera quæstio, quomodò hominibus sit vtendum.
 Quid agimus? quæ damus præcepta? Vt parcatur sanguis.

ni humano. Quantulum est ei non nocere, cui debeas prodesse? Magna scilicet laus est, si homo mansuetus homini est. Præcipiemus ut naufrago manum porrigat, erranti viam monstret, cum esuiente panem suum diuidat? Quando omnia quæ præstanda sunt ac vitanda, dicam: cum possum breuiter hanc illi formulam humani officij tradere? Omne hoc quod vides, quo diuina ac humana conclusa sunt, vnum est, membra sumus corporis magni. Natura nos cognatos edidit, cum ex iisdem & in eadem gigneret. Hæc nobis amorem indidit mutuum, & sociabiles fecit. Illa æquum iustumque composuit, Ex illius constitutione miserius est nocere, quàm lædi. Ex illius imperio paratæ sunt iuuantis manus. Iste versus & in pectore & ore sit. Homo sum, humani nihil à me alienum puto, coeamus, in commune nati sumus. Societas nostra lapidum fornicis simillima est quæ casura nisi inuicem obstarent, hoc ipso sustentur. Epist. 96.

Similia.

Beneuolus animus maxima est cognatio. Ex Publ. Mi.
Scias eum multis virtutibus abundare, qui alienas amat. Ex eodem.

Amor inimicorum.

Inimicos graues habeo. Quomodò aduersus feras; munimenta conquiris, quomodò aduersus serpentes, sic aduersus inimicos auxilia circumspecte, quibus illos aut arceas aut compescas, aut quòd optimum est, places. Lib. de Remed. Fortuit.

Grauior inimicus, qui latet sub pectore. Ex publ. Mi.

Iniuriarum remedium est obliuio. Ex eod.

Miserima est fortuna, quæ inimico caret. Ex eodem.

Peiora sunt tecta odia, quàm aperta. Ex eod.

Quàm inimicum est, quia oderis lædere: quanto iniquius odisse, quia læseris? Ex eodem.

Quàm magnarum virium est, negligere lædentem? Qui enim vindicat, sentit. Ex eod.

Quamuis agas id, ut nequis merito tuo te oderit, erunt tamen semper, qui oderunt. Ex eodem.

Ridiculum est, odio nocentis, perdere innocentiam. Ex eodem.

Amicitia vera & falsa.

Neminem tam altè secunda posuerunt, vt non illi cò magis amicus desit, quia nihil absit. Libro 6. de Bene. capite 29.

Si aliquem amicum existimas, cui non tantundem credis quantum tibi, vehementer erras: & non satis nosti vim veræ amicitia. Tu omnia cum amico delibera, sed de ipso prius. Post amicitiam credendum est, ante amicitiam, iudicandum. Isti verò præposterè officia permiscunt, qui contra præcepta Theophrasti, cum amauerint, iudicant, & non amant, cum iudicauerint. Diu cogita, an tibi in amicitiam aliquis recipiendus sit: cum placuerit fieri, toto illum pectore admitte, tam audacter cum illo loquere, quàm tecum. Tu quidem ita viue, vt nihil committas nisi quod cõmittere etiam inimico tuo possis. Fidelè si putaueris, facies. Nã multi fallere docuerunt, dum timèt falli, & illi ius peccandi suspicando fecerunt. Epist. 3.

Sapiens etiam si contentus est se, tamen habere amicum vult, si ob nihil aliud, vt exerceat amicitiam, ne tam magna virtus iaceat: non ob hoc quod Epicurus dicebat, vt habeat qui sibi ægro assideat, succurrat in vincula coniecto vel inopi: sed vt habeat aliquè cui ipse ægro assideat, quem ipse circumuentum hostili custodia liberet. Qui se spectat, & propter hoc ad amicitiam venit, malè cogitat, quemadmodum cœpit, sic desinet. Parauit amicum aduersus vincula laturum opem, cum primùm crepuerit catena, discedet. Hæ sunt amicitia, quas temporarias populus appellat. Quæ causa vtilitatis assumpta est, tandiu placebit, quandiu vtilis fuerit. Hac re florentes, amicorum turba circum sedet: circa euersos ingens solitudo est: & inde amici fugiunt, vbi probantur: ideò tot nefaria exempla sunt, aliorum metu relinquentium, aliorum metu prodentium. Necessè est vt initia inter se & exitus congruant. Qui amicus esse cœpit, quia expedit, placebit ei aliquod pretium contra amicitiam, si vllum in illa placeat pretium præter ipsam. In quid igitur amicum paro? Vt habeam, pro quo mori possim, vt habeam, quem in exilium sequar, cuius me morti opponam, & impendam. Ista quam tu describis, negotiatio est, non amicitia: quæ ad commodum accedit, quæ, quid consecutura sit, spectat. Epist. 9.

Mihi amicorum defunctorum cogitatio dulcis ac bláda

AMICITIA VERA ET FALSA.

est: habui enim illos tanquam amissurus, amisi tanquam habeam. Fac ergo mi Lucili quod tuam æquitatem decet. Desine beneficium naturæ malè interpretari: abstulit: sed dedit. Hæc tibi scribo, is qui Anneum Serenum charissimum mihi tam immodicè fleui, ut (quod minimè vellem) inter exempla sim eorum quos dolor vicit: hodie tamen factum meum damno, & intelligo maximam mihi causam sic lugendi fuisse, quòd nunquam cogitaueram mori eum ante me posse. Hoc vnum mihi occurrebat, minorem esse, & multo minorem, tanquam ordinem fata seruarent.

T. Anima.

„ Cogitemus ergo Lucili charissime, citò nos eò peruenturos, quò illum peruenisse mœremus. Et fortasse (si modo sapientium vera fama est, recipitque nos locus aliquis) quem putamus perisse, præmissus est. Epi 64.

Amicum perdidisti. Alium quære: & ibi eum quæras, vbi inuenire possis. Quære inter liberales artes, inter honesta & recta officia, quære in laboribus. Ad mensam ista res non quæritur, quære aliquem frugi. Perdidisti amicum. Fortem animum habe: si vnum, erubescere: si vnicum, quid tu in tanta tempestate ad vnam anchoram stabas? Lib. de Remed. Fortuit.

Nihil æquè oblectauerit animũ, quam amicitia fidelis. Quantum bonum est, vbi sunt præparata pectora, in quæ tuto secretum omne descendat, quorum conscientiam minus quàm tuã timeas, quorũ sermo sollicitudinem leniat, sententia consilium expediat, hilaritas tristitiam dissipet, conspectus ipse delectet? Quos scilicet vacuos (quantum fieri poterit) à cupiditatibus, eligamus. Serpunt enim vitia, & in proximum quemque transfiliunt, & contactu nocent Lib. 1. de Tranq. vit. cap. 7.

Amicos res opimæ parant, aduersæ probant. Ex Pub. Mi. Coniunctio animi maxima est cognatio. Ex eod.

Nulla pusilla domus, quæ multos recipit amicos. Ex eodem.

Succurre paupertati amicorum, iamò potius occurre. Ex eodem.

Secretè amicos admone, lauda palam. Ex eod.

Talem diligentiã exhibe in amicitis comparandis, ne incipias amare, quem deinceps possis odisse. Ex eodem.

Turpius nihil est, quàm cum eo bellum gerere, cui quo familiariter vixeris. Ex eodem.

Ita amicum habeat, posse ut fieri inimicum putes.
Ex eodem.

Pax concordia.

Sapiens nunquam potentium iras prouocabit, imò declinabit, non aliter quam in nauigando procellam. Circūspiciendum nobis est, etiam quomodo à vulgo tuti esse possimus. Primū nihil inde cōcupiscamus, vnde rixa est inter competitores: deinde nihil habeamus, quod cum magno emolumento insidiantis eripi possit. Quā minimum sit in corpore tuo spoliōrum. Nemo ad humanū sanguinem propter ipsum venit. Nudum latro transmittit, etiam in obfessa via pauperi pax est. Non conturbabit sapiens publicos mores, nec populum in se vitæ nouitate conuertet. Quid ergo? Vtique erit tutus, qui hoc propositum sequetur? Promittere tibi hoc non magis possum, quā homini temperanti bonam valetudinem, & tamen facit temperantia bonam valetudinem. Perit aliqua naus in portu: sed quid tu accidere in medio mari credis? Quanto huic periculum paratius foret, multa agenti molienti-que, cui ne ocium quidem tutum est? Percunt aliquando innocentes: quis negat? Nocentes tamen sæpius. Epist. 14.

Simile.

Marcus Agrippa vir ingentis animi (qui solus ex his quos ciuilia bella claros potentēque fecerunt, sc̄lix in publicum fuit) dicere solebat, multum se huic debere sententiæ. Nam concordia parua res crescunt, discordia maximæ dilabuntur. Hac se aiebat & fratrem & amicum optimum factum. Epist. 95.

Auxilia humilia firma consensus facit. Ex Pub. Min.

Semper dissensio ab alio incipiat, à te reconciliatio.
Ex eodem.

Bellum.

Quæ nos dementia exagitat, & in mutuum compellit exitium? Vela ventis damus bella paraturi: & periclitamur periculi causa. Incertam fortunam experimur, vim tempestatum nulla ope humana superabilem, mortem sine spe sepulturæ. Non erat tanti, si ad pacem per ista veheremur. Nunc autem cum euaserimus tot scopulos latentes, & insidias vadosi maris, cum

effugerimus procellosos desuper montes, per quos præceps in nauigantes ventus impingit, cum inuolutos nubilo dies, & nimbis ac tonitruis horrendas noctes, cum turbinibus diuisa nauigia, quis erit huius laboris ac metus fructus? quis nos fessos tot malis portus excipiet? Bellum scilicet, & obuius in littore hostis, & trucidandæ gentes, tracturæ magna ex parte victorem, & antiquorum urbium flamma. Quid in arma cogimus populos? quid exercitus scribimus directuros aciem in mediis fluctibus? quid maria inquietamus? parum videlicet ad mortes nostras terra latè patet. Nimis delicatè fortuna nos tractat: nimis dura dedit nobis corpora, foelicem valetudinem. Non depopulatur nos casus incurres. Ementiri enim que annos suos ex commodo licet, & ad senectutem deurrere. Itaque eamus in pelagus, & vocemus in nos fata cessantia. Miseri quid queritis? Mortem, quæ vbique superest? Petet illa vos & ex lectulo, sed vbique innocentes petat: occupabit vos in vestra domo, sed occupet nullum molientes malū. Hoc verò quid aliud quis dixerit, quàm insaniam, circumferre pericula? & ruerè in ignotos, iratum sine iniuria occurrentia deuastantem, ac ferarum more occidere, quæ non oderis? Illis tamen in vltionem, aut ex fame morsus est, nos sine vlla parsimonia nostri alienique sanguinis, mouemus maria, & nauigia deducimus, salutem committimus fluctibus, secundos optamus ventos, quorum foelicitas est, ad bella proferre? Quousque nos malos mala nostra rapuere? parum est intra orbem suum furere. Sic Persarum rex stolidissimus in Græciam traiecit: quam exercitus non vincet, cum impleuerit. Sic Alexander vltior Bactris & Indis, volet quærere quid sit vltra magnum mare: & indignabitur, aliquid esse vltimum sibi. Sic Parthis auaritia Crassum dabit. Ergo non immeritò quis dixerit, rerum naturam melius acturam fuisse nobiscum, si ventos stare vetuisset, & inhibito discursu furentium, in sua quemque terra stare iussisset. Si nihil aliud, certè suo quisque tantum ac suorum malo nasceretur. Nunc parum vi domestica, externis quoque laborandum est. Magna pars erat pacis humanæ, maria præcludi. Non tamen (vt paulo antè dicebam) quæri possumus de autore nostro Deo, si beneficia eius corrupimus, & vt essent contraria, effecimus. Lib. 5. Nat. Quæst. c. 18.

Xerxes intelligit.

*Misericordia, Eleemosina.**Hoc dicit
Stoicorum
more.*

Est vitium pusilli animi misericordia ad speciem alienorum malorum succedentis. Itaque pessimo cuique familiarissima est. Anus & muliercula sunt, quæ lachrymis nocentissimorum mouentur, quæ si liceret, carcerem effringerent. Misericordia non causam, sed fortunam spectat, clementia rationi accedit. Misericordia vicina est miseria, habet enim aliquid trahitque ex ea. Imbecilles oculos esse scias, qui ad alienam lippitudinẽ & ipsi suffunduntur: tam me herculè, quàm morbum esse non hilaritatem, semper arridere ridentibus, & ad omnium oscitationem ipsum quoque os diducere.

Simile.

Bona comparat præsidia, misericordia. Ex Pub. Mi.

Eleemosina non tam accipientibus, quàm dantibus prodest. Ex eodem.

Inopi beneficium bis dat, qui dat celeriter. Ex eodem.

Minus decipitur, cui negatur celeriter. Ex eodem.

Misericordia non causam, sed fortunam spectat. Ex eodem.

Qui succurrere perituro potest, cum non succurrit, occidit. Ex eodem.

Homo qui in homine calamitoso est misericors, meminit sui. Ex eodem.

Vide multa hac de re ti. Liberalitas.

Consolatio mæstorum.

Vtrum bonum concedas necesse est, summæ pietatis verga Deos esse. Itaque quidquid illi acciderit, æquo animo sustinebit. Sciet enim id accidisse diuina lege, qua vniuersa procedunt. Epist. 77.

*T. Patientia;
T. Providentia.*

Leuis dolor est, si nihil illi opinio adiecerit. Contrà, si exhortari te ceperis, ac dicere, nihil est, aut certè exiguum est, duresmus, iam desinet, leue illum, dum putas, facies. Omnia ex opinionè suspensa sunt, non ambitio tantum, ad illam respicit, & luxuria, & auaritia. Ad opinionem dolemus, tam miser est quisque, quàm credidit. Etiam si sunt vera ista, transierunt. Quid iuuat præteritos dolores retractare, & miserum esse, quia fueris. Naturale est mali sui sine gaudere. Circuncidenda ergo duo sunt, & futuri timor, & veteris incommodi memoria. Hoc ad me iam nõ

CONSOLATIO MOESTORVM.

pertinet, illud nondum. In ipsis positus difficultatibus dicat, Forsan & hæc olim meminisse iuuabit. Toto contra illum pugnet animo: vincetur, si cesserit: vincet, si se contra dolorem suum intenderit. Nunc hoc plerique faciunt, attrahunt in se ruinam, cui obstandum est. Istud quod premit, quod impendit, quod vrget, si subducere te cœperis, sequetur, & grauius incumbet, si contra steteris, & obniti volueris, repelletur. Dolorem grauem sentio. Quid ni sentias? si illum muliebriliter tuleris. Quemad-

Simile.

modum perniciosior est hostis fugientibus: sic omne fortuitum incommodum magis instat cedenti & auerso. Illud quoque proderit, ad alias cogitationes auertere animum, & à dolore discedere. Cogita quid honestè, quid fortiter feceris, bonas partes tecum ipse tracta, memoriam in ea quæ maximè miratus es, sparge: tunc tibi fortissimus quisque & victor doloris occurrat. Mortè desinamus horrere. Desinemus autem, si fines bonorum atque malorum cognouerimus. Ita demum nec vita tædio erit, nec mors timori. Epist. 79.

Superuacuū est dolere, si nihil dolendo proficias. Deinde iniquum est queri de eo, quod vni accidit, & omnibus restat. Deinde desiderij stulta conquestio est, vbi minimum interest, inter amissum, & desiderantem. Eò ita æquiore animo esse debemus, quod quos amisimus, sequimur. Respice celeritatē rapidissimi temporis, cogita breuitatem huius spacij, per quod citatissimi curimus. Obserua hunc comitatum generis humani eodem tendentis, minimis interuallis distinctum, etiam vbi maxima videntur. Quem putas periisse, præmissus est. Quid autem dementius quàm cum idem tibi iter emetiendum sit, flere eum, qui antecessit? Flet aliquis factū quod nō ignorauit futurum: at si mortem in homine nō cogitauit, sibi imposuit. Flet aliquis factum quod aiebat, non posse non fieri. Quisquis aliquem queritur mortuum esse, queritur hominem fuisse. Omnes eadem conditio deuinxit: cui nasci cōtigit, mori restat. Interuallis distinguimur, exitu æquamur. Hoc quod inter primū diem & vltimum iacet, variū & incertum est. Si molestias æstimas, etiam puero longū: si velocitatem, etiam seni angustum. Nihil non lubricum & fallax & omni tempestate mobilius. Epist. 100.

Mortuus, ista hominis natura est, non ęcna. Morieris,

Hæc conditione intraui, vt exirem. Morieris, Gentium ius est, quod acceperis, reddere. Morieris, Peregrinatio est vita. Cùm multum deambulaueris, demùm redeundũ est. Morieris, Putabam te aliquid noui dicere. Ad hoc veni, hoc ago, huc me singuli dies adducunt. Nascenti mihi natura protinus hũc posuit terminum. Quid habeo quod indigner? In hæc verba iuravi. Morieris, stultum est timere, quod vitare non possis. Istud non effugit, etiam qui distulit, Morieris, Nec primus nec vltimus. Multi me antecesserunt, omnes sequentur. Morieris, Hic est humani officij finis. Quis senex exautorari molestè tulit? Quò transit orbis, ego transibo. Quid? Ego nescio, me esse animal rationale mortale? Ad hanc conditionem cuncta gignuntur. Quod cœpit, & desinit. Morieris, Quid graue est, quod semel? Aes alienum, non meum noui. Hoc equidem cum eo creditore contraxi, de quo queri non possum.

Iuuenis morieris, Fortasse alicui malo subducit me fortuna, si nulli alij, certè vel senectuti. Iuuenis morieris, Non refert quot annos habeam, sed quot acceperim: si plus viuere non possum, hæc est senectus mea. Insepultus iacebis, Quid aliud respondeam, quàm illud Maronis, Facilis iactura sepulchri. Si nihil sentio, non pertinet ad me iactura corporis insepulti. Si sentio, omnis sepultura tormentum est. Insepultus iacebis. Cœlo regitur, qui non habet urnam. Quid interest, ignis me an fera cõsumat, an tempus vltima omnium sepultura? Istud non sentienti superuacuum est, sentienti onus. Insepultus iacebis. At tu combustus, at tu obrutus, at tu inclusus, at tu putridus, at tu euisceratus, & constrictus: aut traditus lapidi, quæ te paulatim edat, & exicet. Nulla est sepultura: non sepelimur, sed proicimur. Non sepelieris. Quid inter tutissima trepidas? Ultra pœnarum omnium terminum iste locus est. Vitæ multa debemus, morti nihil. Nõ defunctorum causa, sed viuorum inuenta est sepultura: vt corpora & visu & odore fœda amouerentur: alios terra obruit, alios, flamma consumpsit, alios lapis ad ossa redacturus inclusit. Non defunctis, sed nostris oculis parcimus. Lib. de Remedijs fort.

Oculos perdidit: Quàm multis cupiditatibus via incisa est: quàm multis rebus carebis, quas ne videres,

CONSOLATIO MOESTORVM.

vel eruendi erant. Non intelligis partem innocentiae esse
causam? Huic oculi adulterium monstrant, huic ince-
stum, huic domum quam concupiscant: huic urbem &
mala omnia. Certè iustitiam sunt vitiorum, ducēsque
scelerum.

Amisi liberos. Stultus es, qui defleas casus mortalium.
Quid istud, aut nouum, aut mirum est? Quàm rara est si-
ne isto casu domus. Quid si infelicem voces arborem,
quod stante ipsa, cadunt poma? Et hic tuus fructus est.
Nemo extra ictum vulneris positus est. Ducuntur ex ple-
beia domo immatura funera, ducuntur & ex regia. Non
est idem ordo fati, qui & ætatis. Non quomodo quisque
venit, emittitur. Quid tamen est quo indigneris? Quid
contra expectationem tuam euenit? Periere perituri. Sed
ego illos superstites optabam. Verùm hoc nemo tibi pro-
miserat. Perierunt liberi mei. Habebant illi cuius essent
magis quàm tui: apud te precariò morabantur Educandos
tibi fortuna mandauerat, recipit illos, non abstulit.

Naufragium feci. Cogita, nō quid perdideris, sed quod
euaseris. Nudus exij, Sed existi: Omnia perdidij. Sed pe-
rire potuisti vna cum omnibus. Lib. de Remed; fortuit.

Vxorem bonam amisi. Verum inueneras bonam, an fe-
ceras? Si inueneras, habere adhuc te posse, ex hoc intelli-
gas licet, quod habuisti. Si feceras, benè spera. Res pe-
riit, saluus est artifex. Amisi vxorem bonam. Quid in illa
probabas? Pudicitiam. Quam multæ diu custoditam per-
didere? Vxorem bonam amisi. Non erubescis flere; & in-
tolerabilem vocare iacturam? Cum maritum te cogitaue-
ris, cogita & virum. Amisi vxorem bonam. Soror bona
non potest recuperari, nec mater. Vxor aduentitium bo-
num est, Non est inter illa quæ semel vnicuique cōtin-
gunt. Multos tibi numerare possum, quibus bonam vxo-
rem lugentibus, successit melior. Mors, exilium, luctus,
dolor, non sunt supplicia, sed tributa viuendi. Neminem
illæsum fata transmittunt. Lib. de Remed. Fort.

*Ad Polybiū
consolatoria
de morte fra-
tris.*

Corpora nostra caduca sunt. Quid enim immortalē,
manus mortales fecerint? Septem illa miracula, & si qua
illis mirabilia, sequentium annorum extiuit ambitio,
aliquando solo æquare visentur. Ita est, nihil perpetuū,
pauca diuturna sunt. Aliud alio modo fragile est, iterum
exitus variantur. Cæterum quidquid caput, & desinit.

Mundo

Mundo quidam minantur interitum, & hoc vniuersum, quod omnia diuina humanaque complectitur, si fasputas credere, dies aliquis dissipabit, & in confusionem veterem tenebrarumque demerget. Eat modo aliquis, & singulas compleret animas, Carthaginis, ac Numantiae, Corinthique cinerem, & si quid aliud altius cecidit, lametur: cum etiā hoc quod non habet, quo cadat, sit interiturū. Eat aliquis, & fata tantum aliquādo nefas ausura, sibi non peperisse conqueratur. Quis tam superbæ impotentisque arrogantiae est, vt in hac naturæ necessitate omnia ad eundem finem reuocantis, se vnum ac suos seponi velit? ruinæque etiam ipsi mundo imminenti, aliquam domum subtrahat? Maximum ergo solatium est, cogitare id sibi accidisse, quod ante se passi sunt omnes, omnesque passuri & idcirco mihi videtur rerum natura quod grauissimū fecit, commune fecisse, vt crudelitatem fati consolaretur æqualitas.

Illud te quoque nō minimū adiuuerit, si cogitaueris nihil profuturum dolorem tuū: nec illi quem desideras, nec tibi, nolles enim longum esse, quod irritum est. Nam si quicquam tristitia profecturi sumus, nō recuso quicquid lachrymarum fortunæ meæ superfuit, tuæ affundere. Lib. de Consolatione. cap. 20. & 21.

Parcamus lachrymis nihil proficientibus. Facilius enim nos illis dolor iste aduciet, quam illas à nobis reducet. Qui si nos torquet, non adiuuat, primo quoque tempore deponendus est, & ab inanibus solatiis, ac amara quadā libidine dolendi animus recipiendus est. Nam lachrymis nostris ni ratio finem fecerit, fortuna non faciet. Omnes agedum mortales circumspecte. Larga vbiq̄ue flendi, & asidua materia est. Aliū ad quotidianū opus laboriosa egestas vocat. Aliū ambitio nunquā quieta sollicitat. Alius diuitias quas optauerat, metuit, & voto laborat suo. Aliū sollicitudo, aliū labor torquet aliū, semper vestibulum ob sidens turba. Hic habere se dolet liberos, hic perdidisse. Lachrymæ nobis decerunt, antequam causæ dolendi. Non vides qualem vitam nobis rerum natura promiserit, quæ primū nascentium hominū fletum esse voluit. Hoc principio edimur, huic omnium sequentiū annorum ordo cōsentit: sic vitam agimus: idcircoque moderatè id fieri debet à nobis, quod sæpe faciendum est, & respiciens quā-

Ad eundem.

“
T. VIIA.

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

CONSOLATIO MOESTORVM.

» tum à tergo rerum tuistū immineat, si non finire lachry-
» mas, ac certè rescuare debemus. Nulli parcendum est rei
» magis quàm huic, cuius tam frequens vsus est.

Illud quoque te nō minimū adiuuerit, si cogitaueris, nulli minus gratū esse dolorem tuū, quàm ei, cui præstari videtur. Torqueri ille te aut non vult aut non intelligit: nullaque eius officij ratio est, quod eicui præstatur, si nihil sentit, superuacuum est: si sentit, ingratum. Neminem toto orbe terrarum esse, qui delectetur lachrymis tuis, audacter dixerim. Pietatem tuā tamen nihil æquè à lachrymis tam inutilibus abducat, quàm si cogitaueris fratribus te tuis exemplo esse debere fortiter hanc fortunæ iniuriam sustinendi. Quod duces magni faciunt, rebus afflictis, vt hilaritatem de industria simulent, & aduersas res adumbrata lætitiā abscondant, ne militum animi si fractā ducis sui mentem viderint, & ipsi collabantur: id nunc tibi quoque faciendum est: indue dissimilem animo tuo vultum, & si potes, proice omnem ex toto dolorem: sin minus, introrsus abde, & contine, ne appareat: & da operā vt fratres tui te imitentur: honestum putabunt, quodcunque facientem viderūt, animūque ex vultu tuo sumens, & solatium debes esse illorum & consolator. Non poteris autem horum mœrori obstare, si tuo induleris.

Potest illa res à luctu te prohibere nimio, si tibi ipse rennntiaueris, nihil horum quæ facis, posse subduci. Magnam tibi personam hominum consensus imposuit: hæc tibi tuenda est. Circunstat te omnis ista cōsolantium frequentia, & in animum tuum inquit ac perspicit quantum roboris ille aduersus dolorem habeat, & vtrum ne tantū rebus secundis dexterè vri seias, an & aduersas possis viriliter ferre, obseruantur oculi tui. Liberiora omnia sunt his, quorum affectus regi possunt. Tibi nullum secretum liberum est, in multa luce fortuna te posuit, omnes scient quomodo te in isto tuo gesseris vulnere, vtrum ne statim percussus anima submiseris, an in gradu steteris. Olim te in altiore ordinē & amor Cæsaris extulit, & tua studia deduxerunt: nihil te plebeium decet, nihil humile. Quid autem tam humile ac muliebre est, quàm consumendum se dolori committere? Non idem tibi in luctu pari, quod tuis fratribus licet. Multa tibi nō permittit opinio de studiis ac moribus tuis recepta, multum à te ho-

Simile.

hines exigunt, multum expectant. Si volebas tibi omnia licere, non conuertisses in te ora omnium: nunc autem tibi præstandum est, quantum promisisti omnibus illis, qui opera ingenij tui laudant, qui describunt, quibus cum fortuna tua opus non sit, ingenio opus est. Custodes animi tui sunt. Nihil vnquam ita potes indignum facere perfecti & eruditi vni professione, vt non multos admirationis de te suæ pœniteat. *Et post pauca.* Fruitur nunc frater tuus aperto & libero cœlo, ex humili ac depresso in cū emicuit locū, quisquis ille est, qui solutas vinculis animas beato recipit sinu, & nunc illic libere vagatur, omnia quæ reum naturæ bona cū summa voluptate perspicit. Erras, non perdidit lucem frater tuus, sed securiorem sortitus est. Omnibus illud nobis commune est iter. Quid fata defleamus? non reliquit ille nos, sed antecessit.

Illud quoque (quia iustitia in omnibus rebus est) te adiuuet cogitantē, nō iniuriā tibi factam, quod talē fratrem amisisti, sed beneficiū datū, quod tam diu pietate eius tibi vti fruique licuit. Iniquus est, qui muneris sui arbitrium danti non reliquit. Auidus, qui non lucri loco habet quod accepit: sed damni quod reddidit. Ingratus est, qui iniuriā vocat finē voluptatis. Stultus qui nullū fructū esse putat honorū, nisi præsentium, qui nō & in præteritis acquiescit, & ea iudicat certiora quæ abierunt, quia de illis ne desināt. nō est timendū. Nimis angustat gaudia sua, qui eis tantummodò quæ habet ac videt, frui se putat, & habuisse eadē pro nihilo ducit: citò enim nos omnis voluptas relinquit, quæ fluit, & transit, & penè antequam veniat, auferitur. Itaque in præteritum tempus animus trahendus est, & quicquid nos vnquam delectauit, reducendū ac frequenti cogitationi pertractandum est. Longior fideliorque est memoria voluptatum, quam præsentia. Quod habuisti ergo optimum fratrem, in summis bonis pone. Non est quod cogites quantò diutius habere potueris, sed quandiu habueris. Reum natura illum tibi sicut cæteris fratribus, non mancipio dedit, sed commodauit, cū visum est deinde repetit: nec tuā in eo satietatem secuta est, sed suā legē. Si quis pecuniā creditam soluisse se molestè ferat, eam præsentim cuius vsum gratuitum accepit, nonne iniustus vir habebitur? Dedit natura fratri tuo vitam, dedit & tibi, quæ suo iure vsa, à quo voluit de-

Simile.

CONSOLATIO MŒSTORVM.

bitum suum citius exegit: non illa in culpa est, cuius nota erat conditio, sed mortalis animi spes auida, quæ subinde quid rerum natura sit, obliuiscitur, nec vnquam fortis suæ meminit, nisi cùm admonetur. Gaude itaque habuisse te tam bonum fratrem, & vsum fructum eius, quamuis breuior voto tuo fuerit, boni consule. Cogita incundissimū esse quod habuisti, humanum quod perdidisti. Nec enim quicquam inter se minus consentaneum est, quàm aliquē moueri, quòd sibi talis frater parum diu contigerit: quòd tamen contigerit, non gaudere.

At inopinanti ereptus est. Sua quemque credulitas decipit, & in eis quæ diligit, voluntaria mortalitatis obliuio. Natura nulli se necessitatis suæ gratiam facturam esse, testata est. Quotidie præter oculos nostros transeunt notorum ignotorumque funera: nos tamen aliud agimus, & subitum id putamus esse, quod nobis tota vita denuntiatur futurum. Non est itaque ista fatorum iniquitas, sed mentis humanæ prauitas, quæ indignatur inde se exire, quo admissa est precario. Quantò ille iustior, qui nūtiata filij morte, dignam magno viro vocem emisit. Ego cum genui, tum moriturum sciui. Proxus non mireris ex hoc natum esse, qui fortiter mori posset: non accepit tanquam nouum nuntium filij mortem. Quid est enim noui hominem mori, cuius tota vita nihil aliud, quàm ad mortem iter est? In præcinctu ergo stet animus, & id quod necesse est, nunquam timeat, quod incertum est, semper expectet. Vtium ne stultius sit nescio, mortalitatis legem ignorare, an impudentius recusare.

Ab illis quæ te torquent, ad hæc tot & tanta quæ cōsolantur, conuerte: ac respice optimos fratres, respice vxorem, filiū respice. Pro omnium horum salute, hac tecum portione fortuna decidit. Multos habes in quib⁹ acquiescas. Ab hac te infamia vindica: ne videatur omnibus pl⁹ apud te valere vnus dolor, quàm hæc tam multa solatia.

Omnes istos vna tecum percussos vides. Est autem hoc ipsum solatij loco, inter multos dolorem suum diuidere: qui, quia dispensatur inter plura, exigua debet apud te parte subsidere Lib. de Cōsol. à 23. vsque ad 31. cap.

Non te solùm fortuna desumpsit sibi, quem tam graui afficeret iniuria. Nulla domus in toto orbe terrarū aut est, aut fuit sine aliqua comploratione. Transibo exempla

vulgaria, quæ etiam si minora, tamen mira sunt? Ad fastos te & annales perducam publicos. Vides omnes has imagines quæ impleuerunt Cæsareum atrium: nulla non harum aliquo suorum incommodo insignis est: nemo nõ ex istis in ornamentum sæculorum refulgentibus viris, aut desiderio suorum tortus est, aut à suis cū maximo animi cruciatu desideratus est. Quid tibi referam Scipionem Africanum, cui mors fratris in exilio nunciata est? Is frater qui eripuit fratrem carcere, non potuit eripere fato. Quid referam Fulvianum Scipionem, qui vno penè eodémque tempore spectauit patris triumphum, duorumque fratrum funera: adolescentulus tamen, ac propemodum puer tãto animo tulit illam familiæ suæ super ipsum Pauli triumphum concidentis subitam vastitatem, quanto debuit ferre vir in hoc natus, ne vibi Romanæ aut Scipio deesset, aut Carthago superesset. Quid referam duorum Lucullorum direptam morte concordiam? Quid Pompeios, quibus ne hoc quidẽ sc̄uens reliquit fortuna, vt vna denique cõciderent ruina. Innumerabilia vndique exempla separatõrum morte fratrum succurrunt: imò contra, vix vlla vnquã horum paria cõspecta sunt vnã senescẽtia. Diuus Augustus amisit Octauiam sororem charissimã, & ne ei quidem rerum natura lugendi necessitatem abstulit, cui cœlũ destinauerat: imò verò idem omni genere orbis vexatus, sororis filiũ successioni præparatũ suæ, perdidit. Denique ne singulos eius luctus enumerem, & generos ille amisit, & liberos, & nepotes. Ac nemo magis ex omnibus mortalibus hominẽ esse se, dum inter homines erat, sensit: tamen tot tantosque luctus cepit rerum omnium pacatissimũ eius pectus, victor que Diuus Augustus non gentium tantummodò externarũ, sed etiam dolorum fuit. *Et paucis interiectu sic ait:* Fortuna impotẽs, quales ex humanis malis tibi ipsa ludos facis? Denique idẽ Augustus in charissimi fratris funere sic affectum suũ rexit, vt nec relinqueret quicquam, quod exigi deberet à bono fratre, nec faceret, quod reprehendi posset in principe. Hæc ergo puta tibi parentem publicum referre exempla, eundem ostendere quàm nihil sacrum intactumque sit fortunæ: quæ ex his penaribus ausa est funera ducere, ex quibus erat Deos paritura. Hæc fuit in rebus humanis fortuna, hoc erit, nihil inausum sibi relinquit, nihil intactum relin-

CONSOLATIO MŒSTORVM.

quet. Ibit violentior per omnia, sicut semper est solita, eas quoque domos ausa iniuriæ causa intrare, in quas per templa aditur, & atram laureatis floribus inducere vestem. Discat ab illo clementiam, ac à mitissimo omnium principe mitis fieri. Debes itaque omnes intueri eos, quos paulo antè retuli, aut ascitos cœlo, aut proximos, & ferre æquo animo fortunam ad te quoque porrigentem manus, quas ne ab eis quidem per quos viuimus, abstinet. Lib. de Consolatione ad Polyb. à 31. vsque ad 36. cap.

*Ad Martiã
de morte fili-
ij.*

Ad eundem.

Apertas aures præbe ad nomen memoriãque filij tui, nec hoc graue duxeris cæterorum more, qui in eiusmodi casibus partem mali putant, audire solatia. Nunc incubuisti tota in alteram partem, & oblita meliorem fortunã tuam, quæ deterior est, aspicias. Lib. de Consola. ad Martiã cap. 5.

Non permulceo te, nec extenuo calamitatem tuam. Sæ fletibus fata vincuntur, configamus: eat omnis inter luctus dies: noctem sine somno tristitia consumat: ingerãtur lacerato pectori manus: & in ipsam faciem impetus fiat: atque sese omni genere sæuitiæ, profecturus mœror exerceat. Sed si nullis planctibus defuncta reuocantur, si fors immota & in æternum fixa, nulla miseria mutatur, & mors tenet quicquid abstulit: desinat dolor qui perit. Quare regamus nos, ne ista vis transuersos auferat. Turpis est nauigij rector, cui gubernacula fluctus eripuit: qui fluctuantia vela deseruit, permisit tempestati nauem. At ille vel in naufragio landandus, quem obruit mare clauum tenentem & obnixum.

At enim naturale desiderium suorum est. Quis negat, quã diu modicũ est? nam in discessu non solum amissione charissimorũ necessarius morsus est, & firmissimorũ quoque animorũ cõtractio. Sed plus est, quod opinio adiicit, quàm quod natura imperauit. Aspice mitorũ animalium quàm cõcitata sunt desideria: & tamẽ quã breuia. Vaccarũ vno die alterouè mugitus auditur. Nec diutius equarum vag⁹ ille amẽnque discursus est. Feræ cum vestigia carulorũ cõsectatæ sunt, & sylvas peruagatæ, cum sæpe ad cubilia expilata redeunt, rabiem intra exiguũ tempus extinguunt. Aues cum stridore magno inanes nidos circumfremunt, intra momentum tamen quietæ, volatus suos repetunt. Nec vlli animali longum fortis sui desiderium

est, nisi homini, qui adest dolori suo, nec tantum quantum sentit sed quantum constituit, afficitur.

Vt scias autem, non esse naturale luctibus frangi, primum, magis feminas quam viros, magis barbaros quam placidos eruditæque gentis homines, magis indoctos quam doctos eadem orbitas vulnerat. atqui, ea quæ à natura vim acceperunt, eandem in omnibus seruant. Apparet non esse naturale, quod varium est. Ignis omnes ætates, omnium vrbium ciues, tam viros quam feminas vret: ferrum in omni corpore exhibebit secãdi potentiam. Quare? quia vires illi à natura datæ sunt. Paupertatem, luctum, ambitionem, alius aliter sentit, prout illum consuetudo infecit, & imbecillum impatientemque reddit præsumpta opinio de non timendis terribilibus.

Deinde quod naturale est, non decrescit moia. Dolorem dies longa consumit, licet contumacissimum quotidie insurgentem, & contra remedia efferuescentem: tamen illū, efficacissimum mitigandæ ferociæ tempus, eueuat. Multum autem interest, vtrum tibi permittas inætere, an imperes. Quanto magis hoc morum tuorum elegantia conuenit finem luctus potius facere, quam expectare? nec illū operiri diē quo te inuita dolor desinat: ipsa illi renuntia.

Vnde ergo tanta nobis pertinacia in deploratione nostri, si id non sit naturæ iussu? Quod nihil nobis mali antequam eueniat, proponimus: sed vt immunes ipsi, & aliud & pacatius ingressi iter, alienis non admonemur casibus, illos esse communes. Tot præter domum nostram ducuntur exequiæ, de morte non cogitamus: tot acerba funera: nos togam nostrorum infantium, nos militiam, & paternæ hereditatis successionem animo agitamus. Tot diuitum subita paupertas in oculos incidit, & nobis nunquam in mentem venit, nostras quoque opes equè in lubrico positas. Necessè est itaque magis corruamus, qui quasi ex inopinato ferimus. Quæ multo antè præuisa sunt, languidius incurunt. Vis tu scire, te ad omnes expositam ictus stare, & illa quæ alios tela fixerunt, circa te vibrasse? Si murum aliquem, aut obsessum multo hoste locum, & arduū ascensu, inermis adeas, expecta vulnus, & illa supernè volantia cum sagittis pilisque saxa, puta in tuum librata corpus: & quoties aut ad latus, aut penes teigum ceciderunt, exclama, Non decipies me fortuna, nec securam aut negligem-

Simile.

CONSOLATIO MOESTORVM.

tem opprimes. Scio quid pares: alium quidem percussisti,
 sed me petisti. Quis vnquam res suas quasi perituras aspe-
 xit? Quis vnquam nostrum de exilio, de egestate, de luctu
 cogitare ausus est? Quis non si admoneatur vt cogitet, tan-
 quam dirum omen, respuat, & in capita inimicorum, aut i-
 psius intempestiui monitoris abiie illa iubeat? Non puta-
 ui futurum. Quicquam tu putas non futurum, quod multis
 scis posse fieri, quod multis vides euenisse? Egregium ver-
 sum audi, & dignum qui non esset Publij Syri. Cuius po-
 test accidere, quod cuiquam potest. Ille amisit liberos, &
 tu amittere potes: ille damnatus est, & tua innocentia sub
 ictu est. Aufert vim presentibus malis, qui futura prospe-
 xit. Quicquid est hoc Martia, quod circa nos ex aduenti-
 tio fulget, liberi, honores, opes, ampla atria, & exclusorum
 clientum turba, referta vestibula, clara, nobilis, aut for-
 mosa coniux, ceteraque ex incerta & mobili sorte pendē-
 tia, alieni commodatūque apparatus sunt: nihil horum do-
 no datur, collaticiis, & ad Dominum redituris instrumen-
 tis scēna adornatur. Alia ex his primo die, alia secundo
 referentur, pauca vsque ad finem perseuerabunt. Ita nō est
 quod nos suspiciamus, tanquam inter nostra positi: mutuo
 accepimus. Vsus fructus noster est, cuius tempora ille arbi-
 rei muneris sui, temperat. Nos oportet in promptu habere,
 quæ in certum diem data sunt, & appellatos sine querela
 reddere. Pessimi est debitoris, creditori facere conuitium.
 Omnes ergo nostros, & quos superstites lege nascendi op-
 tamus, & quos precedere iustissimum ipsorum votum est,
 sic amare debemus, tanquam nihil nobis de perpetuitate,
 imò nihil de diurnitate eorum promissum sit. Sæpè ad-
 monendus est animus, amet vt recessura, imò tanquam re-
 cedentia: quicquid à fortuna datum est, tanquam ex tem-
 plò abiturum possideat. Lib. de Consol. ad Martiam, à 6,
 vsque ad 10. cap.

Dolor tuus ô Martia, si modo tibi vlla ratio est, vtrum
 sua spectat incommoda, an eius qui decessit? Vtrum ne a-
 misso filio mouet, quod nullas ex illo voluptates cœpisti,
 an quod maiores, si diu vixisset, percipere potuisti? Si nul-
 las te percepisse dixeris, tolerabilius efficies tormentum
 tuum. Minus enim homines desiderant ea, ex quibus nihil
 gaudij lætitiæque perceperant: si confessa fueris percēpis-
 se magnas voluptates, oportet te non de eo quod detractū

Simile.

est quæri, sed de eo gratias agere quod collegisti. Prouenerunt enim satis magni fructus laborum tuorum ex ipsa educatione: nisi fortè hi qui catulos auésque & frivola animorum oblectamenta, summa diligentia nutiunt fruuntur aliqua voluptate ex visu tactúque, & blâda adulatione mutorum: liberos nutrientibus, non ipsa fructus educatione acquiritur. Licet itaque tibi nihil industria eius contulerit, nihil diligentia custodierit, nihil prudentia quæsierit sua, ipsū quod habuisti, quod amasti, fructus est.

At potuit longior esse maiorque. Melius tamen tecum actum est, quàm si omnino non contigisset. Quoniam si ponatur electio, vtrum satius sit, non diu fœlicem esse, an nunquam: est melius discessura nobis bona, quàm nulla contingere. Circumspice, inquam, omnes: nullam miseram nominabis domum, quæ non inueniat in miseriore solatium. Quid verò nunc te per innumerabilia magnorum virorum exempla ducam, & quæram miseros, quasi non difficilius sit, inuenire felices? Quota quæque domus vsque ad exitum omnibus partibus suis constitit, in qua non aliquid turbatum sit? Lib. de Conso. ad Martiam. c. 12. & 13.

Hæc quidem natura mortalium est, vt nihil magis placeat, quàm quod amissum est. Iniquiores sumus aduersus relicta, creptorum desiderio. Sed si æstimare volueris, quæ tibi valde fortuna etiam cum saeuierit, pepererit, scies te habere plus quàm solatia. Lib. de Consol. ad Martiã. cap. 16.

Quæreris Martia non tam diu vixisse filium tuum, quàm potuisset. Vnde enim scis, an diutius illi expedierit, an illi hac morte consultum sit? Quem inuenire hodie potes, cuius res tã benè posita sit, & fundata, vt nihil illi procedente tempore timendum sit? Labuntur humana ac perfluunt. Nulla pars vitæ nostræ tam obnoxia, aut tenera est, quàm quæ maximè placet. Ideoque felicissimis optanda mors est, quia in tanta inconstantia turbâque rerum, nihil nisi quod præterit, certum est. Quis tibi recepit illud pulcherrimum filij tui corpus in summa pudoris custodia, inter luxuriosæ vrbis oculos cõseruaturum, si potuisset uamortibus euadere, vt ad senectutem formæ ille sum præferret decus. Cogita animi mille labe. Nec enim recta ingenia, qualem in adolescentia spem sui fecerant, vsque in senectutem pertulerunt, sed interuersa plerumque sunt: & seia,

CONSOLATIO MOESTORVM.

eoque foedior luxuria inuasit, & cogit dehonestare speciosa principia aut in popinam ventremque proiectis, summa illis curarum fuit, quod essent, quid biberent. Adhuc incendia, ruinas, naufragia, lacerationes medicorum, ossa viuis legentium, & totas in viscera manus demittentium, & non simplici dolore pudenda curantium. Post haec exilium. Non fuit innocentior filius tuus quam Rutilius, quam Coruncanus, non fuit sapientior quam Socrates, non fuit sanctior quam Cato, qui voluntario vulnere transfixit pectus. Cum ista perspexeris, scies optimè cum his agi, quos natura, (quia illos hoc manebat vitae stipendium) citò in tutum recepit. Libr. de Consolat. ad Martiam. capit. 21. & 22.

Parens tuus Martia in caelum nepotem suum (quamquam illis omnibus omne cognatum est) applicat sibi noua luce gaudentem, & vicinorum syderum meatus docet: nec ex coniecturis, sed omnium ex vero peritus in arcana naturae libens ducitur. Utque ignotarum vibium monstrator hospiti gratus est: ita sciscitanti caelestium causas domesticus interpretis: & in profunda terrarum permittit aciem. Iuuat enim ex alto relictæ respicere. Sic itaque Martia te gere, tanquam sub oculis patris filisque posita, non illorum quos noueras, sed tantò excellentiorum & in summo locatorum, erubescas quicquam humile aut vulgare, & mutatos in melius tuos flere, in aeterna rerum per vasta & libera spatia dimissos. Non illos interfusa maria discludunt, nec altitudo montium, aut imae valles, aut incertarum vada Syrtium: tramites plani, & ex facili mobiles, & expediti, & inuicem peruij sunt, intermixtique syderibus. Puta itaque ex illa arce celesti patrem tuum Martia, & cui tantum apud te autoritatis erat, quantum tibi apud filium tuum, dicere, Cur te filia tam longa tenet aegritudo? Cur in tanta veri ignorantia versaris, ut iniquè actum iudices cum filio tuo, quod viua te domo stante, se ipse ad maiores recepit suos? Nescis quantis fortuna procellis disturbet omnia? quam nullis benignam facilè que se praestiterit: nisi qui minimum cum illa contraxerint? Respice patrem ac auum tuum: ille in alieni percussoris venit arbitrium: ego nihil in me cuiquam permisi & cibo prohibitus, ostendi, quam magno quæ iuuabat animo scripsissem. Cur in domo nostra diuissimè lugetur, qui felicissimè mouetur? Coimus in vnum

omnes, videmusque vos alta nocte circumdari. Nihil apud vos (vt putatis) optabile, nihil excelsum, nihil spléndidum, sed humilia cuncta, & graua. & anxia, & quotam partem luminis nostri cernentia: Quid dicam? nulla hic arma mutuis furere concussibus, nec classes classibus fíangi, nec paricidia, aut fingi, aut cogitari, nec fora litibus strepere dies perpetuos. Hinc omnis xui prospectum, tot secula, tot aetatum contextam seriem, quicquid annorum est, licet, visere, licet surrectura, licet ruitura regna prospicere, & magnarum urbium lapsus, & maris novos cursus. Nam si potest tibi solatio esse desideris tuis commune fatum, nihil quo stat loco, stabit. Omnia sternet abducetque secum ventustas, nec hominibus solum (quota enim ista fortuitæ potentæ portio est?) sed locis, sed regionibus, sed mundi partibus ludet, tot supprimet montes, & alibi rupes in altum nouas exprimet, maria sorbebit, flumina auertet, & commercio gentium rupto, societatem generis humani cœtulque dissoluet. Alibi hiatribus vastis subducet vires, tremoribus quatiet, & ex infimo pestilentie halitus mittet, & inundationibus quicquid habitatur, obducat. Necabitque omne animal orbe submerso, & ignibus vastis torrebit incendetque mortalia. Et cum tempus aduenit, quo se mundus renouatus extinguat, viribus ista se suis cadent, & sidera syderibus incipient, & omni flagrante materia, vno igne quicquid nunc ex disposito lucet, ardebit. *Sentit mū lū incendio absumendum: quod fides filium tuum Martia, qui ista iam nouit. Li. de Consola. ad Martiam. cap. 20. & 26.*

Sciebam dolori tuo occurrendum non esse, ne ipsum ipsa solatia irritarent & accenderent. Nam in morbis quoque nihil est magis periculosum, quam immatura medicina. Expectabam itaque, dum vires suas frangeret, & ad sustinenda remedia mora mitigatus, tangi se ac tractari pateretur. *Al Albinam matrem consolatoris. Simile.* Lib. de Consolatio ad Albinam. cap. 1.

Tyrones leuiter saucij, tamen vociferantur, & manus, medicorum magis quam ferum horrent. At veterani, quauis confossi, patienter ac sine gemitu, velut aliena corpora excoriari patiuntur: ita tu nunc debes te fortiter præbere curationi. Lamentationes quidem & euulatus, per quæ ferè muliebris dolor tumultuatur, amoue. Perdidisti enim tot mala, si nondum misera esse didicisti. *Lib. de Consolat. ad Albinam. cap. 3.*

ADMONITIO SIVE
Dolor decrefcit, vbi quò crefcat non habet. Ex Pub. Mi.

Admonitio fivè Caftigatio.

Quid ergo? num aliquando caftigatio neceffaria eft?
Quid nū? Sed hæc fyncera cum ratione: non enim
nocet, fed medetur fpecie nocendi. Quemadm o-
dum quædam haftilia detorta, vt corrigamus, adurimus,
& adactis cuneis, non vt frangamus, fed vt explicemus, e-
lidimus: fic ingenia vitio prava, dolore corporis animique
corrigimus. Nempe medicus primò in leuibus vitiis tenta-
tat non multum ex quotidiana confuetudine inflectere, &
cibus, portionibus, exercitationibus ordinem ponere, ac va-
letudinem tantum mutata vitæ difpofitione firmare: pro-
ximum eft, vt modus proficiat: fi modus & ordo non pro-
ficit, fubducit aliqua & circuncidit: fi ne adhuc quidem
respondet, intercudit cibus, & abftinentia corpus exone-
rat. Si frustra molliora cefferunt, ferit venam, membriisque
(fi adhærentia nocent, & morbum diffundunt) manus af-
fert, nec vlla dura videtur curatio, cuius eft falutaris effe-
ctus. Ita legum præfidem, ciuitatisque rectorem decet
(quandiu poteft) verbis & his mollibus ingenia curare:
vt facienda fua deat, cupiditatemque honefti & æqui con-
ciliet animis, faciâtque vitiorum odium, pretium virtu-
tis: tranfeat de inde ad triftiorem curationem: qua moneat
adhuc & exprobrat, nouiffimè ad pœnas, & has adhuc le-
ues, & reuocabiles decurrat. Vltima fupplicia fccleribus
vltimis ponat, vt nemo pereat, nifi quem peire, etiam
pereuntis interfat. Hoc vno medentibus erit difsimilis,
quod illi quibus vitam non potuerunt largiri, facilem
exitum præftant: hic damnato cum dedecore & tradu-
ctione vitam exigit: non, quia delectetur vllius pœna
(procul eft enim à fapiente tam inhumana feritas) fed vt
documentum omnium fit: & qui alicui noluerunt pro-
deffe, morte certè eorum Respublica vitur. Lib. I. de
Ira cap. 4. & 5.

Corrigendus eft qui peccat, & admonitione, & vi, &
molliter, & afperè, meliôrque tam fibi quàm aliis facien-
dus, non fine caftigatione, fed fine ira. Quis enim cui me-
detur, irafcitur? At corrigi nequeunt, nihilque in illis len-
ti, aut fpei bonæ capax eft. Tollantur è cœtu mortalium,
& quo vno modo poffunt, definant effe mali: fed hoc fine

Simile.

Simile.

T. Index.

odio. Quid enim est cur oderim tum maxime prorsum, cum illum sibi eripio? Num quis membra sua odit, tunc cum abscindit? Non est illa ira, sed misera curatio. Nihil minus quam irasci punientem decet: cum eo magis ad emendationem poena proficiat, si iudicio lata est. Inde est, quod Sociates seruo ait. Caderem te, nisi irascerer. Admonitionem serui in tempus sanius distulit, illo tempore se admonuit. Cuius erit temperatus affectus, cum Socrates non sit ausus se iræ committere? Ergo ad coercionem errantium sceleratorumque, irato castigatore non opus est. Nam cum ira delictum animi sit, non oportet peccata corrigere, sed peccantem. Lib. 1. de Ira. c. 14. & 15.

Incipit ira magno impetu, deinde desinit ante tempus *T. Aff. Etia*
 fatigata, & quæ nihil aliud quam crudelitatem, ac noua *breui.*
 genera poenarum versauerat, cum animaduertendum est,
 ira iam fracta leuisque est. Affectus citò cadit, æqualis est
 ratio. Cæterum etiam vbi perseuerauerit ira, nõnquam
 si plures sunt qui perire meruerunt, post duorum triumue *T. Ira.*
 sanguinem, occidere desinit. Primi eius ictus acres sunt, *Simile.*
 sicut serpentum venena à cubili repentium, nocent: inno-
 xi j dentes sunt, cum illos frequens morsus exhaust. Ergo
 non paria patiuntur, qui paria commiserant: & sæpe qui
 minus commisit, plus patitur: quia recentiori iræ obiectus
 est, & in totum inæqualis est, modò vltra quàm oportet;
 excurrit: modò citius debito resistit. Ratio id iudicari
 vult, quod æquum est: ira id æquum videri vult, quod iu-
 dicauit. Ratio nihil præter ipsum de quo agitur, spectat:
 ira vanis & extra causam obuersantibus commouetur. Sæ-
 pe infesta patrono, reum damnat: etiamsi ingeritur oculis
 veritas, amat, & tuetur errorem, coargui non vult, & in
 malè ceptis honestior illi pertinacia videtur, quàm pœ-
 nitentia. Lib. 1. de Ira. cap. 16.

Nunquam committet virtus, vt vitia dum compefcuit,
 imitetur ipsa. Iram castigandam habet, quæ nihilo me-
 lior est, læpe etiam peior his delictis quibus irascitur.
 Lib. 2. de Ira. cap. 6.

Sapiens multa remittet, multos parum sani, sed sanabi-
 lis ingenij seruabit: agricolas bonos imitabitur, qui non
 tantum rectas procerasque arbores colunt, sed illis quo- *Simile.*
 que quas aliqua deprauauit causa, adminicula quibus
 regantur, applicant: alias circuncidunt, ne proceritatem

I N V I D I A.

râmi premant: quasdam infirmas vitio loci, nutriunt: quibusdam in aliena vmbra laborantibus, cœlum aperiunt. Videbit quod ingenium qua ratione tractandum sit: quomodò in rectum praua flectantur. Libro 2. de Clem. capite vlt.

Scias licet ea demùm fulmina esse iustissima, quæ etiam percussi colunt. Ad Poly. cons. c 33

Amici vitia si feras facis tua. Ex Publ. Mi.

Crudelis in re aduersa est obiurgatio. Ex eod.

Damnare est obiurgare, cum auxilio est opus. Ex eod.

Nunquam scelus scelere vindicandum est. Ex eodem.

Obiurgationi semper aliquid blandi admisce. Ex eodem.

Omni rei moderatio est adhibenda: quæ sanabilia ingenia distinguere à deploratis sciat. Ex eod.

Pertuise est, quod obiicitur, in obiiciente cognosci. Ex eodem.

Res optima est, non sceleratos extirpare, sed scelera. Ex eodem.

Senerissimè nos aduersum peccantes gerimus, & ipsi eadem committimus. Ex eodem.

Vide si adhuc malus es, similibus parce. Verum si esse desisti, quare aliis locum emendationis abscindas? Ex eodem.

Inuidia.

OMnibus his vehementius, & importunius malum est inuidia: quæ nos inquietat, dum comparat. Hoc mihi præstitit sed illi plus, sed illi maturius. Lib. 2. de Ben. capit. 27.

Inuidiam ferre aut fortis aut fœlix potest. Ex Pub. Mi.

Inuidia tacitè, sed minutè nascitur. Ex eodem.

Inuidia loquitur, non quod est, sed quod subest. Ex eodem.

Imbecillos oculos esse, qui ad alienam lippitudinem suffunduntur. Ex eodem.

Si nullos inimicos tibi parit iniuria, multos tamen inuidia. Ex eodem.

Si non inuideas, maior eris: nam qui inuidet, minor est. Ex eodem.

Iners otium: contraque moderata vel immoderata occupatio.

EX consuetudine mea cum iter facerem, circumspicere cœpi an aliquid, illic inuenirem, quod mihi bono posset esse, & direxi oculos in villam, quæ aliquando fuit Vacix. In hac ille prætorius diues nulla alia re quàm otio natus, consenuit, & ob hoc vnum fœlix habebatur. Nam quoties aliquos amicitia. Asinij Galli, quoties Scia-ri odium, deinde amor merferat (æquè enim offendisse illum, atque amasse periculosum fuit) exclamabant omnes, O Vacia, solus seis viuere. At ille latere sciebant, non viuere. Multum autem interest, vtrum vita tua otiosa sit, an ignaua. Nunquam aliter hanc villam Vacia viuo præteribam, quàm vt dicerem. Vacia hic situs est. Epist. 56.

*Philosophan-
dam ubique.*

Otium sine literis mors est, & hominis viui sepultura. Epist. 83.

Sunt qui otium pati non possunt: nam si quando illos deserunt occupationes, in otio relictæ æstuant, nec quomodo id disponant, aut extrahant, sciunt. Itaque ad occupationem aliquam tendunt, & quod interioret omne tempus, graue est: tam mehercules quàm cum dies muneris gladiatorij edictus est, aut alicuius alterius vel spectaculi, vel voluptatis expectato constituto, transire medios dies volunt. Omnis illis speratæ rei dilatio longa est. Aliunde enim aliò transfugiunt: & consistere in vna cupiditate nõ possunt: non sunt illi longi dies, sed inuisi. *Et infra* Excerpe itaque te vulgo Pauline charissime, & in tranquilliorum portum, non pro ætatis spatio iactatus, tãdem recede. Cogita quot fluctus subieris, quot tempestates partim priuatas sustinueris, partim publicas in te conuertes. Maior pars ætatis, certè melior Reip data sit. Aliquid temporis tui sume etiam tibi. Nec te ad segnem, aut inertem quietem voco, non vt somno, & carnis turpibus voluptatibus quicquid est in te indolis viuæ demergas. Nõ est istud acquiescere. Inuenies maiora omnibus adhuc strenuè tractatis operibus, quæ repositus & securus agites. Mihi crede, satius est, vitæ suæ rationem; quàm frumenti publici nosse. Istum animi vigorem rerum maximarum capacissimum, à ministerio honorifico quidem, sed parum ad beatam vitam apto, ad te reuoca: & cogita non id

Simile.

T. Quies.

*Otium salu-
tare.*

Simile.

egisse te ab ætate prima omni cultu studiorum liberaliſſi,
 vt tibi multa millia frumenti cõmitterentur, maius quid-
 dam & altius de te promiſeras. Non decerunt & frugalita-
 tis exacte homines, & laborioſæ operæ. Tantò aptiora ex-
 portandis oneribus tarda iumenta ſunt, quàm nobiles e-
 qui: quorum generoſam pernicitatem quis vnquam ſarci-
 na preſſit? Cogita præterea quantæ ſolicitudinis ſit ad tan-
 tam te molem obicere: cum ventre humano tibi nego-
 tium eſt. Nec rationem patitur, nec equitate mitigatur,
 nec vlla prece ſectitur populus eſuriens. *Et infra.* Omniũ
 quidem occupatorum conditio miſera eſt, eorum tamen
 miſerima, qui ne ſuis quidem occupationibus laborant:
 ad alienum dormiunt ſomnum, ad alienum ambulat gra-
 dum, ab alienum comedunt appetitum: amare & odiſſe,
 res omnium liberiſſimas, iubentur. Hi, ſi velint ſcire, quàm
 breuis ipſorũ vita ſit, cogitent, ex quota parte ſua ſit. Lib.
 de breuitate vitæ. à. 16. vſque ad 19. cap.

Præterite quod mihi occurrit exemplum non poſſum.
 Turianus fuit exacte diligentie ſenex, qui poſt annum
 nonageſimum, cum vacationem procurationis à C. Cæſa-
 re vltro accepiffet, componi ſe in lecto, & velut exanimem
 à circumſtante familia plangi iuſſit. Lugebat domus o-
 tium Domini ſenis, nec finiuit ante triftitiam, quàm la-
 bor illi ſuis reſtitutus eſt. Adeò ne iuuat occupatum mo-
 ri: Idem plerique animus eſt, diutius cupiditas illis labo-
 ris, quàm facultas eſt: cum imbecillitate corporis pugnat,
 ſenectutem ipſam nullo alio nomine grauem iudicant,
 quàm quòd illos ſeponit. Lex à quinquageſimo anno mi-
 litem non cogit, à ſexageſimo ſenatorem non citat. Diffi-
 cilius homines à ſe otium impetrant, quàm à lege. Inte-
 rim dum rapiuntur, & rapiunt, dum alter alterius quietem
 rumpit, dum mutuò ſunt miſeri, vita eſt ſine fructu, ſine
 voluptate, ſine vilo profectu animi: nemo in conſpicio
 mortem habet, nemo non procul ſpes intendit. Quidam
 verò diſponunt etiam illa quæ vltima vitam ſunt, moles
 magnas ſepulchrorum, & operum publicorum dedicatio-
 nes, & ad iogum muneria, & ambitioſas exequias. Lib. de
 breuit. vitæ. cap. 20.

Si potes, ſubduc te iſtis occupationibus ſin minus ci-
 pe. Satis multum temporis ſparſimus, incipiamus in ſene-
 ctute vaſa colligere. Nunquid inuidioſum eſt: in freto

vixi.

viximus, moriamur in portu. Epist. 19.

Facile est autem mi Lucili occupationes evadere, si occupationum præmia contempseris. Illa sunt quæ nos morantur & detinent. Quid ergo? Tam magnas spes relinquam? ab ipsa messe discedam? nudum erit latus? incomitata lectica? atrium vacuum? Ab his ergo inuiti homines recedunt, & mercedem miseriarum amant, ipsas execrantur. Sic de ambitione, quomodo de amica queruntur. Et si verum affectum eorum inspicias, non oderunt, sed litigant. Excute istos qui quæ cupiere, deplorant: & de earum rerum loquuntur fuga, quibus carere non possunt. Videbis voluntariam esse illis in eo moram, quod ægrè ferre ipsos & miserè loquuntur. Epist. 22.

Nunquam nobis non succedent occupationes novæ, ferimus illas: itaque ex vna exeunt plures, deinde ipsi nobis dilationem damus Epist. 73.

Non debemus occupationibus indulgere: excludendæ sunt si semel intraverint, in locum suum alias substituent. Principiis illarum obstemus: melius non incipient, quam desinent. Vbi sup.

In immensum proderit nobis illud Democriti salutare præceptum, quo monstratur tranquillitas, si nec privatum nec publicè multa, aut maiora viribus nostris egerimus. Nunquam tam foeliciter in multa discutrenti negotia dies transit, ut non aut ex homine, aut ex re offensa nascatur, quæ animum in iras paret. Quemadmodam per frequentia vrbis loca properanti, in multos incurritandus est, & alicubi labi necesse est, alicubi retineri, alicubi respargi: ita in hoc vitæ actu dissipato & vago, multa impedimenta, multæ querelæ incidunt. Alius spem nostram fecellit, alius distulit, alius interceptit. Nō ex destinato proposito fluxerunt. Nulli fortuna tam dedita est, ut multa tentanti vbiq; respondeat. Sequitur ergo, ut is cui contra quam proposuerat, aliqua cesserunt, impariens hominum rerumque sit & leuissimis causis irascatur: nunc personæ, nunc negotio, nunc loco, nunc fortunæ, nunc sibi. Itaque ut quietus possit esse animus, non est iactandus, nec multarum, ut dixi, rerum actu fatigandus, nec magnarum, supraque vires appetitarum. Facile est leuia aptare cervicibus, & in hanc aut in illam partem transferre sine lapsu. At, quæ alienis in nos manibus imposita ægrè sustinemus,

T. Felicitas

falsa.

“

Simile.

“

“

“

“

Ti. Tran-

quillus.

“

“

“

“

Simile.

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

INERS OTIVM, OCCVPATVO.

victi in proximos effundimus: & dum stamus sub sarcina, impares oneri vacillamus. Idem accidere in rebus civilibus ac domesticis scias. Negotia expedita & habilia sequuntur actorem: ingentia & supra mensuram agentis, nec dant se facile, & si occupata sunt, premunt atque abducunt administrantem. Itaque fit, ut frequenter irrita sit eius voluntas, qui non quae facilia sunt, aggreditur: sed vult facilia esse, quae aggressus est. Quoties aliquid conaberis, te simul & ea quae paras, quibusque pararis, ipse metire. Faciet enim te asperam poenitentia operis infecti. Hic interest, utrum quis feruidi sit ingenij, an frigidi, aut humilis. Generoso repulsa iram exprimet, languido inerti que tristitiam. Ergo actiones nostrae nec parvae sint, nec audaces, nec improbae. In vicinum spes exeat. Nihil conemur, quod mox adepti, successisse miremur. Demus operam ne accipiamus iniuriam, quam ferre nescimus. Lib. 3. de Ira. c. 6. & 7.

Arcum intesio frangit, animum remissio. Ex Publ. Mim.

Sunt quorum corpus innoxium est, & in mille facinorum furias mens otiosa discurret. Ex eod.

Exemplum virtutis: quod & aliis praeberet,

& in aliis imitari debemus.

Paulo ante Demetrium retuli, quem mihi videtur rerum natura nostris tulisse temporibus, ut ostenderet nec illum a nobis corrumpi, nec nos ab illo corripiri posse. Virum exactae, (licet neget ipse) sapientiae, firmaeque in iis quae proposuit constantiae. Eloquentiae quoque eius, quae res fortissimas deceat, non concinnatae, nec in verba sollicitae, sed ingenti animo, prout impetus tulit, res suas prosequentis. Huic non dubito quin providentia & talem vitam, & talem dicendi facultatem dederit: ne aut exemplum saeculo nostro, aut conuitium deesset. Lib. 7. de Bene. cap. 8.

T. Providentia.

Aliquis vir bonus nobis eligendus est, ac semper ante oculos habendus, ut sic tanquam illo spectante viamur, & omnia tanquam illo videte faciamus. Hoc mihi Lucili Epicurus precepit, custodem nobis & paedagogum dedit: nec immerito. Magna pars peccatorum tollitur, si peccatoris testis assistat. Aliquem habeat animus, quem veteratur, cuius autoritate etiam secretum suum sanctius faciat.

O *foelicem illum, qui non actus tantum, sed etiam cogitatus emendat. O foelicem, qui sic aliquem vereri potest, ut ad memoriam quoque eius se componat; atque ordinet. Qui sic aliquem vereri potest, citò erit verendus. Elige itaque Catonem, si hic videtur tibi nimis rigidus, elige remissioris animi virum Lælium, elige eum cuius tibi placuit & vita, & oratio: & ipsius animum ante te ferens, & vultum illum semper tibi ostende, vel custodem, vel exemplum. Opus est, inquam, aliquo, ad quem mores nostri se ipsi erigant. Nisi ad regulam, prava non corriges.* Epist. 11.

Cogita quantum nobis exempla bona prosint: scies magnorum virorum non minus memoriam, quam præsentiam esse utilem. Epist. 103.

Quid est cur hominem ad tam infœlicia brutorum exempla reuoces, cum habeas mundum, Deumque, quæ ex omnibus animalibus ut solus imiteretur, solus intelligit? Lib. 2. de Ira. c. 16.

Ut salutaria (quæ citra gustum tactumque odore proficiunt) ita virtus, utilitatè etiam ex longinquo & latè fundit, siue expariatur & vitur suo iure, siue precarios habet accessus, cogiturque vela contrahere, siue otiosa mutaque est, & angusto circumscripta, siue ad aperta: in quodcunque habitu est, prodest. Quid? tu parum utile putas exemplum bene quiescentis? Lib. 1. de Tranquil. vit. c. 3. 11.

Inferior horret, quidquid peccat superior. Ex Publ. Mi.

T. Tranquilli-
sas.

Fama, Infamia.

Vllum suppliciũ grauius existimas publico odio? Lib. 3. de Bene. cap. 17.

Opinionem quidem & famam eo loco habeamus, tanquam, quæ non ducere, sed sequi debeat. Lib. 6. de Bene. cap. 43.

Conscientiæ satisfaciamus, nihil in famam laboremus, sequatur vel mala, dum benè merearis. Lib. 3. de Ira. c. 42.

Damnum appellandum est cum mala fama lucrum. Ex Publ. Mi.

Honestus rumor, alterum patrimoniũ est. Ex eodem.

Quis sis interest, non quis habeatis. Ex eod.

Indicium temerarium.

PRUDENTIA.

AD pœnitendum properat, citò qui iudicat. Ex Publ. Mim.

Ad tristem partem strenua suspicio. Ex eodem.

Prudentia.

Ti. Vulgus.

PAuci sunt. qui consilio se, suâque disponant, ceterorum more qui fluminibus innatant, non cunt, sed feruntur. Epist. 23.

Si vis tibi omnia subicere, te subice rationi: multos reges, si te ratio rexerit. Epist. 37.

Ti. AEstimatio rerum.

Socrates, qui totam philosophiam renocavit ad mores, hanc summam dixit esse sapientiam: bona malâque distinguere. Epist. 72.

Simile.

Magno animo de rebus magnis iudicandû est. Vbi super Rex noster est animus: hoc incolumi, cætera manent in officio, parent, & obtemperant. Cùm ille paulum vacillavit, simul mutant. Cùm vero cessit voluptati, artes quoque eius, actusque marcent, & omnis ex languido conatus est. Quoniam hac similitudine usus sum, perseverabo: Animus noster modò rex est, modò tyrannus. Rex cùm honesta intuetur, salutem sibi commissi corporis curat, & nihil impetat turpe, nihil sordidum. Vbi verò impotens, cupidus, delicatus est, transit in nomen detestabile ac dirum, & fit tyrannus. Tunc illum excipiunt affectus impotentes, infestantque. Epist. 115.

Simile.

Inspicere autem debemus primùm nosmetipsos, deinde quæ aggredimur negotia, deinde eos quorum causa, aut cunctis quibus agendum est. Ante omnia necesse est, seipsum æstimare. Quia ferè plus nobis videmur posse, quàm possumus. Alius eloquentiæ fiducia prolabitur, alius patrimonio suo plus imperavit, quàm ferre posset: alius infirmum corpus laborioso pressit officio. Quorundam parum idonea est verecundia rebus civilibus & quæ firmam frontem desiderant: quorundam contumacia non facit ad aulam. Quidam non habent iram in potestate, & illos ad temeraria verba quælibet indignatio effert. Quidam urbanitatem nesciunt continere, nec periculosus abstinent salibus. Omnibus his vtilior negotio quies est. Ferox impatiensque natura irritamenta nascituræ libertatis euitet. AEstimanda sunt deinde ipsa quæ aggredimur, & vires nostras cum rebus quæ tentaturi sumus, comparandæ. Debet enim sem-

T. Cognitio sui.

„ sumus. Alius eloquentiæ fiducia prolabitur, alius patrimonio suo plus imperavit, quàm ferre posset: alius infirmum corpus laborioso pressit officio. Quorundam parum idonea est verecundia rebus civilibus & quæ firmam frontem desiderant: quorundam contumacia non facit ad aulam. Quidam non habent iram in potestate, & illos ad temeraria verba quælibet indignatio effert. Quidam urbanitatem nesciunt continere, nec periculosus abstinent salibus. Omnibus his vtilior negotio quies est. Ferox impatiensque natura irritamenta nascituræ libertatis euitet. AEstimanda sunt deinde ipsa quæ aggredimur, & vires nostras cum rebus quæ tentaturi sumus, comparandæ. Debet enim sem-

T. Verecundia

„ desiderant: quorundam contumacia non facit ad aulam. Quidam non habent iram in potestate, & illos ad temeraria verba quælibet indignatio effert. Quidam urbanitatem nesciunt continere, nec periculosus abstinent salibus. Omnibus his vtilior negotio quies est. Ferox impatiensque natura irritamenta nascituræ libertatis euitet. AEstimanda sunt deinde ipsa quæ aggredimur, & vires nostras cum rebus quæ tentaturi sumus, comparandæ. Debet enim sem-

T. Occupationis moderatio.

„ natura irritamenta nascituræ libertatis euitet. AEstimanda sunt deinde ipsa quæ aggredimur, & vires nostras cum rebus quæ tentaturi sumus, comparandæ. Debet enim sem-

per plus esse viriū in actore, quā in pondere. Necessē est
 vt opprimant onera, quæ ferente maiora sunt. Quædam
 præterea non tam magna sunt negotia, quā fœcūda, mul-
 tūmque negotiorum ferunt. Et hæc fugienda sunt: ex qui-
 bus noua occupatio multiplēxque nascetur. Nec acceden-
 dum eò, vnde liber regressus non sit. His admouenda ma-
 nus est, quorū finem aut facere, aut sperare possis. Certè re-
 linquenda quæ latius actu procedūt, nec vbi proposueris,
 desinunt. Hominum quoque delectus habendus est, an di-
 gni sint, quibus partē vitæ nostræ impendamus, an ad illos
 temporis nostri iactura perueniat. Quidam vltro officia
 nostra nobis imputāt. Athenodorus ait, ne ad cœnam qui-
 dem se iturum ad eū qui sibi nihil pro hoc debiturus sit.
 Puto intelligis multo minus ad eos iturum, qui cum ami-
 corum officiis paria in mensa faciunt, qui fercula pro con-
 giariis numerant: quasi in alienum honorem intemperan-
 tes sint: deinde illi sint testes spectatoresque. Consideran-
 dū est, vtrum natura tua agendis rebus, an otio, studio, cō-
 templationisque aptior sit, & eò inclinandum, quò te vis
 ingenij defert. Isocrates Ephorū iniecta manu à foro sub-
 duxit, vtiliorem componēdis monimētis historiarū ratus.
 Malè enim respondent coacta ingenia: reluctante natura,
 irritus labor est. Lib. 1. de Tranq. vit. cap. 4. 5. & 6.

Bonum est, fugienda aspicere in alieno malo. Ex
 Publ. Mi.

Diu apparandum est bellum, vt vincas celerius. Ex
 eodem.

Ex vitio alterius, sapiens emendat suum. Ex eod.

Etiā capillus vnus habet vmbra suam. Ex eod.

T. Timor.

Inimicum quāuis humilem, docti est metuere. Ex
 eodem.

T. Timor.

Malè geritur, quicquid geritur fortunæ fide. Ex eod.

Non citò perit ruina, qui ruinam timet. Ex eodem.

T. Timor.

Nunquam periculum sine periculo vincitur. Ex eod.

Neminem citò accusaueris: Neminem citò laudaueris. Ex eodem.

Discipulus est prioris posterior dies. Ex eod.

Gravius nocet, quodcunque inexpertum accidit. Ex
 eodem.

Honestè seruit, qui succumbit temporis. Ex eodem.

Imprudentia. Ignorantia.

INter insaniam publicam & hanc quæ medicis traditur, nihil interest, nisi quod hæc morbo laborat, illa opinio- nibus falsis. Altera causas furoris traxit ex valetudine, al- tera animi mala valetudo est. Hæc ab Aristone dicuntur. Epist. 95.

Dimissum quod nescitur, non amittitur. Ex Publ. Mi.

Tolerabilior pœna non posse viuere, quàm nescire. Ex eodem.

Consilium.

T. Vita.

IDeo peccamus, quia de partibus vitæ omnes delibera- mus, de tota nemo deliberat. Scire debet quid perat ille, qui sagittam vult mittere, & tunc dirigere & moderari manu telum. Errant consilia nostra: quia non habent quò dirigantur Ignoranti quem portum perat, nullus suus ven- tus est. Necessè est multum in vita nostra casus possit, quia viuimus casu. Epist. 72.

Simile.

Simile.

T. Timor.

Aiunt homines plus in alieno negotio videre, quàm in suo. Hoc illis euenit, quos amor sui exæcat, quibusque aspectum vtilitatis timor, in periculis excutit. Incipiet sa- pere securior, & extra metum positus. Epist. 110.

Consilio melius vincas quàm iracundia. Ex Pub. Mi.

Deliberare vtilia, mora est tutissima. Ex eod.

Deliberandum est diu, quod statuendum est semel. Ex eodem.

T. Bellum.

Ducis in consilio posita est virtus militum. Ex eod.

Mora omnis odio est, sed facit sapientiam. Ex eod.

Malo in consilio fœminæ vincunt viros. Ex eod.

Fortuna nulli plus quàm consilium valet. Ex eod.

De Iusta rerum estimatione.

IN superuacuum præcepta iactabimus, nisi illud præ- cesserit, qualem de quaque re habere debeamus opinio- nem, de paupertate, de diuitiis, de gloria, de ignominia, de patria, de exilio. A Estimemus singula fama remota, & quæramus quid sint, non quid vocentur. *Et mox.* Actio recta nõ erit, nisi recta fuerit volũtas. Ab hac enim est actio. Rur- sus voluntas non erit recta, nisi habitus animi rectus fue- rit. Ab hoc enim est voluntas. Habitus porrò animi, non

est in optimo, nisi totius vitæ leges perceperit, & quid de quoque iudicandum sit exegerit, nisi res ad verum redegerit. Non cōtingit tranquillitas, nisi immutabile certumque iudicium adeptis. Epist. 96.

T. Tranquillitas.

Quemadmodum stultus est, qui equum empturus, non ipsum inspicit: sed stratum eius ac frenos: sic stultissimus est, qui hominem aut ex veste, aut ex conditione, quæ vestis modo nobis circumdata est, æstimat. Epist. 47.

Iustitia. Iniustitia.

Fabricius Pyrrhi regis aurum repulit, maiusque regno iudicavit, regias opes posse contemnere. Idem medico Pyrrhi promittente venenum se regi daturum, monuit Pyrrhum, caueret insidias: Eiusdem animi fuit, auro non vinci, veneno non vincere. Admirati sumus ingentem virum: quem non regis, non contra regem promissa flexissent, boni exempli tenacem: quod difficillimum est, in bello innocentem: qui aliquod esse crederet etiam in hostes nefas: qui in summa paupertate, qua sibi decus fecerat, non aliter refugit diuitias, quam venenum. Vive, inquit, beneficio meo Pyrrhe, & gaude, quod adhuc doleras, Fabricium non posse corrumpi. Epist. 121.

Tam omnibus ignoscere crudelitas est, quam nulli. Modum tenere debemus: Sed quia difficile est temperamentum, quicquid æquo plus futurum est, in partem humaniorem præponderet. Lib. 1. de Clem. cap. 2.

Mala exempla recidunt in autores: nec vlla miseratio contingit his quum patiuntur iniurias, quas posse fieri, faciendo docuerunt, Epist. 82.

Præstabis parentibus pietatem, cognatis dilectionem. Præstabis amicis fidem, omnibus æquitatem. Pacem cum omnibus habebis, bellum cum vitis. Ex Publ. Mi.

Crudelitas.

HAnnibalem, aiunt, dixisse cum fossam sanguine humano plenam vidisset: O formosum spectaculum. Quid mirum si hoc maximè spectaculo caperis, innatus sanguini, & ab infante cædibus admotus? Volesus nuper sub duobus Augusto proconsul Asiæ cum 300. vna die securi percussisset, incedens intra cadavera vultu

superbo, quasi magnificum quiddam conspiciendum-
que fecisset; Græcè proclamauit. O rem egregiam.
Quid hic rex fecisset? Non fuit hæc ira, sed maius malum,
& insanabile. Lib. 2. de Ira. cap. 5.

T. Ira.

Respue crudelitatem, & matrem crudelitatis iram. Ex
Publ. Mi.

*Detraçtio, maledicentia, eiusdemque
contemptus.*

Eleganter Demetrius noster solet dicere, eodem loco
sibi esse voces imperitorum; quo ventre redditos cre-
pitus. Quid enim, inquit, mea refert, sursum isti an deor-
sum sonent? Quanta dementia est veteri ne infameris ab
infamibus? Epist. 92.

Vulgus.

T. Infamia.

Malè de te opinantur homines, Sed mali. Moueret, si
malè de me M. Cato; si Lælius sapiens; si aliter Cato, si
duo Scipiones ista loquerentur. Nunc malis displicere,
laudari est. Non potest vllam autoritatem habere senten-
tia, vbi qui damnandus est, damnat. Malè de te loquuntur.
Moueret, si iudicio hoc facerent: nunc morbo faciunt. Nō
de me loquuntur; sed de se. Malè de te loquuntur. Benè
nesciunt loqui: faciunt, non quod mereor, sed quod solèt.

Simile.

Quibusdam enim canibus sic innatum est, vt non pro
feritate, sed pro consuetudine latent. Lib. de Remed.
Fortuit.

Quare (detraçtor ait) hic philosophus laxius habitat?
Quare hic lautius cœnat? Papulas obseruatis alienas, ob-
siti plurimis vlceribus. Hoc tale est, quale si quis pulcher-
rimorū corporum nauos, aut verrucas derideat, quæ vera
scabies depascitur. O vos fœlices, cū primum imitari vi-
tia nostra contigerit. Quin potius mala vestra cōspicitis,
quæ vos ab omni parte cōfodiunt, alia grassantia extrin-
secus, alia in visceribus ipsis ardentia? Non eo loco res hu-
manæ sunt (etiam si statum vestrum parum nostis, & vobis
tantum otij superfit) vt in probra meliorum agitare lin-
guam vacet. Hæc vos non intelligitis, & alienum fortunæ
vestræ vultum geritis, sicut plurimi quibus in circo aut
in theatro desidentibus; iam funesta domus est, nec an-
nuntiatum malum. At ego ex alto prospiciens, video quæ
tempestatès, aut immincant vobis; paulo tardius rupturæ
nimbum suum, aut iam vicinæ vos ac vestra tracturæ

Simile.

T. Fœlicitas
falsa.

sint, si propius accesserint. Quid porrò? nonne nunc quo-
que (etiã si parum sentitis) turbo quidam animos vestros
rotat, & inuoluit fugientes, petentésque eadem, & nunc
in sublime alleuatos, nunc in infima allisos, magno vos
concussu in vitia rapit? De Vita bea. c. 27. & 28.

Graue crimen, etiam cum dictum est leuiter, nocet. Ex
Publ. Mi.

Adulatio contraque Libertas admonendi.

OMnia sanè exclusit opulenta fœlicitas, monstrabo
tibi cuius rei inopia laborant magna fastigia, quid
omnia possidentibus desit. Scilicet ille, qui verum
dicat, & hominem inter mentiētes stupentem, ipsaque cō-
suetudine pro rectis blanda audiendi, ad ignorantiam ve-
ri perductum, vindicet à consensu falsorum. Non vides,
quemadmodum illos in præceps agat extincta libertas, &
fides in obsequiū seruile submissa: dū nemo ex animi sui
sententia suadet dissuadetque: sed adulandi certamen est,
& vnum amicorum omniū officiū, vna contentio, quibus
blandissimè fallant? Ignorauere vires suas, & dum se tam
magnos quàm audiunt, credunt, attraxere superuacua, &
in discrimen rerum omniū peruentura bella: vtilem & ne-
cessariam rupere concordiam, secuti iram: quam nemo re-
uocabat: multorum sanguinem hauserunt, fusuri nouissi-
mè suum, dum vindicant inexplorata pro certis: flectique
non minus existimant turpe, quam vinci: & perpetua cre-
dunt, quæ in summum perducta, maximè nutant. Ingen-
tia super se casura regna fregerunt: nec intellexerunt in
illa scena, & vanis, & citò diffluentibus bonis refulgēte,
ex eo tempore ipsos nihil non aduersi expectare debuisse,
ex quo nihil veri audire potuerunt.

Cum bellum Græciæ indiceret Xerxes, animū tumentē,
oblitūque quàm caducis cōsideret, nemo nō impulit. A-
lius aiebat, nō laturus nuntiū belli, & ad primā aduentus
famā terga versuros. Alius nihil esse dubij, quin illa mole
non vinci solū Græciā, sed obrui posse: magis verēdum,
ne vacuas desertasque vrbes inuenirēt, & profugis hosti-
bus vastæ solitudines relinquerentur, non habituris, vbi
tantas vires exercere possent. Alius illi vix rerum natu-
ram sufficere, angusta esse classibus maria, militi castra,
explicandis equestribus copiis campestris: vix patere cor-

T. Rex.

T. Veritas.

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

lum sagittis ad emitrenda omni manu tela. Cum in hunc
 modū multa vndique iactarētur, quæ hominē nimia æsti-
 matione sui furentem concitarent, Demaratus Lacedæmo-
 nius solus dixit, ipsam illam qua sibi placeret multitudinē
 indigestā, & grauē metuendā esse ducenti: nō enim vires,
 sed pondus habere: immodica nunquā regi posse, nec diu
 durare quicquid regi nō potest. In primo, inquit, statim
 mōte Lacones obiecti, dabunt sui experimentū. Tot ista
 gentiū millia, trecenti morabuntur: hærebunt in vestigio
 fixi, & commissas sibi angustias tuebuntur: & corporibus
 obstruent. Tota illos Asia nō mouebit loco. Tantas mi-
 nas belli, & penē totius generis humani ruentis impetū,
 paucissimi sustinebūt. Deinde hinc atque illinccooriētur,
 & tuis te viribus prement. Verum est quod dicitur, maio-
 rem belli apparatus esse, quā qui recipi ab his regio-
 nibus possit, quas oppugnare constituis. Sed hæc res con-
 tra nos est. Ob hoc ipsum te Græcia vincet, quia non
 capit. Vti toto te non potes. Præterea (quæ vna rebus
 salus est) occurrere ad primos rerum impetus, & inclina-
 tis opem ferre, non poteris: nec fulcire ac firmare laben-
 tia. Multo antè vinceris, quā victum esse te sentias. Cæ-
 terum, nō est, quod exercitum tuum ob hoc sustineri pu-
 tes non posse, quia numerus eius duci quoque ignotus
 est. Nihil tam magnū est, quod perire nō possit: cui nasci-
 tur in perniciē (vt alia quiescāt) ex ipsa magnitudine sua,
 causa. Acciderunt quæ Demaratus prædixerat, stratūsque
 per totā Græciā passim Xerxes intellexit quantū ab exer-
 citu turbā distaret. Itaque Xerxes pudore quā damno
 miserior. Demarato gratias egit, quod solus sibi verū di-
 xisset, & permiit petere, quod veller. Dignus fuerat præ-
 mio ante quā peteret: sed quā miserabilis gens, in qua
 nemo fuit, qui verū diceret regi, nisi qui non dicebat sibi.
 Diuus Augustus filiam impudicam relegauit; & flagi-
 tia principalis domus in publicum emisit. Hæc non tam
 vindicanda principi, quā tacenda (quia quarundam re-
 rum turpitudine etiam ad vindicantem redit) parum potens
 iræ, publicauerat. Deinde cū interposito tempore, in lo-
 cum iræ subiisset verecundia, gemens, quod non illa silē-
 tiō pressisset, quæ tandiu nescierat, sæpe exclamauit, Ho-
 rum nihil mihi accidisset, si aut Agrippa, aut Mæcenas vi-
 xisset. Adeo toti habenti millia hominum; duos reperire

difficile est. Quid putem? defuisse similes qui assumerentur, an ipsius vitium fuisse, qui maluit queri, quam quære-
 re? Non est quod existimemus Agrippam, & Mecænatem
 solos illi vera dicere: qui si vixissent, inter dissimulantes
 fuissent. Regalis ingenij mos est, in præsentium contu-
 meliam amissa laudare, & his virtutem dare vera dicendi,
 à quibus iam audiendi periculum non est.

Sed vt me ad propositū reducam, vides quàm facilè sit,
 gratiam referre fœlicibus, & in summa humanarum opum
 positis? dic illis, non quod volunt audire, sed quod audis-
 se semper volent. Pleuas aures adulationibus aliquando
 vera vox intret. Da consilium vtile. Quæris quid fœlici
 præstare possis? Effice, ne fœlicitati suæ credar, vt sciant
 illam multis & fidis manibus continendam. Parum in il-
 lum contuleris, si illi stultam fiduciam permansuræ sem-
 per potentia excusseris: docuerisque mobilia esse quæ
 dedit casus, & maiore cursu fugere, quàm veniunt: nec
 his portionibus quibus ad summam peruentum est, retrò
 iri: sæpe inter fortunam maximam & vltimam nihil in-
 teresse? Nescis quantum sit pretium amicitia, si non in-
 telligis multum te ei daturum, cui dederis amicum. rem
 non domibus tantum, sed seculis raram, quæ non aliubi
 magis doest, quàm vbi creditur abundare. Lib. de Bene-
 cap. 30. 31. 32. 33.

Non sumus modica laudatione contenti, quidquid in
 nos adulatio sine pudore congeffit, tanquam debitū pren-
 dimus: optimos nos esse, ac sapientissimos affirmantibus,
 assentimur: cum sciamus illos sæpe multa mentiri. Ale-
 xander, cum iam in India vagaretur, & gentes ne finiti-
 mis quidem satis notas, bello vastaret, in obsidione cu-
 iusdam vrbis, dū circuit muros, & dū imbecillissima mee-
 niū quærit, sagitta ictus, diu perstitit in re, & incepta age-
 re perseueravit. Deinde cum represso sanguine, sicci vul-
 neris dolor cresceret, & crus equo suspensum paulatim
 obtorpuisset, coactus abstinere, omnes inquit, iurant me
 Iouis esse filium: sed vulnus hoc me hominē esse clamat.
 Idem nos faciamus, cum pro sua quenque portione adu-
 latio infatuat, dicamus, vos quidem me dicitis prudentem
 esse. Ego autem video quàm multa inutilia concupiscam,
 nocitura optem: ne hoc quidem intelligo, quod ani-
 malibus satietas monstrat, quis cibo debeat esse, quis

T. Felicitas
falsa.

T. Amicus.

R E L I G I O.

porioni modus: quantum capiam, adhuc nescio. Epist. 60.
 Fac ergo mi Lucili quod facere consueuisti. A turba quã
 tum potes te separa, nec adulatoribus latus præbeas: artifi-
 ces sunt ad captandos superiores. Par illis, etiam si bene
 caueris, non eris. Sed mihi crede, perditioni (si capieris) i-
 pse te trades. Habent hoc in se naturale blanditiæ, etiã cū
 reiiciuntur, placent: sæpè exclusæ, nouissimè recipiuntur.
 In Præfatione. lib. 4. Nat. Quæst.

Quò apertior est adulatio, quo improbior, quo magis
 frontem suam perfricit, hoc citiùs expugnat. Eò enim iã
 dementiæ venimus, quod qui parcè adulatur, pro maligno
 sit. vbi sup.

Maluerim veris offendere, quàm placere adulando. Lib.
 1. de Clem. cap. 1.

Morbum esse scias, non hilaritatem, semper arridere ri-
 dentibus, & ad omnium æstimationem, ipsum quoque os
 diducere. Ex Pub. Mi.

Religio,

QVomodo sint Dij colendi solet præcipi. Deum colit,
 qui nouit. Et infra. Quæ causa est Diis beneficien-
 di? Natura. Errat, si quis putat illos nocere velle. Non pos-
 sunt. Nec accipere iniuriam queunt, nec facere. Lædere e-
 nim, lædique coniunctum est. Summa illa ac pulcherrima
 omnium natura, quos periculo exemit, nec periculosos
 quidem fecit. Primus est Deorum cultus, Deos credere. De
 inde reddere illis maiestatem suam, reddere bonitatem, si-
 ne qua nulla maiestas est. Scire illos esse qui præsidet
 mundo, qui vniuersa vt sua temperant, qui humani generis
 tutelam gerunt, interdum curiosi singulorum. Hi nec dant
 malum, nec habent. Cæterum castigant quosdam & coër-
 cent, & irrogant pœnas & aliquando specie boni puniūt.
 Vis Deos propitiare? Bonus esto. Satis illos coluit quis-
 quis imitatus est. Epist. 96.

T. Providen-
 tia.

T. Dei iu-
 stitia.

T. Detra-
 ctionis con-
 temptus.

Nullam mihi iniuriam facitis (ait sapiens) cum mihi de-
 trahitis, sed ne Diis quidem hi qui aras euertunt: sed ma-
 lum propositum apparet, malumque consilium, etiam vbi
 nocere non potuit. Sic vestras hallucinationes fero, quem-
 admodum Iuppiter optimus maximus ineptias poëtarum,
 quorum alius illi alas imposuit, alius cornua, alius adul-
 terum illum induxit & abnoctatē, alius sæuum in Deos,

alitis iniquum in homines, alius ingenuorum corruptorē,
& cognatorum quidem. Alius parricidam, & regni alieni
paternique expugnatorem. Quibus nihil aliud actum est,
quàm vt pudor hominibus peccandi demeretur, si talem
credidissent. Lib. de Vir. beata, cap. 26.

Poëtarum furor fabulis humanos errores aluit: quibus
visus est Iuppiter voluptate concubitus Alcmene tripli-
casse noctem. Quid aliud est, quàm vitia nostra incende-
re, auctores illis inscribere Deos, & dare morbo, exemplo
diuinitatis, excusatam licentiam? Lib. de breuitate vitæ.
cap. 16.

Virum bonum concedas necesse est, summæ pietatis er-
ga Deos esse. Itaque quidquid illi acciderit, æquo animo
sustinebit. Sciet enim id accidisse lege diuina qua vniuer-
sa procedunt. Epist. 77.

T. Patētia.

T. Providen-

tia.

“

Optimus animus, pulcherrimus Dei cultus est. Ex Pub.
Mi.

Gratitudo, Ingritudo.

Ophicia etiam feræ sentiunt. Nec vllum tam imman-
suetum animal est, quod non cura mitiget, & in amo-
rem suuvertat. Leonem ora à magistris impunè tractantur.
Elephantorum feritatem vsque in seruire obsequium de-
meretur cibus. Adeo etiam quæ extra intellectum, atque
æstimationem beneficij sunt posita, assiduitas tamen me-
riti perimacis euincit. Lib. 1. de Bene. cap. 3.

Hæc enim beneficij inter duos lex est. Alter statim ob-
liuisci debet dati, alter accepti nunquam. Lib. 2. de Bene.
cap. 1.

Qui gratè beneficium accepit, primam eius pensionem
solut. Lib. 2. de bene. cap. 22.

Nullò magis Cæsarem Augustum demeruit, & ad alia
impetranda facilem sibi reddidit Furnius, quàm quod
cum patri Antonianas partes secuto, veniam impetrasset,
dixit. Hanc vnã Cæsar habeo iniuriam tuam: effecisti, vt
viuerem & morerer ingratus. Lib. 2. de Bene. cap. 25.

Ingratus est qui beneficium accepisse se negat, quod ac-
cepit. Ingratus est, qui dissimulat. Ingratus, qui non red-
dit, ingratiſſimus omnium, qui oblitus est. Hic nunquam
fieri gratus potest, cui totum beneficium elapsum est. Lib.
3. de Bene. cap. 1.

Ingratum denique voco quisquis metu gratus est. Lib. 4. de Bene. cap. 18.

Quomodo disertus est, etiam qui tacet: fortis etiam, qui compressis manibus, vel etiam alligatis: quomodo gubernator, etiam qui in sicco est: quia consummatae scientiae nihil deest, etiam si quod obstat quo minus se utatur: ita gratus est, etiam qui vult tantum: nec habet huius voluntatis suae vllum alium, quam se testem. Lib. 4. de Bene. ca. 21.

Beneficium nullum est, nisi quod ad nos primum aliqua cogitatio defert amica & benigna. Itaque nec fluminibus gratias agimus, quamuis aut magna nauigia patiantur, & ad subuehendas copias largo ac perenni alueo currant: aut piscosa & amœna pinguibus aruis interfluant: nec quisquam. Nihil beneficium debere se iudicat, non magis quam odium, si immodicus superfluxit, tardèque recessit: nec vetus beneficium dat, licet lenis, & secundus aspiret: nec utilis & salubris cibus. Nam qui beneficium mihi daturus est, debet non tantum prodesse, sed velle. Ideò, nec mutis animalibus quicquam debetur: Et quam multos è periculo velocitas equi rapuit? nec arboribus: Et quam multos aestu laborantes, ramorum opacitas rexit? Quid autem interest, utrum mihi qui nescit, profuerit, an qui scire non potuit, cum utriusque velle defuerit? Lib. 6. de Bene. cap. 7.

Si quis sua causa nobis profuit, ei ne, inquis, debetur aliquid? Hoc enim saepe te conquerente audio, quod quaedam homines sibi praestant, aliis imputant. Dicam mihi Liberalis: sed prius hanc quaestiuunculam diuidam, & rem aequam ab iniqua separabo. Multum enim interest, utrum aliquis beneficium nobis det sua causa, an nostra, an sua & nostra. Ille qui totus ad se spectat, & nobis prodest: quia aliter sibi prodesse non potest, eo loco mihi est, quo qui pecori suo hybernium & aestiuum pabulum prospicit: eo loco quo qui captiuos suos, ut commodius veniant, pascit, & optimos boues saginat, ac defricat: quo lauista qui familiam suam summa cura exercet atque ornat. Multum (ut ait Cleantes) à beneficio distat negotiatio. Rursus non sum tam iniquus, ut nihil ei debeam, qui cum mihi utilis esset, fuit, & sibi. Non enim exigo, ut sine respectu sui mihi consulat, imo etiam opto, ut beneficiū mihi datum, vel magis danti profuerit, dum modo id qui dabat duos inueniens dederit, & inter me seque diuiserit, licet id ipse ex maiore

ORATIO. CONTEMPLATIO NATURAE. 56
parte possideat. Si modo me in consortium admisit, si duos
cogitavit, ingratus sum, non solum iniustus, nisi gaudeo
hoc illi profuisse, quod proderat mihi, Summae malignita-
tis est, non vocare beneficium, nisi quod dantem aliquo
incommodo affecit. Non sum iniquus beneficij interpret,
nec desidero illud mihi tantum dari, sed & tibi. Lib. 6. de
Bene. cap. 12. & 13.

Errat, si quis beneficium libentius accipit, quam reddit,
Ingratus est, qui beneficium reddit sine usura. Epist. 82.

Beneficia plura recipit, qui scit reddere. Ex Publ. Mim.

Dixeris maledicta cuncta, cum ingratum hominem di-
xeris. Ex eodem.

Fraus est accipere, quod non possis reddere. Ex eodem.

Ingratus vnus miseris omnibus nocet. Ex eodem.

Malignum fieri, maxime ingrati docent. Ex eodem.

Beneficia se dedisse qui dicit, petit. Ex eodem.

Oratio.

Verum est quod apud Athenodorum inueni. Tunc sci-
to esse te omnibus cupiditatibus solutum, cum eo per-
ueneris, ut nihil Deum roges nisi quod rogare possis pa-
lam. Sic vine cum hominibus tanquam Deus videat, sic
loquere cum Deo, tanquam homines audiant. Epist. 10.

Contemplatio naturae.

Deponere hoc apud te, nunquam plus agere sapientem,
quam cum in conspectum eius diuina atque humana
venerunt. Epist. 69.

Equidem tunc naturae rerum gratias ago, cum illam non
ab hac parte video, quae publica est: sed cum secretiora e-
ius intraui: cum discio quae vniuersi materia sit, quis autor
sit aut custos: quid sit Deus, totus in se intendat, an ad nos
aliquando respiciat: faciat quotidie aliquid, an semel fece-
rit: pars mundi sit, an mundus: licet illi hodieque decerne-
re, & ex lege factorum aliquid derogare, an maiestatis dimi-
nutio sit, & confessio erroris, mutanda fecisse. Necesse est
enim ei eadem placere, cui nisi optima placere non pos-
sunt. Nec ob hoc minus liber & potens est: ipse enim
est necessitas sua. Nisi ad haec admitterer, non fuerat o-
peraeperium nasci. Quid enim erat, cui in numero vi-
uentium me positum esse gauderem? An ut cibos & potio-

CONTEMPLATIO NATURAE.

nes percolarem? ut hoc corpus casurum, ac fluidum, periturumque, nisi subinde impleatur, farcirem? & uiuere aegri minister? ut mortem timerem, cui omnes nascimur? Detrahe hoc inestimabile bonum, non est vita tanti; ut sudem, ut aestuem. O quam contempta res est homo, nisi supra humana se crexerit. Quandiu cum affectibus colluctamur, quid magnifici facimus? Etiam si superiores sumus, portenta vincimus. Quid est cur suspiciamus nosmetipsos, quia dissimiles deterrimis sumus? Non video quare sibi placeat, qui robustior est valetudinario. Effugisti vitia animi, non est frons ficta, nec in alienam voluntatem sermo compositus, nec cor inuolutum: nec auaritia, quae quicquid omnibus abstulit, sibi ipsi negat: nec luxuria, pecuniam turpiter amittens, quam turpius reparat: nec ambitio, quae te ad dignitatem nisi per indigna non ducet. Nihil adhuc consecutus es. Multa effugisti: te nondum. Virtus enim quam affectamus, magna est. Non quia per se beatum est, malo caruisse: sed quia animum laxat, ac praeparat ad cognitionem caelestium: dignumque efficit, qui in consortium Dei veniat. Tunc consummatum habet plenumque bonum sortis humanae, cum calcato omni malo, petit altum, & in interiorem naturae sinum venit. Tunc iuuat inter sidera ipsa vagantem diuitum pauimenta ridere, & totam cum auro suo terram, non illud tantum dico, quod egressit, & signandum monetæ dedit: sed illud quod in occulto seruat posterorum auaritiæ. Nec potest ante contem-

T. Homo.

mere porticus, & lacunaria ebore fulgentia, & confiles sylvas, & deriuata in domos flumina, quam totum circumueat mundum, & terrarum orbem supernè despiciens, angustum, & magna ex parte opertum mari, sibi ipse dicat, Hoc est punctum, quod inter tot gentes ferro & igni diuiditur: O quam ridiculi sunt mortalium termini. Ultra Istrum Dacus non exeat, Strymo Thracas includat, Parthis obster Euphrates, Danubius Sarmatica ac Romana distermine, Rhenus Germaniæ modum faciat, Pyreneus medium inter Gallias & Hispanias iugum extollat. Inter Ægyptum & Æthiopias arenarum inculta vastitas iaceat. Si quis formicis det intellectum hominis, nonne & illæ vnâ aream in multas prouincias diuident? Cum te in illa verè magna sustuleris, quoties videbis exercitus subrectis ire vexillis, & quasi magnum aliquid agatur; equitem modo altiora explo-

T. Contemptus mundi.

explorantem, modo à lateribus affusum, libebit dicere, It
 nigrum campis agmen. Formicarum iste discursus est, in
 angusto laborantium. Quid illis & nobis interest, nisi exi-
 gui mensura corpusculi? Punctum est illud in quo naviga-
 tis, in quo bellatis, in quo regna disponitis. Sursum ingē-
 ria spatia sunt, in quorū possessionem animus admittitur:
 at ita, si minimum secum ex corpore tulit, si sordidum om-
 ne deterisit, & expeditus leuisque ac contentus modico, e-
 micuit. Cum illa tetigit, alitur, crescit, ac velut vinculis li-
 beratus, in originem redit. Et hoc habet argumentum di-
 uinitatis suæ, quod illum diuina delectant, nec vt alienis,
 interest, sed vt suis. Secure spectat occasus syderum, atque
 ortus, & tam diuersas concordantium vias. Curiosus spe-
 ctator excutit singula, & quærit. Quid ni quærat? Scit illa
 ad se pertinere. Tunc contemnit domicilij prioris angu-
 stias. Quantum enim est, quod ab vltimis littoribus His-
 panix vsque ad Indos iacet? Paucissimorum dierum spa-
 cium: si nauem suus ventus impleuit. At illa regio cœle-
 stis per triginta annos, velocissimo syderi viam præstat,
 nusquam resistenti, sed æqualiter cito. Illic demum discit,
 quod diu quæsiuit. Illic incipit Deū nosse. Quid est Deus?
 Mens vniuersi. Quid est Deus? quod vides totum, & quod
 non vides totum. Sic demum magnitudo sua illi redditur:
 qua nihil maius excogitari potest. Si solusest omnia, opus
 suum & extra & intra tenet. Quid ergo interest inter natu-
 ram Dei & nostram? Nostri melior pars, animus est, in illo
 nulla pars extra animum. Totus ratio est: cum interim rā-
 tus error mortalia teneat, vt hoc, quo nec formosius est
 quicquam, nec dispositius, nec in proposito constantius,
 existiment homines fortuitum & casu volabile: ideoque
 tumultuosum inter fulmina, nubes, tempestates, & cætera,
 quibus terræ ac terris vicina pulsantur. Nec hæc intra vul-
 gum dementia est: sed sapientiam quoque professos con-
 tingit. Sunt qui putent sibi ipsis animum esse, & quidem
 prouidum, ac dispensantem singula, & sua, & aliena: hoc
 autem vniuersum, in quo nos quoque sumus, expers esse
 consilij, & aut ferri temeritate quadam, aut natura nesciē-
 te quid faciat. In prætatione Lib. i Nat. quæst.

Dices mihi, quid agis Seneca? deseris partes? Certè Stoi-
 ci vestri dicunt, Vsque ad vltimum vitæ finem in actu cri-
 mus, non desinemus comuni bono operā dare, adiuuare

T. Prepa-
ratio ad con-
templanda
diuina.

T. Homo.

T. Deus.

T. Opificiū.

T. Prouiden-
tia.

T. Vita alli-
ue & contē-
platiua com-
paratio.

CONTEMPLATIO NATURALI.

33 singulos, opem ferre etiam inimicis, cæti manu, Nos su-
 33 mus qui nullis annis vacationes damus, & quod ait ille
 33 vir disertissimus, caniciem galea premimus. Nos sumus a-
 33 pud quos vsque eò nihil antè mortem otiosum est, vt si res
 33 patitur, non sit ipsa mors otiosa. *Huic questioni paucis inter-*
 33 *rectis ita Seneca respondet.* Dux, inquit, in hac re dissidēt se-
 33 ctæ, Epicureorum & Stoicorum: sed vtraque ad otium di-
 33 uersa via mittit. Epicurus ait, Non accedet ad Rempubli-
 33 sapiens, nisi si quid interuenerit. Zenon ait, Accedet ad
 33 Rempubli- nisi si quid impedierit. Alter otium ex propo-
 33 sito petit, alter ex causa. Causa autem illa latè patet, si Res-
 33 public. corruptior est, quàm vt adiuuari possit, si occupata
 33 est malis, non nitetur sapiens in superuacuum, nec se nihil
 33 profuturis impendet, si parum habebit authoritatis aut vi-
 33 rium. Nec illum erit admissura Resp. si valetudo illum im-
 33 pediat: quomodo nauem quassam non deduceret in mare:
 33 quomodo nomen in militiam non daret debilis: sic ad vi-
 33 tam ad quam se inhabilem sciet, non accedet. Potest ergo
 33 & ille cui omnia adhuc in integro sunt, antequam vllas
 33 experiatur tempestates, in tuto subsistere: & protinus cõ-
 33 mendare se bonis artibus, & illud beatum otium exigere,
 33 virtutum cultor, quæ exerceri etiam quietissimis possunt.
 33 Hoc nempè ab homine exigitur, vt profit hominibus, si
 33 fieri possit, multis: si minus, paucis: si minus proximis: si
 33 minus, sibi. Nam cum se vtilem cæteris efficit, commune
 33 agit negotium. Quomodo qui se deteriorem facit, non sibi
 33 tantummodo nocet, sed etiam omnibus eis, quibus melior
 33 illis prodesse potuisset: Sic, si quis benè de se meretur, hoc
 33 ipso aliis prodest, quod illis profuturum parat. Duas Res-
 33 pub. animo complectamur, alteram magnam & verè publi-
 33 cam (qua Dij ac homines continentur in qua non ad hunc
 33 angulum respicimus, aut ad illum: sed terminos ciuitatis
 33 nostræ cum Sole metimur) alteram cui nos ascripsit con-
 33 ditio nascendi. Hæc autem Atheniensium erit, aut Cartha-
 33 ginensium, aut alterius alicuius: quæ non ad omnes per-
 33 tineat homines, sed ad certos. Quidam eodem tempore v-
 33 trique Reip. dant operam maiori minorique: quidam tan-
 33 tum minori: quidam tantum maiori. Huic maiori Reipub.
 33 & in otio deseruire possumus: imò verò nescio an in otio
 33 melius: vt quæramus quid sit virtus, vna pluresuè sint: na-
 33 tura an ars bonos viros faciat? Vnum sit hoc quod mari

Tit. Vita
contemplatiua.

T. Resp.

terras, & maria terris inserta complectitur, an multa? Con-
 tinua sit omnis & plena materia, ex qua cuncta gignuntur;
 an diducta, & solidis inane permixtum sit? Deus sedens o-
 pus suum spectet, an tractet? Vtrum ne extrinsecus illi cir-
 cunfusus sit, an toti inditus? Immortalis sit mundus, an in-
 ter caduca, & ad tempus nata numerandus? Hæc qui con-
 templatur, quid Deo præstat? Ne tanta eius opera sine teste
 sint.

Solemus dicere, summum bonum esse, secundum natu-
 ram viuere. Natura ad vtrumque genuit, & contempla-
 tionem rerum, & actionem.

Nunc probemus quod prius diximus. Quid porro, hoc
 non erit probatum, si se vnusquisque consuluerit, quãtam
 cupiditatem habeat ignota noscendi, quã ad omnes fa-
 bulas exciteretur? Nauigant quidam, & labores peregrina-
 tionis longissimæ vna mercede perpetiuntur, cognoscen-
 di aliquid abditum remotumque: Hæc res ad spectacula
 populos contrahit, hæc cogit præclusa rimari, secretiora
 exquirere, antiquitates euoluere, mores barbararum audi-
 re gentium. Curiosum nobis natura ingenium dedit, & ar-
 tis sibi ac pulchritudinis suæ conscia, spectatores nos tan-
 tis rerum spectaculis genuit: perditura fructum sui, si tam
 magna, tam clara, tam subuliter ducta, tam nitida, & non
 vno genere formosa, solitudini ostenderet. Vt scias illam
 spectari voluisse, non tantum aspici, vide quem nobis lo-
 cum dederit. In media nos sui parte constituit, & conspe-
 ctum omnium nobis dedit: nec erexit tantummodo homi-
 nem, sed etiam ad contemplationem factum, vt ab ortu sy-
 dera in occasum labentia prosequi posset: & vultum suum
 circumferre cum toto corpore, sublime fecit illi caput, &
 collo flexibili imposuit. Deinde sena per diem, sena per
 noctem signa produxit: & nullam non partem sui expli-
 cuit: vt per hæc quæ obtulerat eius oculis, cupiditatem e-
 tiam faceret cæterorum. nec enim omnia, nec cõta visimus,
 quanta sunt: sed acies nostra aperit sibi inuestigando viã:
 & fundamenta veri iacit: vt inquisitio transeat ex aperis
 in obscura, & aliquid ipso mundo inuenias antiquius: vn-
 de ista sydera extierint, qui fuerit vniuersi status ante-
 quã singula in partes discederent: quæ ratio mersa
 & confusa diduxerit. Quis loca rebus assignauerit, sua-
 pre natura graua descenderint; euolauerint leuia: an

T. Opificiũ.

T. Homo.

CONTEMPLATIO NATURAE.

T. *Anima.* » præter ipsum pondus corporum, altior aliqua vis legem
 » singulis dixerit: an illud verum sit, quod à me probatur, ho-
 » mines diuini spiritus esse partem, ac veluti scintillas quas-
 » dam sacrorum in terras disiluisse, ac ex alieno loco exisse.
 » Cogitatio nostra cœli munimenta perumpit, nec conten-
 » ta est, id quod ostenditur, scire. Illud, inquit, scrutor quod
 » ultra mundum iacet: vtrum ne profunda vastitas sit, an &
 » hoc ipsum terminis suis claudatur: qualis sit habitus ex-
 » clusis, informia & confusa sint, an in omnem partem tan-
 » tundem loci obtinentia, an & illa in aliquem cultum de-
 » scripta sint: huic cohæreant mundo, an longè ab hoc seces-
 » serint, & in vacuo volutentur: individua sint, per quæ
 » » struitur omne id quod natum futurumque est, an conti-
 » » nua eorum materia sit, & per totum mutabilis. Vtrum con-
 » » traria inter se elementa sint, an non pugnent, sed per diuer-
 » » sa conspirent. Ad hæc quærenda natus, existimat quod nõ
 » » multum acceperit temporis, etiam si illud totum sibi ven-
 » » dicat (cui, licet nihil facilitate eripi, nihil negligentia pa-
 » » tiatur excidere, licet horas suas auarissimè seruet, & vsque
 » » in vltimæ ætatis humanæ terminos procedat, nec quic-
 » » quam illi ex eo quod natura constituit, fortuna concutiat)
 » » tamen homo ad immortalium cognitionem, nimis morta-
 » » lis est. Ergo secundum naturam viuo, si totum me illi de-
 » » di si illius admirator cultorque sum. Natura autem vtrum
 » » que facere me voluit, & agere, & contemplationi vacare.
 » » Vtrumque facio: quoniam nec contemplatio quidem sine
 » » actione est.

» Sed refert, inquis, an ad hanc voluptatis causa accesserit,
 » » nihil aliud ex illa petens, quàm assiduam contempla-
 » » tionem, quæ sine exitu est. Est enim dulcis, & habet illece-
 » » bras suas. Aduersus hoc tibi respondeo, æquè refert, quo
 » » animo ciuilem agas vitam, an vt semper inquietus sis, nec
 » » vnquam sumas vllum tempus, quo ab humanis ad diuina
 » » respicias. Quomodo res appetere sine vlllo virtutum amo-
 » » re, & sine cultu ingenij, ac nudas edere opætas, minimè
 » » probabile est (misceri enim inter se ista & conferri debent)
 » » sic imperfectum ac languidum bonum est, in otium sine a-
 » » ctu proiecta virtus, nunquam id quod didicit ostendens.
 » » Quis negat illum debere profectus suos in opere tentare?
 » » nec tantum quid faciendum sit cogitare, sed etiam aliquã-
 » » do manum exercere: & ea quæ meditata sunt, ad verum per-

ducere? Quid si per ipsum sapientem non est mora, si non actor deest, sed agenda desunt: ecquid illi secum esse permittes? Quo animo ad otium sapiens secedit? Ut sciat secum quoque ea acturum, per quæ posteris profit. Nos certe sumus qui dicimus, & Zenonen & Chrysippum maiora egisse, quàm si duxissent exercitus, gessissent honores, leges tulissent, quas non vni civitati, sed toti humano generi tulerunt. Quid ergo est, quare tale otium non cõuenit bono viro: per quod futura sæcula ordinet, nec apud paucos cõcionetur: sed apud omnes omnium gentium homines, quicumque erunt: Lib de Vita beata à 28. vsque ad 32. cap.

T. Doctor.

Obedientia, Inobedientia.

REge incolumi, mens omnibus vna, Amisso rupere fidem. Hic casus Romanæ pacis exitium erit, hic tanti fortunam populi in ruinas ager. Tandiu ab isto periculo aberit hic populus, quandiu sciet ferre frenos: quos si quando abruperit, vel aliquo casu discussos reponi sibi passus non erit, hæc vnitas & hic maximi imperij contextus, in partes multas dissiliet: idemque huic vrbi dominandi finis erit, qui parendi fuerit. Lib. 1. de Clem. cap. 4.

Si inuitus pares, seruus es: si volēs minister. Ex Pub. M.

Mendacium.

TENUE est mendacium: perlucet, si diligenter inspexeris. Epist. 80.

Nemo potest personam diu ferre. Ficta citò in naturam suam recidunt: quibus veritas subest, quæque (vt ita dicamus) ex solido enascuntur, tempore ipso in maius meliusque procedunt. Lib. 1. de Clem. cap. 1.

Liberalitas, Beneficentia.

INTER multos ac varios errores temerè inconsultèque viuentium, nihil propemodum optimè Liberalis dixerim nocentius, quàm quod beneficia nec dare scimus, nec accipere. Semina in solum effectum & sterile nõ spargimus: beneficia sine vllò delectu magis proicimus, quàm damus. Multos experimur ingratos, plures facimus: quia aliàs graues exprobratores exactoresque sumus, aliàs leues, & quos paulò post muneris sui pœniteat, aliàs queruli, & minima momenta calumniantes, gratiã corrupimus

Simile.

LIBERALITAS, BENEFICENTIA.

omnem, non tantum postquam dedimus beneficia, sed etiam dum damus. Quis enim nostrum contentus fuit, aut leuiter rogari, aut semel? Quis non, cum aliquid à se peti suspicatus est, frontem obduxit, vultum auertit, occupationes simulauit, longis sermonibus, & de industria non inuenientibus exitum, occasionem petendi abstulit, & variis artibus properantes necessitates elusit? In angusto vero comprehensus, aut distulit, aut timidè negauit, aut promisit: sed subductis superciliis, sed malignis & vix exeuntibus verbis. Nemo autem libenter debet, quod non accipit, sed expressit. Eodem animo beneficium debetur, quod datur. Sibi quisque debet quod à negligente accepit. Nec tardè quidem, quia quum in omni officio magni æstimentur dantis voluntas, tardè qui fecit, diu noluit. Vtique, non contumeliosè. Nam cum ita natura comparatum sit, vt altius iniuriæ, quam merita descendant, & illa citò defluant, has tenax memoria custodiat. qui expectat, qui offendit, dum obligat? Satis aduersus illum gratus est, si quis beneficio eius ignoscit. Demus beneficia, non fœneremus. Dignus est decipi, qui de recipiendo cogitauit cum daret. At malè cessit. Et liberi, & coniuges spem fefellerunt, tamen & educamus, & ducimus. Adeoque aduersus experimenta pertinaces sumus, vt bella victi, & naufragi maria repetamus. Quanto magis permanere in dandis beneficiis decet, quæ, si quis non dat, quia non recipit, dedit, vt reciperet: bonamque ingratorum facit causam, quibus turpe est non reddere, si licet. Quam multi indigni luce sunt? & tamen dies oritur. Quam multi quod nati sunt queruntur? tamen natura sobolem nouam gignit, ipsosque qui non fuisse mallent, esse patitur. Quid magnifici erat multis prodesse, si nemo deciperet? Tunc est virtus dare beneficia, non utique reditura: quorum à viro egregio statim fructus perceptus est. Adeo quidem ista res fugare nos, & pigriores ad rem pulcherrimam facere non debet, vt si spes mihi præcudatur, gratum hominem reperiendi, malim non recipere beneficia, quam non dare. Perdenda sunt multa, vt semel ponas bene. Ne cessaueris dare: opus tuum perage: & partes boni viri exequere. Alium re: alium fide: alium gratia: alium consilio: alium præceptis salutaribus adiuua. Lib. i. de Bene. cap. 1 & 2.

Non potest beneficium manu tangi, sed animo geritur.

Multum interest inter materiam beneficij & beneficium. Itaque nec aurum, nec argentum, nec quicquam eorū quæ à proximis accipiuntur, beneficium est: sed ipsa tribuendi voluntas. Impeiti autem id quod oculis incurrit, & quod traditur, possidentūque solūm notant: contrā, illud quod in re charum, atque pretiosum est, parui pēdunt. Hæc quæ tenemus, quæ aspiciamus, in quibus cupiditas nostra hæret, caduca sunt. Auferre ea nobis & fortuna, & iniuria potest. Beneficium verò, etiam amisso eo quod datum est, durat. Est rectè factum, quod irritum nulla vis efficit. Amicū à piratis redemi, hunc alius hostis excepit, & in carcerem condidit, non beneficium, sed vsum beneficii mei sustulit. Ex naufragio raptos, vel ex incendio liberos reddidi. Hos vel morbus, vel aliqua fortuita iniuria eripuit. Manet etiam sine illis, quod in illos datum est. Omnia itaque quæ falsum beneficij nomen vsurpant, ministeria, sunt, per quæ se voluntas amica explicat. Hoc quoque in aliis rebus euenit, vt alicubi sit species rei, alicubi ipsa res. Imperator aliquē torquibus, murali, & ciuica donat. Quid habet per se corona pretiosum? Nihil horum honor est, sed honoris insigne: sic non est beneficium, id quod sub oculos venit, sed beneficij vestigium & nota. Lib. I. de Bene. cap. 5.

Simile.

Si beneficia in rebus, non in ipsa benefaciēdi voluntate consistenterent, eò maiora essent, quò maiora sunt, quæ accipimus. Id autē falsum est. Nonnunquam nos magis obligat, qui dedit parua magnificè: qui regum æquauit opes animo: qui exiguum tribuit, sed libenter: qui paupertatis suæ oblitus est, dum meam respicit: qui non voluntatem tantum iuuādi habuit, sed cupiditatē: qui accipere se putauit beneficiū, cum daret: qui dedit tanquam non recepturus: recepit tanquam non dedisset: qui occasionē qua prodesset, & occupauit, & quæsiuit. Cōtrā, ingrata sunt (vt dixi) licet re ac specie magna videantur, quæ danti, aut extorquentur, aut excidunt. Multo que gratus venit, quod facili, quàm quod plena manu datur. Exiguum est quod in me contulit: sed amplius non potuit. At hic, quod dedit, magnum est: sed dubitauit, sed distulit, sed cum daret gemuit, sed superbè dedit. sed circumtulit, & placere ei cui præstabat, noluit: ambitioni dedit non mihi. Socrati cum multa multi pro suis quisque facultatibus

*T. Virtutis
modus.*

“

“

“

“

“

“

offerrent, Aeschines pauper auditor, Nihil, inquit, dignum te quod dare tibi possem, inuenio: & hoc modo pauperem me esse sentio. Itaque dono tibi quod unum habeo, me ipsum. Hoc munus rogo quaecumque est boni consulas: cogitesque alios cum multum tibi darent, plus sibi reliquisse. Cui Socrates, Quid ni tu, inquit, magnum munus dederis? nisi forte paruo te aestimes? Habebo itaque curam, ut te meliorem tibi reddam, quam accepi. Vicit Aeschines hoc munere Alcibiadis parem diuitiis animum, & omnium iuuenum opulentorum munificentiam. Lib. 1. de Bene cap. 7.

Sic demus, quomodo vellemus accipere. Ante omnia libenter, citò, sine vlla dubitatione. Lib. 2. de Bene. cap. 1.

T. Eleemo-
sina.
Quid amplius à Christo-
stiano doctore
re requiras?

Præcipiunt itaque omnes auctores sapientiae, quaedam beneficia palam danda, quaedam secretò palam, quæ consequi gloriosum est: ut militaria dona, & honores, & quicquid aliud notitia pulchrius sit. Quæ rursus non produ-
cunt, nec honestiorem faciunt, sed succurrunt infirmitati, egestati, ignominiae: tacite danda sunt, ut nota sint solis

» quibus profunt. Interdum & ipse qui iuuatur fallendus est:
» ut habeat, nec à quo acceperit, sciat. Arcefilaus, ut aiunt,
» amico pauperi & paupertatem suam dissimulati, ægro au-
» tem, & ne hoc quidem confitenti, deesse sibi in sumptum
» ad necessarios usus: cum clam succurrendum iudicasset,
» puluino eius ignorantis sacculum subiecit, ut homo inuti-
» liter verecundus, quod desiderabat, inueniret, potius quam
» acciperet. Quid ergo? ille nesciet à quo acceperit? Primum
» nesciat, si hoc ipsum beneficii pars est. Denique ille nesciet
» accepisse se, ego sciam dedisse me. Parum est inquis,
» Parum, si fœnerare cogitas. Sed si dare, quo genere acci-
» pienti maxime profuturum erit, dabis. Contentus eris te
» teste. Alioquin, non benefacere delectat, sed videri bene-
» fecisse, Volo, utique sciat. Quid si illi utilius est nescire, si
» honestius, si gratius? non in aliam partem abibis? Volo ut
» sciat. Ita tu hominem non seruabis in tenebris? Lib. 2. de
» Bene. cap. 9 & 10.

T. Conscien-
tia?

Si gratos vis habere quos obligas, non tantum des oportet beneficia, sed ames. Li. 2. de Ben. c. 11.

Vrbem cuidam Alexander donabat vesanus, & qui nihil animo nisi grande concipit. Cum ille cui donabatur, seipsum mensus, tanti muneris inuidiam refugisset; di-

cens, non conuenire fortunæ suæ. Non quero, inquit, quid te accipere deceat sed quid me dare. Animosa vox videtur, & cum regia sit, est stultissima. Nihil enim per se quemquam decet. Refert quid, cui, quando, quare, vbi, & cetera: sine quibus facti ratio: non constabit. Tumidissimum animal, si illum accipere hoc non decet, nec te dare. Lib. 2. de Bene. cap. 16.

Maiore etiam delectu quærendum est, cui debeamus, quam cui præstemus. Nam vt non sequantur vlla incommoda, (sequuntur autem plurima) graue tormentum est debere, cui nolis. Contrà, iucundissimum est, ab eo accepisse beneficium, quem amare etiam post iniuriam possis. Lib. 2. de Bene. cap. 18

Non est beneficium quod in quæstum mittitur. Hoc dabo, hoc recipiam auctio est. Non dicam pudicam quæ amatorem vt incenderet, repulit: quæ aut legem, aut virum timuit, vt ait Ouidius Quæ, quia non licuit, non dedit, illa dedit. Non immerito in numerum peccantium refertur, quæ pudicitiam timori præstitit, non sibi. Eodẽ modo, qui beneficium vt reciperet dedit, non dedit. Nunquid dubiũ est, quin contraria sit beneficio iniuria. Quomodo iniuriam facere per se vitanda atque fugienda res est: sic, beneficium dare, per se expetendum. Illic turpitudine contra omnia præmia in scelus hortantia valet: ad hoc inuitat honesti per se efficax species. Libro quarto de Bene. capite 14 & 15. Simile.

Dij quoque, inquit, multa ingratis tribuunt, sed illa bonis parauerunt. Contingunt autem etiam malis: quia separari non possunt. Satius est autem prodesse etiã malis propter bonos, quam bonis deesse propter malos. Itaque quæ refers, diem, solem, hyemis æstatisque cursus, & media veris autumnique temperamẽta, imbres, & fontium haustus, ventorum statos flatus, pro vniuersis inuenerunt excerpte singulos non potuerunt. Nec poterat lex casuris imbibibus dici, ne in malorum improborumque riuia deflueret. Medicina & sceleratis opẽ ministrat. Compositiones remediorum salutarium nemo suppressit, ne sanarentur indigni. Multum enim refert, vtum aliquem non excludas, an eligas. Ius fori omnibus dicitur, pace etiam homicidæ fruuntur: sua reperunt, etiam qui aliena rapuerunt. Percussiores, & domi ferrum exercentes, murus ab hoste defendit.

LIBERALITAS.

Legum præsidio qui plurimum in illas peccauerunt, proteguntur. Quædam non poterant cæteris contingere, nisi vniuersis darentur. Li. 4. de Ben. cap. 28.

Propositum & optimi viri, & ingentis animi, tandiu ferre ingratum, donec feceris gratum. Lib. 5. de Ben. cap. 1.

*T. Virtutis
modus.*

In beneficio hoc est probabile, & suspiciendum, quod alteri vt aliquis prodesset, vtilitatis interim suæ oblitus est: quod alteri dedit ablaturus sibi. Lib. 5. de Bene. cap. 11.

*T. Eleemo-
sina
Christiana
vox.*

Egregiè mihi videtur M. Antonius apud Rabiium poëtam cum fortunam suam transeuntem aliò videret, & sibi nihil relictum, præter ius mortis, exclamare. Hoc habeo quodcunque dedi. O quantum habere potuit, si voluisset. Hæ sunt diuitiæ certæ in quacunque sortis humane leuitate, vno loco permansuræ: quæ quo maiores fuerint, hoc minorem habebunt inuidiam. Quid tãquam tuo parcis? Procurator es. Omnia ista quæ vos tumidos, & supra humana elatos, obliuisci cogunt vestræ fragilitatis, quæ ferreis claustris custoditis armati: quæ alieno sanguine raptæ: vestro defenditis: propter quæ classes cruentatur maria deducitis: propter quæ quassatis vrbes: ignari quantum telorum in aduersos fortuna comparet: propter quæ ruptis toties affinitatis, amicitie, collegii fœderibus inter contendentes duos terrarum orbis elisus est, non sunt vestra: in depositi causa sunt: iam iamque ad alium dominum spectantia, aut hostes illa, aut hostilis animi successor inuadet. Queris, quomodo illa tua facias? dono dando. Confide ergo rebus tuis, & certam tibi earum atque inexpugnabilem possessionem para: honestiores illas, non solum sed tutiores facturus. Illud quod suspicis, quore diuitem ac potentem putas, quandiu possides, sub nomine sordido iacet. Domus est, seruus est, nummi sunt: cum donasti beneficium est. Lib. 6. de Bene. c. 3.

Demetrio, si res nostras aliquis Deorum possidendas velit tradere sub lege certa, nec liceat donare, affirmauerim, repudiaturum, dicturumque, Ego vero me ad istud inexticabile pondus non alligo. Lib. 7. de Bene. c. 9.

Errat tamen si quis existimat cum dicimus eum qui beneficium dedit, obliuisci oportere, excutere nos illi memoriam rei præsertim honestissimæ. Quædam præcipimus ultra modum, vt ad verum & suum redeant. Cum dicimus, meminisse non debet, hoc volumus intelligi, prædi-

care non debet, nec iactare, nec gravis esse. Quidam enim beneficium quod dederunt, omnibus circulis narrant. Hoc sobrii loquuntur, hoc ebrii non continent, hoc ignotis ingerunt, hoc amicis committunt. Ut hæc nimia, & exprobratrix memoria subsideret, obliuisci eum qui dedit iussimus: & plus imperando quàm præstari poterat, silentium suauimus. Lib. 7. de Ben. c. 22.

Aristippus aliquando delectatus vnguento, Malè, in- *Simile.*
quit, istis effœminatis eueniat: qui rem tam bellam infama-
iunt. Idem dicendum est, malè istis improbis, & importu-
nis beneficiorum suorum quadruplatoribus eueniat: qui
tam bellam admonitionem inter amicos sustulerunt. Ego
tamen vtar hoc iure amicitia, & beneficium ab eo repe-
tam, à quo petissem qui alterius beneficij loco accepturus
est, potuisse reddere. Nunquam, nequerens quidem dicam,
Eiectum, littore egentem excepisti: & regni demens in parte
locavi. Non est ista admonitio, imò conuictum est. Hoc
est in odium beneficia perducere. Hoc est, efficere, vt in-
gratum esse, aut liceat, aut iuuet. Satis abundè que est sub-
missis & familiaribus verbis memoriam reuocare. Si bene
quid de te merui, fuit aut tibi quicquam dulce meum. Ille
inuicem dicat, Quid ni merueris? eiectum, littore egen-
tem excepisti. Sed nihil inquit, profecimus, dissimulat, ob-
blitus est. Quid facere debeam? Quæris rem maximè ne-
cessariam, & in qua hanc materiam consummari decet:
quemadmodum videlicet ingrati ferendi sint. Nimirum
placido animo, mansueto, magno. Nunquam te tam inhu-
manus, & immemor & ingratus offendat, vt non tamen de-
disse delectet. Nunquã in has voces iniuria impellat Vel-
lem non fecisse. Beneficij tui etiam infœlicitas placeat.
Semper illũ pœnitebit, si te ne nũc quidem pœnitet. Non
est quod indigneris tanquam aliquid noui acciderit: ma-
gis mirari debes, si non accidisset. Alium labor, alium im-
pensa deterreret, alium periculum, alium turpis verecundia, *T. Corrupti*
ne dum reddit, fateatur accepisse: alium ignorantia of- *seculi mo-*
ficij, alium pigritia, alium occupatio. Aspice quemad- *vis.*
modum immensa hominum cupiditates hient semper, "
& poscant. Non miraberis ibi neminem reddere, vbi ne- "
mo satis accipit. Quis est istorum tam firmæ voluntatis "
ac solidæ: vt tutò apud eum beneficia deponas? Alius li- "
bidine insanit, alius abdomini seruit, alius lucrosus est, "

LIBERALITAS.

„ cuius summam non vinctes, alius inuidia laborat, alius cæ-
 „ ca ambitione, & in gladios ruente. Adice torporem mē-
 „ tis ac senium: & huic contrariam inquieti pectoris agita-
 „ tionem, tumultusque perpetuos. Adice æstimationem
 „ sui nimiam, & tumorem, ob quæ contemnendus est, inso-
 „ lentem. Quid contumaciam in peruersa nitentium, quid
 „ leuitatem semper aliquò transilientium loquar? Huc ac-
 „ cedat temeritas præceptis, & nunquam fidele consilium da-
 „ turus timor, & mille errores, in quibus volumur. Auda-
 „ cia timidissimorum, discordia familiarissimorum, & pu-
 „ blicum malum incertissimis fidere, fastidire possessa, opta-
 „ re quæ consequi posse spes nō fuit. Inter affectus inquiet-
 „ tissimos, rem quietissimam, fidem quæris? Si tibi vitæ no-
 „ stræ vera imago succurrat, videberis tibi videre captæ
 „ maximæ ciuitatis faciem, in qua omisso pudoris rectique
 „ respectu, vires in consilio sunt, velut signo ad permiscē-
 „ da omnia dato. Non igni, non ferro abstinetur. Soluta le-
 „ gibus scelera sunt. Nec religio quidem (quæ inter arma
 „ hostilia supplices texit) vllum impedimentum est ruen-
 „ tium in prædam. Hic ex priuato, hic ex publico,
 „ hic ex prophano, hic sacra rapit, hic effringit, hic
 „ transilit, hic, non contentus angusto itinere, ipsa qui-
 „ bus arcetur, euertit: & in lucrum ruinae venit. Hic
 „ sine cæde populatur, hic spolia cruenta manu por-
 „ tat. Nemo non fert aliquid ex altero. In hac auiditate
 „ generis humani, næ tu nimis fortunæ communis oblitus
 „ es, qui quæris inter rapientes, reuerentem. Si indignis
 „ ingratos esse, indignare luxuriosos, indignare auaros, in-
 „ dignare impudicos, indignare ægros, deformes, senes, pal-
 „ lidos. Est istud graue vitium, est intolerabile, & quod
 „ dissociet homines, quod concordiam, qua imbecillitas
 „ nostra fulcitur, scindat ac dissipet. Sed vsque eò vulgare
 „ est, vt illud nec qui queritur quidem effugerit.

T. Ingratitudo.

„ Cogita tecum, an quibuscunque debuisti gratiam retu-
 „ leris, an nullum vnquam apud te perierit officium, an om-
 „ nium te beneficiorum memoria comitetur? Videbis quæ
 „ puero data sunt, ante adolescentiam elapsa: quæ in iuue-
 „ nem collata sunt, non perdurasse in senectutem. Quædam
 „ perdidimus, quædam proiecimus, quædam è conspectu
 „ nostro paulatim exierunt: à quibusdam oculos auertimus.
 „ Vt excusem tibi imbecillitatem tuam, in primis fragilis

est memoria, & rerum turbæ non sufficit. Necesse est quantum recipit, emittat: & antiquissima recentissimis obruat. Sic factum est, vt minima apud te nutricis esset autoritas: quia beneficium eius longius ætas sequens posuit. Sic factum est, vt præceptoris tibi non esset vlla veneratio. Sic euenit, vt circa consularia occupato comitia, aut sacerdotiorum candidato, quæsturæ suffragator excideret. Fortasse vitium, de quo quereris si te diligenter excusseris, in sinu inuenies. Iniquè publico irasceris civi, stultè tuo. Vt absoluaris, ignosce. Meliorem illum facies, ferendo, vtique peiorem exprobrando. Non est, quod frontem eius indures: sine, si quid est pudoris residui, seruet. Sæpe dubiam verecundiam vox conuitiantis clarior rupit. Nemo id esse quod etiam videtur, timet: deprehensus pudor amittitur. Perdidi beneficium. Nunquid quæ consecrauimus, perdidisse nos dicimus? Inter consecrata beneficium est, etiam si male respondit bene collocatum. Non est ille, qualem sperauimus. Simus nos quales fuimus, ei dissimiles. Lib. 7. de Bene. cap. 25. 26. 27. 28. 29.

Quæ ratio est exacerbare eum in quem magna contuleris, vt ex amico dubio fiat non dubius inimicus: & patrociniū sibi nostra infamia quærat? Nec desit qui dicat, Nescio quid est, quod eum, cui tantum debuit, ferre non potuit. Sub est aliquid. Nemo non superioris dignitatem quærendo, etiam si non inquinauit, asperit. Nec quisquam fingere contentus est leuia, cum magnitudine mendacij fidem quærat. Quantò illa melior via, qua seruat illi spes amicitia, & si reuerti ad saniratem velit, etiā amicitia. Vincit malos pertinax bonitas, Nec quisquā tam duri infestique aduersus diligenda animi est, vt etiā iniuriatus, bonos non amet quibus hoc quoque cepit debere, quod impunè nō soluit. Ad illa itaque cogitationes tuas flecte. Non est mihi relata gratia. Quid faciā? Quod dij omnium rerum optimi autores: qui beneficia ignorant, ti dare incipiunt, ingratis perseuerant. Alius illis obiicit negligentiam nostri, alius iniquitatem. Alius illos extra mundum suum proicit: & ignauos, hebetésque sine luce, sine vlllo opere destituit. Alius Solem, cui debemus quod inter laborem quietémque tempus diuisimus, quod non tenebris immergi, confusionem æternæ noctis effugimus,

Tit. indigna
tio contra a-
liorum erra-

ta.

T. Pudor.

T. Mendacium.

T. Opificiū.

T. Providentia.

T. Beneficia Dei.

T. Eleemosina.

T. Dilectio inimicorum.

LIBERALITAS:

Simile.

quod annum cursu suo temperat, & corpora alit, fata euocat percoquit fructus, saxum aliquod ignitum, aut fortuitorum ignium globum, appellat. Nihilominus tamen moie opumorum parentum, qui maledictis suis infantium arri- dent, non cessant Dijs beneficia cogere, de beneficiorum autore dubitantibus: sed equali tenore bona sua pergetes, populosque distribuunt, vna potentiam sortiti, prodesse. Spargunt oportunis imbibus, terras, maria flatu mouent, syderum cursu notant tempora, hyemes aestatesque interuentu lenioris spiritus molliunt, errorem labentium animatum placidi ac propitij ferunt. Imitemur illos. Demus, etiam si multa in iratum data sint. Demus nihilominus alijs, demus ipsis, apud quos iactura facta est. Neminem ad excitandas domos ruina deterruit, & cum penates ignis absumpsit, fundamenta repente adhuc aerea ponimus, & vrbes haustas saepius eodem loco condimus. Adeo ad bonas spes pertinax animus est. Terra, marique humana opera cessarent, nisi male uentia iterum tentare libuisset. Ingratus est. Non mihi fecit iniuriam, sed sibi. Ego beneficio meo cum darem usus sum. Nec ideo pigrius dabo, sed diligentius. Quod in hoc perdidit, ab alijs recipiam. Sed huic ipsi beneficium dabo iterum, & tanquam bonus agricola, cura cultuque sterilitatem soli vincam. Peit mihi beneficium: iste omnibus. Non est magni animi, dare, & perdere. Hoc est magni animi, perdere, & dare. Lib. 7. de Bene. cap. 30. 31. & 32.

Simile.

T. Magnanimitas.

Nemo non cum alteri prodest, sibi profuit. Epist. 82.
Errat si quis existimat facilem rem esse donare. Plurimum ista res habet difficultatis, si modo consilio tribuitur, non casu & impetu spargitur. Hunc promereor, illi credo. Huic succurio, huius misereor. Illum instiuo, dignum quem non deducat paupertas, non occupatum teneat. Quibusdam non dabo quamuis desit: quia etiam si dedero, erit defuturum. Quibusdam offeram, quibusdam etiam inculcabo. Non possum in hac re esse negligens, nunquam magis nomina facio, quam cum dono. Quid tu, inquis, recepturus, donas? imo non perditurus. Eo loco sit donatio, vnde repeti non debeat, reddi possit. Beneficium collocetur quemadmodum thesaurus alter obrutus, quem non eruas, nisi fuerit necesse. Quid domus ipsa diuitis viri: quantam habet benefaciendi materiam? Quis enim

liberalitatem tantum ad togatos vocat? Hominibus prodesse natura iubet, serui liberiue sint hi, ingenui, aut libertini, iustæ libertatis, an inter amicos datæ: quid refert, ubicunque homo est, ibi beneficio locus. Potest itaque pecuniam intra lumen suum diffundere, & liberalitatem exercere: quæ non quia liberis debetur, sed quia à libero animo proficiscitur, ita nominata est. Hæc apud sapientem, nec vnquam in turpes indignosque impingitur: nec vnquam ita defatigata erit, vt non quoties dignum inuenit, quasi ex pleno fluat. Lib. de vita beata. cap.

24.

Bis est gratum quod opus est, vtrò si offeras. Ex publ. Mi.

Beneficia dare qui nescit, iniuste petit. Ex eod.

Beneficium dando accipit, qui digno dedit. Ex eodem.

Beneficia sæpe dare, docere est reddere. Ex eod.

Liberalis etiam dandi causam excogitat. Ex eod.

Beneficia dignis vbi das, omnes obligas. Ex eod.

Cui semper des, vbi neges, rapere imperas. Ex eod.

Pecuniæ imperare oportet, non seruire. Pecunia si vti scias, ancilla est, si nescias, domina. Ex eod.

Pulcherrimum est, omnia prestare nihil exigenti. Ex eodem.

Quid est dare beneficium? Imitari Deum. Ex eod.

Nihil negabis, quod petiturus es, nihil petas, quod negaturus sis. Ex eod.

Beneficium est, semper reddere bonitatis verba. Ex eodem.

Vide etiam contrarium huic. T. Avaritia.

Avaritia, Prodigalitas.

EMittit sapiens illam vocem, quam Romanus imperator emisit, cum illi ob virtutem & bene gestam

Rempublicam, tantum agri decerneretur, quantum

arando vno die circuire potuisset. Non est, inquit, vobis

opus ciue, cui plus opus sit, quam vni ciui. Quanto maioris viri pietas, respuisse hoc munus, quam meruisse.

Multi enim imperatores, fines alius abstulerunt, sibi nemo constituit. Lib. 7. de Bene. cap. 7.

T. Paupertas.

T. Prodigalitas.

A V A R I T I A , P R O D I G A L I T A S .

Quid agis avaritia, quot rerum caritate aurum tuum victum est? Omnia ista quæ retuli, in maiore honore præciò- que sunt. Nunc volo tuas opes recognoscere: Laminas virtutisque materiæ, ad quas cupiditas nostra caligat. At mehercule terra, quæ quicquid utile futurum nobis erat protulit, ista defodit, & merfit, & ut noxiis rebus, ac malo gentium in medium prodituris, toto pòdere incubuit. Video ferrum ex usdem tenebris esse prolatum, quibus aurum, & argentum: ne aut instrumentum in cædes mutuas deesset, aut pietum. Quid fœnus, & kalendarium, & usura, nisi humanæ cupiditatis extra naturam, quæ sita nomina? Possum de rerum natura queri, quòd aurum argentumque non interius absconderit, quòd non illis manus, quàm quod detrahi posset, pondus iniecerit. Quid sunt istæ tabulæ, quid computationes & venale tempus? Voluntaria mala, ex constitutione nostra prodeuntia: in quibus nihil est, quod subiici oculis, quod teneri manu possit, inanis avaritiæ somnia, O miserum! si quem delectat sui patrimonij liber magnus, & vasta spatia terrarum colenda per vincos, & immensi greges pecorum per provincias ac regna pascendi, & familia bellicosis nationibus maior, & ædificia puvata laxitatem vrbium magnarum vincencia. Cùm benè ista per quæ diuitias suas disposuit ac fudit, circumspexerit: superbumque se fecerit. si quicquid habet, ei quod cupit comparet, pauper est. *Et mox,* Cum Caius Cæsar Demetrio ducenta talenta donaret, iudens reiecit: ne dignam quidem summam iudicans, qua non accepta gloriaretur. Dij deæque, quàm pusillo illum animum, aut honorare voluit, aut corrumpere. Reddendum egregio viro testimonium est. Ingentem rem ab illo dici audiui, cum miraretur Caij dementiam, quòd se putasset tanti posse mutari. Si tentare, inquit, me constituerat, toto illi fui experiendus imperio. Lib. 7. de Bene. cap. 10. & 11.

Qui eget diuitiis, timet pro illis. Nemo autem sollicito bono fruitor. Aducere illis aliquid studet, dum de incremento cogitat, oblitus est usus, rationes accipit, forum conterit, kalendarium versat, fit ex domino procurator. Epist. 14.

T. Luxus.

T. Contemptus diuitiarum.

Simile.

Vidisti aliquando canem, missa à domino frustra panis aut carnis aperto ore captantem? quicquid excepit protinus

ñus integrum detorat: & semper ad spem futuri inhiat. Idem euenit nobis: quicquid expectantibus fortuna proiecit, id sine vlla voluptate demittimus: statim ad rapiuam alterius erecti & attenti. Epist. 73.

Quidquid nobis bono futurum erat, Deus & parés noster in proximo posuit. Nón expectauit inquisitionem nostram, & vltro dedit: nocitura altissimè pressit. Nihil nisi de nobis queri possumus. Ea quibus periremus, nolente rerum natura, & abscondente, protulimus. Epist. 111.

¶ Nunc mihi permittite narrare fabulam. Asclepiodotos autor est. Demissos quàm plurimos à Philippo in metallum antiquum olim destitutum, vt explorarent quæ vberitas eius esset, quis status, an aliquid futuris reliquisset vetus auaritia: descendisse illos cum multo lumine, & multos durasse dies, deinde longa via fatigatos, vidisse flumina ingentia, & conceptus aquarum inertium vastos, pares nostris, nec compressos quidem terra supereminente, sed liberæ laxitatis, non sine horrore visos. Cum magna hæc legi voluptate, intellexi enim sæculum nostrum, non nouis vitiis, sed iam antiquitus traditi laborare: nec nostra ætate primum auaritiam, venas terrarum lapidumque rimatam, in tenebris malè obstrusa quæsisse. Illi quoque maiores nostri quos celebramus laudibus, quibus dissimiles querimur nos esse, spe ducti, montes ceciderunt, & supra lucrum sub ruina steterunt. Ante Philippum Macedonem reges fuerunt, qui pecuniam in altissimis vsque latebris sequeretur, & relicto spiritu libero, in illos se demitteret specus, in quos nullū noctiū, dierumque perueniret discrimen, & à tergo lucem relinquerent. Quæ tanta spes fuit? Quæ tanta necessitas hominem ad sydera erectū, incuruauit, & defodit, & in fundum telluris intumæ misit, vt eueret aurū, non minore periculo quærendū, quàm possidendum? Propter hoc cuniculos egit, & circa prædā lutulentam incertamque reptauit, oblitus dierum, oblitus naturæ melioris, à qua se auerit. Nulli ergo mortuo terra tam grauis est, quàm istis supra quos auaritia ingēs terrarū pondus intecit, quibus abstulit cælum, quos in imo, vbi illud malum virus latitat, infodit. Illò descēdere ausi sunt, vbi nouam rerū positionem terrarumque pendētium habitus, ventosque per cæcū mane experirentur, & aquarum in illis fluentium horridos fontes, & altam perpe-



DIVITIÆ.

tuamque noctem. Deinde cum ista feceriat, inferos metuunt. Lib. 5. Nat. Quæst. c. 15.

De contemptu pecuniarum multa dicuntur, & longissimis orationibus hoc præcipitur, ut homines in animo non in patrimonio putent esse diuitias. Eum esse locupletem, qui paupertati suæ aptatus est, & paruo se diuitem fecit. Magis tamen feriuntur animi cum carmina eiusmodi dicta sunt.

” Is minimo eget mortalis, qui minimum cupit.

Quod vult habet, qui velle quod satis est, potest. Epist. 109.

Auarus ipse miseriarum causa est suarum. Ex Pub. Mi.

Auarus nisi eum moritur, nihil rectè facit. Ex eod.

Defunt luxuriarum multa, auaritarum omnia. Ex eod.

Hæredis fletus, sub persona risus est. Ex eod.

In nullum avarus bonus est, in se pessimus. Ex eod.

Instructa inopia est, in diuitiis cupiditas. Ex eod.

T. Senectus.

Monstro similis est auaritia senilis. Ex eod.

Negandi causa, nunquam auaro deficit. Ex eod.

Pecunia non faciat avarum, sed irritat. Ex eod.

Quietissimè viuerent homines in terris, si duo verba tollerentur, scilicet meum, & tuum. Ex eod.

Qui paupertatem timet, timendus est. Ex eod.

Tam deest auaro quod habet, quàm quod non habet. Ex eodem.

Auaro quid mali optes, nisi ut viuat diu? Ex eod.

Vide etiam T. Diuitia. & T. Paupertas.

Diuitiæ, Diuites.

” **D**iscedant aliquando ista insidiosa bona, & sperantibus meliora, quàm assequutis. Si quid in illis esset solidi, aliquando & impleent. Quare potius à fortuna impetrem ut det, quàm à me ne petam? Quare autem petam oblitus fragilitatis humanæ? Epist. 15.

” Quod bonum est, bonos facit. Nam & in arte musica quod bonum est, bonos facit musicos. Fortuita bonum non faciunt, ergo non sunt bona. Quod contemptissimo cuique contingere ac turpissimo potest, bonum non est. Opes autem & lenoni & lanistæ contingunt, ergo non sunt bona. Epist. 88.

Nulli nos vitio natura conciliat. Illa liberos ac inte-

gros genuit. Nihil quidem quod avaritiam nostram irritaret, posuit in aperto. Pedibus aurum & argentum subiecit: calcandumque ac premendum dedit, quicquid est, propter quod calcamur ac premimur. Illa vultus nostros crexit in cœlum, & quidquid magnificentum mirumque fecerat, videri à suspicientibus voluit: ortus occasusque, & properantis mundi volubilem cursum, interdum terrena aperientem, noctu cœlestia: tardos siderum, incessus, si compares toti: citatissimos, si cogites, quanta spatia nunquam intermissa velocitate circummeant: defectus Solis & Lunæ inuicem obstantium. Hæc supra nos natura disponit. Aurum quidem & argentum, & propter ista nunquam pacem agens ferrum, quasi malè nobis committeretur, abscondit. Nos in lucem propter quæ pugnaremus, extulimus. Nos & causas periculorum nostrorum & instrumenta, dissecto terratum pondere eruimus. Nos fortunæ mala nostra tradidimus, nec erubescimus summa apud nos haberi, quæ fuerant ima terrarum. Vis scire, quàm falsus oculos tuos decipit fulgor? Nihil est istis quoadiu mersa & inuoluta cœno suo iacent, fœdus, nihil obscurius: quid ni? Quando per longissimorum cuniculorum tenebras extrahuntur: nihil est illis dum sunt, & à face sua separatur, informius. Denique ipsos opifices intueere, per quorum manus sterile terræ genus & informe perpurgatur: videbis quanta fuligine oblinantur. Atqui ista magis inquinant animos quàm corpora, & in possessore eorum quàm in artifice plus est sordium. Epist. 95.

Abstrahunt à recto diuitiæ, honores, potentia, & cætera, quæ opinione hominum chara sunt, pretio suo vilia. Nescimus æstimare res, de quibus nō cum fama, sed cum rerum natura deliberandum est. Nihil habent ista magnificentum quod mentes nostras in se trahat, præter hoc quod mirari illa consuevimus. Non enim quia concupiscenda illa laudantur, sed quia laudata sunt, concupiscuntur. Hanc præcedentem causam habent diuitiæ. Inflant animos, superbiam & arrogantiam pariunt, inuidiam contrahunt: eò usque mentem alienant, ut fama pecuniæ nos etiam nocitura delectet. Bona, omni culpa carere decet: pura sunt, non corrumpunt animos, non sollicitant: extollunt quidem animos, sed sine tumore. Quæ bona sunt, fiducia faciunt, diuitiæ audaciam. Quæ bona sunt, magnitudi-

T. Opificiū.

“

“

“

“

“

“

“

Æstimatio

rum.

“

“

“

“

nem animi dant: diuitiæ insolentiam. Lib. 1. de pauperē.

T. Prosperitas.

Facit quidem auidos nimia sc̄licitas, nec tam temperatæ cupiditates sunt vnquam, vt in eo quod contigit, desināt. Gradus à magnis ad maiora fit: & spes improbissimas complectuntur insperata assequuti. Lib. 1. de Clem c. 1.

Sapiens non se indignum vllis muneribus putat. Non amat diuitias, sed mauult. Non in animum illas, sed in domum recipit: nec respuit possessas, sed continet, & maiorem virtuti suæ materiã subministrari vult. Quid autē dubij est, quin maior materia sapienti viro sit animū explicandi suum in diuitis, quàm in paupertate: cum in hac vnum genus virtutis sit, non inclinari, nec deprimi: in diuitis, & temperantia, & liberalitas, & diligētia, & dispositio, & magnificentia, campum habeant patentem? Non contemnet se sapiens, etiam si fuerit minimæ staturæ: esse tamen se procerum vellet: & exilis corpore, ac amisso oculo, valebit: mallet tamen sibi corporis esse robur. Et hæc ita, vt sciat esse aliud in se valentius: malam valetudinem tolerabit, bonam optabit. Quædam enim etiamsi in summam rei parua sunt, vt & subduci sine ruina principalis boni possint, adiiciunt tamen aliquid ad perpetuã lætitiã, & ex virtute nascentem. Sic illum afficiunt diuitiæ & exhilarant, vt nauigantem securus & ferēs ventus, vt dies bonus, & in pruina ac frigore apricus locus. Quis porro sapientium nostrorum dico (quibus vnum est bonum virtus) negat etiam hæc quæ indifferentia vocamus, habere in se aliquid pretij: & alia aliis esse potiora? Quibusdam ex his tribuitur aliquid honoris, quibusdam multum. Ne erres itaque: inter potiora diuitiæ sunt.

Quid ergo, inquis, me derides, cum eundem apud te locū habeant, quem apud me? Vis scire quod non habeant eundē locum? Mihi diuitiæ si effluerint, nihil auferent, nisi semetipsas: tu stupebis, & videberis tibi sine te relictus, si illæ à te recesserint. Apud me diuitiæ aliquē locum habebunt, apud te summum. Ac postremo, diuitiæ meæ sunt, tu diuitiarū es. Desine ergo philosophis pecuniã interdicerē. Nemo sapientiã paupertate damnauit. Habebit philosophus amplas opes, sed nulli detractas, nec alieno sanguine cruentas, sine cuiusquam iniuria partas, sine sordidis quæstibus: quarum tã honestus sit exitus, quàm introitus: quibus nemo ingemiscat, nisi malignus. In quan-

tum vis exaggera illas, honesta sunt: in quibus cum multa sint, quæ quisque sua dicere velit, nihil est, quod quisquã suum possit dicere. Ille vero fortunæ benignitatem à se non submouebit, & patrimonio per honesta quæsito, nec gloriabitur, nec erubescet. Habebit tamen etiam quo gloriatur, si aperta domo, & admissa in res suas ciuitate, poterit dicere, quod quisque agnouerit, tollat. O magnũ virum optimè diuitem, si post hanc vocem tantundè habuerit: ita dico, si tuto & securus scrutationem populo præbuerit: si nihil quisquã apud illum inuenerit, quo manus iniiciat, audacter & pro palàm erit diues. Sic sapiens nullum denariũ intra limen suum admittat male intrantẽ. Idem magnas opes munus fortunæ, fructũque virtutis non repudiabit, nec excludet. Quid enim est, quare illis bonum locum inuideat? veniant, hospitentur. Nec iactabit illas, nec abscondet. Alterum infruniti animi est, alterũ timidi & pusilli: velut magnum bonum intra sinum continentis: nec, vt dixi, eiiciet illas è domo. Quid enim dicet? utrũne inutiles estis, an ego vti diuitis nescio? Quẽ admodum qui pedibus suis poterit iter conficere, ascẽdere tamen vehiculum mallet: sic pauper, si poterit esse diues, vult & habebit vtique opes: sed tanquam leues & auolaturas, nec vlli alij, nec sibi graues esse patietur. Donabit Quid? Erexistis aures? Quid? Expeditis sinum? Donabit, aut bonis, aut eis quos facere poterit bonos. Donabit cum summo consilio, dignissimos eliget: vt qui meminerit, tam expensorum, quam acceptorũ rationem esse reddendam. Donabit ex recta & probabili causa. Nam inter turpes iacturas malum munus est. Habebit sinum facilẽ non perforatum: ex quo multa exeant, & nihil excidat. Lib. de vita beata cap. 22. & 23.

Quid ergo inter me stultum & te sapientem virum interest, si utrũque habere volumus? Plurimum, Diuitiæ apud sapientem virum in seruitute sunt, apud stultum in imperio. Sapiens diuitiis nihil permittit, vobis diuitiæ omnia. Vos tanquã aliquis vobis æternã possessionẽ eaiũ promiserit, assuescitis illis, & hæretis: sapiens tunc paupertatẽ præcipuè meditatatur, cum in medijs diuitijs constitit. Nunquam imperator ita paci credit, vt non se præparet bello, quod etiam si non geritur, indictum est. Vos domus formosa, tanquam nec ardere, nec ruere possit,

Simile.

P A V P E R T A S.

Simile.

insolentes, vos opes tanquam periculū omne transcendē-
rint, maiorēsq̄e sint, quā m quibus consumendis satis vi-
rium habeat fortuna, obstupesciunt. Ociosi diuitiis ludi-
tis, nec prouidentis illarum periculum: sicut barbari ple-
rūmq̄e inclusi, & ignari machinarum, segnes laborem
obsidentium spectant, nec quō illa pertineant quæ ex lō-
ginquo struuntur, intelligunt. Idem vobis euenit. Mar-
cetis in vestris rebus, nec cogitatis quot casus vndique
immineant, iam iamque pretiosa spolia daturi. Sipienti
quisquis abstulerit diuitias, omnia illi sua relinquet. Vi-
uit enim præsentiū lätus, futuri securus. Nihil magis

T. Vulgus.

» Socrates inquit, persuasi mihi, quam ne ad opiniones ve-
T. Cōtra de- stras actum vitæ meæ flecterem. Solita conferte vndique
tractores. » verba, non conuitari vos putabo, sed vagire velut infan-
» tes miserimos. Lib. de Vit. bea c. 26.

Vide etiam simitimos huic titulos. Auaritiam. Fortunam.

Paupertas.

Non puto pauperē, cui quantulumcūmq̄e superest.
sat est. Epist. 1.

Cui cum paupertate benè conuenit, diues est. Quid re-
fert quantum illi in arca, quantum in horreis iaceat, quā-
tum pascat, aut fceneret, si alieno imminet, si non acqui-
sita, sed acquirenda computat? Quis sit diuitiarum modus
queris? Primus habere quod necesse est: proximus, quod
sat est. Epist. 2.

Magnæ diuitiæ sunt lege naturæ composita paupertas.
Lex autem illa naturæ scis quos nobis terminos statuit.
Non esurire, non sitire, non algere. Vt famem sitimque de-
pellas, non est necesse superbis assidere luminibus, nec su-
perciliū graue, & contumeliosam etiam humanitatem pa-
ti. Nō est necesse maria tentare, nec sequi castra. Parabile
est, quod natura desiderat, & expositam. Ad superuacua
sudatur. Illa sunt quæ togam conterunt, quæ nos senesce-
re sub tentorio cogunt, quæ in aliena littora impingunt.
Ad manum est, quod sat est. Epist. 4.

Ab Epicuro dictum est, Si ad naturam viues, nunquam
eris pauper: si ad opiniones, nunquam eris diues. Exiguū
natura desiderat, opinio immensum. Congeratur in te
quicquid multi locupletes possederunt, ultra priuatum
pccuniarum modum fortuna te prouchat, auro tegat, purpu-

ia vestiatur, & eò deliciarum opumque perducatur, ut terram marmoribus abscondas, & non tantum habere tibi liceat, sed calcare diuitias: accedant statuae, & picturae, & quicquid ars vlla luxuriae elaborauit: maiora cupere ab his discas. Naturalia desideria finita sunt: ex falsa opinione nascuntur, ubi desinant, non habent: nullus enim terminus falso est. Via eunti, aliquid extremum est: error immensus est. *Simile.*
Retrahe ergo te à vanis: & cum voles scire quod petis, vtrum naturalem habeat, an caecam cupiditatem, considera an possit alicubi consistere. Si longè progresso semper aliquid longius restat, scito id naturale non esse. Epist. 16.

Repraesentat opes sapientia: quas cuiunque fecit super vacuas, dedit. Poteram hoc loco epistolam claudere, nisi te malè instituissem. Reges Parthos non potest quisquam salutare sine munere: tibi vale dicere non licet gratis. Quid istuc? ab Epicuro murum sumam. Multis, parasse diuitias, non finis miseriarum fuit, sed mutatio. Non hoc miror. Non est enim in rebus vitium, sed in ipso anime. Illud quod paupertatem nobis graue fecerat, & diuitias graues fecit. Quemadmodum nihil differt, vtrum ægrum in ligneo lecto, an in aureo colloces (quocunque illum transtuleris, morbum suum secum transfert) sic nihil refert, vtrum animus æger in diuitiis, an in paupertate ponatur: malum suum illum sequitur. Epist. 17.

Nemo alius est Deo dignus, quam qui opes contempserit: quarum possessione tibi non interdico: sed efficere volo, ut illas intrepidè possideas: quod vno consequeris modo, si te etiam sine illis beatè victurum persuaseris tibi, si illas tanquam exituras semper aspexeris. Epist. 18.

Ille ingentis animi est, qui diuitias circumfusas sibi, multum diuque miratus quod ad se venerint: suas audit magis esse quam sentit. Multum est non corrumpi diuitiarum contubernio. Magnus est ille, qui in diuitiis pauper est, sed securior, qui caret diuitiis. Epist. 20. *T. Magnanimitas.*

Quoties aliquid inueni, non expecto donec dicas, in commune: ipse mihi dico. Quid sit quod inuenerim quaeris? Sinum laxa: merum lucrum est. Docebo quomodo fieri diues celerrimè possis, quod valde cupis audire. Nec immerito: ad maximas te diuitias compendiarie ducam. Opus erit tamen tibi creditore, ut negotiari possis. Aes alienum facias oportet: sed nolo per intercessorem mutue-

P A U P E R T A S.

Simile.

insolentes, vos opes tanquam periculū omne transcendē-
rint, maiorēque sint, quā in quibus consumendis satis vi-
rium habeat fortuna, obstupesciunt. Ociosi diuitiis ludi-
tis, nec prouidentis illarum periculum: sicut barbari ple-
rūmque inclusi, & ignari machinarum, segnes laborem
obsidentium spectant, nec quō illa pertineant quæ ex lō-
ginquo struuntur, intelligunt. Idem vobis euenit. Mar-
cetis in vestris rebus, nec cogitatis quot casus vndique
immineant, iam iamque pretiosa spolia daturi. Sapiēti
quisquis abstulerit diuitias, omnia illi sua relinquet. Vi-
uit enim præsētibus lætus, futuris securus. Nihil magis

T. Vulgus.

» Socrates inquit, persuasi mihi, quam ne ad opiniones ve-

*T. Cōtra de-
tractores.*

» stras actum vitæ meæ flecterem. Solita conferte vndique
» verba, non conuertiari vos putabo, sed vagire velut infan-
» tes miserimos. Lib. de Vit. bea. c. 26.

Vide etiam similes huius titulos. Avaritiam. Fortunam.

Paupertas.

Non puto pauperē, cui quantulumcūque superest.
sat est. Epist. 1.

Cui cum paupertate benè conuenit, diues est. Quid re-
fert quantum illi in arca, quantum in horreis iaceat, quā-
tum pascat, aut fœneret, si alieno imminet, si non acqui-
sita, sed acquirenda computat? Quis sit diuitiarum modus
queris? Primus habere quod necesse est: proximus, quod
sat est. Epist. 2.

Magnæ diuitiæ sunt lege naturæ composita paupertas.
Lex autem illa naturæ scis quos nobis terminos statuit.
Non esurire, non sitire, non algere. Vt famem sitimque de-
pellas, non est necesse superbis assidere liminibus, nec su-
perciliū graue, & contumeliosam etiam humanitatem pa-
ti. Nō est necesse maria tentare, nec sequi castra. Parabile
est, quod natura desiderat, & expositum. Ad superuacua
sudatur. Illa sunt quæ togam conterunt, quæ nos senesce-
re sub tentorio cogunt, quæ in aliena litora impingunt.
Ad manum est, quod sat est. Epist. 4.

Ab Epicuro dictum est, Si ad naturam viues, nunquam
eris pauper: si ad opiniones, nunquam eris diues. Exiguū
natura desiderat, opinio immensum. Congeratur in te
quicquid multi locupletes possederunt, vltra priuatum
pecuniæ modum fortuna te prouehat, auro regat, purpu-

ra vestiatur, & eò deliciarum opumque perducatur, ut terram marmoribus abscondas, & non tantum habere tibi liceat, sed calcare diuitias: accedant statuarum, & picturarum, & quicquid ars vlla luxuriarum elaborauit: maiora cupere ab his discas. Naturalia desideria finita sunt: ex falsa opinione nascentia, ubi desinant, non habent: nullus enim terminus falso est. Via eunti, aliquid extremum est: error immensus est. *Simile.*
Retrahe ergo te à vanis: & cum voles scire quod petis, utrum naturalem habeat, an cæcam cupiditatem, considera an possit alicubi consistere. Si longè progresso semper aliquid longius restat, scito id naturale non esse. Epist. 16.

Repræsentat opes sapientia: quas cuiunque fecit super vacuas, dedit. Poteram hoc loco epistolam claudere, nisi te malè instituissem. Reges Parthos non potest quisquam salutare sine munere: tibi vale dicere non licet gratis. Quid istuc? ab Epicuro mutuam sumam. Multis, parasse diuitias, non finis miseriarum fuit, sed mutatio. Non hoc miror. Non est enim in rebus vitium, sed in ipso animo. Illud quod paupertatem nobis grauè fecerat, & diuitias graues fecit. Quemadmodum nihil differt, utrum ægrum in ligneo lecto, an in aureo colles (quocunque illum transtuleris, morbum suum secum transfert) sic nihil refert, utrum animus æger in diuitiis, an in paupertate ponatur: malum suum illum sequitur. Epist. 17.

Nemo alius est Deo dignus, quam qui opes contempserit: *Christiana* quarum possessione tibi non interdico: sed efficere volo, ut *vox.* illas intrepidè possideas: quod vno consequeris modo, si te etiam sine illis beatè victurum persuaseris tibi, si illas tanquam exituras semper aspexeris. Epist. 18.

Ille ingentis animi est, qui diuitias circumfusas sibi, multum diuque miratus quod ad se venerint: suas audit magis esse quam sentit. Multum est non corrumpi diuitiarum contubernio. Magnus est ille, qui in diuitis pauper est, sed securior, qui caret diuitiis. Epist. 20. *T. Magnanimitas.*

Quoties aliquid inueni, non expecto donec dicas, in commune: ipse mihi dico. Quid sit quod inuenerim quæris? Sinum laxa: merum lucrum est. Docebo quomodo fieri diues celerrimè possis, quod valde cupis audire. Nec immerito: ad maximas te diuitias compendiarie ducam. Opus erit tamen tibi creditore, ut negotiari possis. Aes alienum facias oportet: sed nolo per intercessorem mutue-

Ti. Parsi-
monia.

ris nolo proxonetz nomen tuum iactentur. Paratum tibi
creditorum dabo. Catonianum illud à te mutuum sumes.
» Quantuluncúnque est, satis erit, si quidquid deerit, id à
» nobis petierimus. Nihil, Nihil enim mi Lucili interest, v-
» trum non desideres, an habeas. Summa rei in vtroque eadē
» est. Nec illud præcipio, vt aliquid naturæ neges: {contu-
» max est: non potest vinci: suum poscit: sed vt quicquid
» naturam excedit, scias precarium esse, non necessarium. E-
» surio: edendum est. Vtrum hic panis sit plebeius, an siligi-
» neus, ad naturam nihil pertinet. Illa ventrem non delecta-
» ri vult, sed impleri. Sitio. Vtrum hæc aqua sit, quam ex la-
» cu proximo excepero: an ea quam multa niue elifero, vt
» rigore refrigeretur alieno, ad naturam nihil pertinet. Illa
» hoc vnum iubet, sitim extinguere. Vtrum sit aureum pocu-
» lum, an crystallinum, an vitreum, an tyburtinus calix, an
» manus concava nihil refert. Finem omnium rerum specta,
» & superuacua dimitte. Fames me appellat: ad proxima
» quæque porrigatur manus. En ipsa mihi commendauit,
» quodcúnque comprehendero. Nihil contemnit esuriens.
» Quid sit ergo quod me delectauerit, quæris? Videtur mihi
» egregiè dictum. Sapiens diuitiarum naturalium est quæsi-
» tor acerrimus. Inani me, inquis, lance muneris. Quid est il-
» lud inane? Nam ergo iam paraueram fiscos. Circumspicie-
» bam in quod me mare negociaturus immitterem: quod pu-
» blicum agitarem: quas accerserem merces. Decipere est il-
» lud, docere paupertatem, cum diuitias promiseris. Ita tu
» pauperem iudicas cui nihil deest? Suo, inquis, & pacien-
» tiæ suæ beneficio, non fortunæ. Ideò ergo illum non iudi-
» cas diuitem: qua diuitiæ eius desinere non possunt? Vtrum
» malis habere multum, an satis? Qui multum habet, plus
» cupit: quod est argumentum, non dum illum satis habere.
» Qui satis habet, consequutus est (quod nunquam diuiti
» contigit) finem. Has ideo non putas esse diuitias, quia pro-
» pter illas nemo proscriptus est? quia propter illas nulli ve-
» nenū fili⁹, nulli vxor impegit? quia in bello tutæ sūt? quia
» in pace otiosæ? quia nec habere illas periculosum est nec o-
» perosum disponere? An parū habet, qui tantū nō alget, nō
» esurit, nō sitit? Plus Iuppiter non habet, Nūquam parū est,
» cui satis est. Nūquam multū est, cui satis non est. Post Da-
» rium & Indos, pauper est Alexāder Macedo: quærit quod
» suum faciat; scrutatur maria ignota, in Oceanum classes

mittit nouas, & (vt ita dicam) mundi claustra perrumpit. Quod naturæ satis est, homini non est. Inuentus est, qui concupisceret aliquid post omnia. Tanta est cæcitas mentium, & tanta inuiciorum suorum unicuique, cum processit, obliuio. Ille modo ignobilis anguli non sine controuersia dominus: de tanto sine terrarum per suum rediturus orbem tristis. Neminem pecunia diuitem fecit: imo contra, nulli non maiorem sui cupiditatem incussit. Quæris quæ sit huius rei causa? Plus incipit habere posse, qui plus habet. At hic, qui se ad id quod natura exigit composuit, non tantum extra sensum est paupertatis, sed extra metum.

At excæcant populum, & in se conuertunt opes: si numerati multum ex aliqua domo effertur: si multum auri recto quoque eius illinitur: si mamilla aut corporibus electa, aut spectabilis cultu est. Omnium istorum fœlicitas in publicum spectat: ille quem nos & populo & fortunæ subduximus, beatus introrsum est. Nã quod ad illos pertinet, apud quos falso diuitiarum nomen inuasit, occupata paupertas, sic diuitias habent, quomodo habere dicimus febrem cum illa nos habet. E contrario dicere debemus, febris illum tenet: eodem modo dicere debemus, diuitiæ illum tenent. Epist. 120.

T. Fœlicitas.

Simile.

Ad hoc vnum amanda est paupertas, quod à quibus ameris, ostendat. Lib. de paupertate.

Paupertas mihi grauis est, Imo tu grauior paupertati. Non in paupertate vitium est, sed in paupere. Illa expedita est, hilari, tuta. Pauper sum. Nescis te opinione, non te laborare. Pauper es, quia videris. Pauper sum. Nihil deest auibus. Pecora in diem viuunt, feris ad alimenta solitudo sua sufficit. Accepit ille grandem pecuniam. Ergo & superbiam. Lib. de Remed. Fortuit.

Pecuniam perdidisti. Fortasse te illa perdidisset. Pecuniam perdidisti: sed habuisti. Pecuniam perdidisti. Sed habebis inde periculi minus. Pecuniam perdidisti. O te fœlicem, si cum illa auaritiam perdidisti! Sed si manet illa apud te, es tamen utrunque fœlicior: quod tãto malo materia subducta est. Perdidisti pecuniam: & illa quidem quàm multos. Eris nunc in via expeditior, domi tutior. Non habebis, sed non timebis hæredem. Exonerauit te fortuna, si intelligis, & tutiore loco posuit. Damnum putas: remedium est. Desles,

P A V P E R T A S.

gemis, miserum te clamitas, quod opibus excussus es. Tuo vitio ista tibi iactura tam tristis est: non tam molestè ferres, si tanquam perditurus habuisses. Li. de Rem. Fort.

T. Diuite.

Transeamus ad patrimonia, maximam humanarum ærumnarum materiam. Nam si omnia alia quibus angimur compares, mortes, ægrotationes, metus, desideria, dolorum laborumque patientiam, cum iis quæ nobis mala pecunia nostra exhibet, hæc pars multum prægrauabit. Itaque cogitandum est, quantò leuior dolor sit, non habere quàm perdere: & intelligimus paupertatem eò minorem tormentorum, quo minorem damnorum esse materiam. Erras enim si putas animosius detrimenta diuites ferre. Maximis minimisque corporibus par est dolor vulneris. Bion eleganter ait, Non minus molestum esse caluis, quàm comatis pilos velli. Idè scias licet de pauperibus locupletibusque: par illis esse tormentum. Vtrisque enim pecunia sua adhæsit: nec sine sensu auelli potest. Tolerabilius autem est, vt dixi, faciliusque non acquirere, quàm amittere. Ideoque lætiores videbis quos nunquàm fortuna respexit, quàm quos deseruit. Vidit hoc Diogenes vir ingentis animi, & effecit, ne quid sibi eripi posset. Tu istud paupertatè, inopiam, egestatem voca, & quod voles ignominiosum securitati nomen impone. Putabo hunc non esse fœlicem, si quem mihi alium inueneris, cui nihil pereat. Aut fallor, aut regnum est inter auaros, circūscriptores, latrones, plagiarios, vnum esse cui noceri non possit. Si quis de fœlicitate Diogenis dubitat, potest idem dubitare & de Deorum immortalium statu, an parum beatè degent, quod illis non prædia nec horti sint, nec alieno colono rura pretiosa, nec grande in foro fœnus. Non te pudet quisquis diuitiis ad stupes? Respice agedum mundum, Nudos videbis Deos, omnia dantes, nihil habentes. Hunc tu pauperem putas, an Diis immortalibus similem, qui se fortuitis omnibus exiit? Fœliciores tu Demetrium Pompeianum vocas: quem non puduit locupletiores esse Pompeio? Numerus illi quotidie seruorum, velut imperatori exercitus, referebatur. At Diogeni seruus vnicus fugit, nec eum reducere cū monstraretur, tanti putauit. Turpe est, inquit, Manem sine Diogene posse viuere, Diogenem iam sine Mane non posse. Videtur mihi dixisse, Age tuum negotium fortuna: nihil apud Diogenem tui est: Fugit mihi seruus, imò liber

Simila.

T. Fœlicitas.

gemis, miserum te clamitas, quod opibus excussus es. Tuo vitio ista tibi iactura tam tristis est: non tam molestè ferres, si tanquam perditurus habuisses. Li. de Rem. Fort.

T. Diuite.

Tranreamus ad patrimonia, maximam humanarum ærumnarum materiam. Nam si omnia alia quibus angimur compares, mortes, ægotationes, metus, desideria, dolorum laborumque patientiam, cum iis quæ nobis mala pecunia nostra exhibet, hæc pars multum prægrauabit. Itaque cogitandum est, quantò leuior dolor sit, non habere quàm perdere: & intelligimus paupertatem eò minorem tormetorum, quo minorem damnorum esse materiam. Erras enim si putas animosius detrimenta diuites ferre. Maximis minimisque corporibus par est dolor vulneris. Bion eleganter ait, Non minus molestum esse caluis, quàm comatis pilos velli. Idè scias licet de pauperibus locupletibusque: par illis esse tormentum. Vtrisque enim pecunia sua adhæsit: nec sine sensu auelli potest. Tolerabilius autem est, vt dixi, faciliusque non acquirere, quàm amittere. Ideoque lætiores videbis quos nunquàm fortuna respexit, quàm quos deseruit. Vidit hoc Diogenes vir ingentis animi, & effecit, ne quid sibi eripi posset. Tu istud paupertatè, inopiam, egestatem voca, & quod voles ignominiosum securitati nomen impone. Putabo hunc non esse fœlicem, si quem mihi alium inueneris, cui nihil pereat. Aut fallor, aut regnum est inter auaros, circûscriptores, latrones, plagiarios, vnum esse cui noceri non possit. Si quis de fœlicitate Diogenis dubitat, potest idem dubitare & de Deorum immortalium statu, an parum beatè degent, quod illis non prædia nec horti sint, nec alieno colono rara prætiosa, nec grande in foro fœnus. Non te puder quisquis diuitiis ad stupes? Respice agedum mundum, Nudos videbis Deos, omnia dantes, nihil habentes. Hunc tu pauperem putas, an Diis immortalibus similem, qui se fortuitis omnibus exiit? Fœliciores tu Demetrium Pompeianum vocas: quem non puduit locupletiores esse Pompeio? Numerus illi quotidie seruorum, velut imperatori exercitus, referebatur. At Diogeni seruus vnicus fugit, nec eum reducere cū monstraretur, tanti putauit. Turpe est, inquit, Manem sine Diogene posse viuere, Diogenem iam sine Mane non posse. Videtur mihi dixisse, Age tuum negotium fortuna: nihil apud Diogenem tui est: Fugit mihi seruus, imò liber

Simile.

T. Fœlicitas.

abiit. Familia vestiarius petit victumque. Tot ventres a-
 vidissimorum animalium tuendi sunt. Emenda vestis, &
 custodiendæ rapacissimæ manus, & stentium detestantium-
 que ministeris utendum. Quis ille felicior, qui nihil
 vlli debet, nisi quod facillimè negat sibi. Sed quoniam nō
 est tantum roboris nobis, angustanda certè sunt patrimo-
 nia: vt minus ad iniurias fortunæ simus expositi. Habilio-
 ra sunt corpora in bello quæ in arma sua contrahi possunt,
 quàm quæ superfunduntur, & vndique magnitudo sua
 vulneribus obiecit. Optimus pecuniæ modus est, qui nec
 in paupertatem cadit, nec procul à paupertate discedit.
 Placebit autem hæc vobis mensura, si prius parsimonia pla-
 cuerit: sine qua nec vllæ opes sufficiunt, nec vllæ non satis
 parèt: præsertim cum in vicino remedium sit, & possit ipsa
 paupertas in diuitias se, aduocata frugalitate, conuertere.
 Assuescamus à nobis remouere pompam, & vsu rerum or-
 namenta meriri. Cibus famem domet, potio sitim: libido
 necesse est effluat. Discamus membris nostris inniti, cultū
 victumque non ad noua exempla componere, sed vt ma-
 iorum suadent mores. Discamus continentiam augere, lu-
 xuriam coërcere, gulam temperare, iracundiam lenire, pau-
 pertatem æquis oculis aspicere, frugalitatem colere, etiam
 si nospudebit, desideris naturalibus paruo parata remedia
 adhibere: spes effrenatas, & animum in futura eminētem,
 velut sub vinculis habere, id agere vt diuitias à nobis po-
 tius quàm à fortuna petamus. Non potest inquam tanta
 varietas, & iniquitas casuum ita depelli, vt non multum
 procellarum irruat magna armamenta pendentibus. Co-
 gendæ in arctum res sunt, vt tela in vanum cadant. Ideo-
 que exilia interdum calamitatésque in remedium cessere,
 & leuioribus incommodis grauiora sanata sunt, vbi pa-
 rû audit præcepta animus, nec curari mollius potest. Quid
 ni consulitur: si & paupertas & ignominia, & rerum euer-
 sio adhibetur? Malo malum opprimitur. Assuescamus ergo
 cœnare posse sine populo, & seruis paucioribus seruire, &
 vestes parare in quod inuenta sunt, habitare contractius.
 Lib. 1. de Tranq. vit. cap. 8. & 9.

In paupertate nihil mali esse, quisquis (modo non dum
 peruenit in insaniam omnia subuertentis auaritiæ ac luxu-
 riæ) intelligit. Quamtulum est enim quod in tutelam ho-
 minis necessarium sit, & cui deesse hoc potest, vllam mo-

Simile.

T. Parsimo-
nia.

Simile.

T. Aduer-
sas.

T. Parsimo-
nia.

P A V P E R T A S.

T. Gula, Lu
xiii.

T. Luxu.

do virtutem habenti: Quod ad me quidem pertinet, intel-
 ligo me non opes, sed occupationes perdidisse: corporis
 exigua desideria sunt: figus submouere vult, alimentis
 famem ac sitim extinguere, quicquid extra concupiscitur,
 vitiis non v sibus laboratur: non est necesse omne perscru-
 tari profundum, nec strage animalium ventrem onerare,
 nec conchylia vltimi maris ex ignoto littore eruere. Dij
 istos Deæque perdant, quorū luxuria tam inuidiosi impe-
 rij, fines trāscendit. Ultra Phasim capi volūt, quod ambitio
 sampopinam instiuat: nec piget à Parthis, à quibus nondū
 pœnas repetimus, aues petere. Vndique conuehunt om-
 nia nota fastidienti gulæ. Quod dissolutus deliciis stoma-
 chus vix admittat, ab vltimo portatur Oceano. Vomunt
 vt edant, edunt vt vomant epulas, quas toto orbe conqui-
 runt: nec concoquere dignantur. Ista si quis despicit, quid
 illi paupertas nocet? Si quis concupiscit, illi paupertas e-
 tiam prodest. Inuitus enim sanatur, & si remedia ne coa-
 ctus quidem recipit, interim certè dum non profunt illa,
 nolenti similis est. C. Cæsar (quem mihi videtur, rerum na-
 tura edidisse, vt ostenderet, quid summa vitia in summa
 fortuna possent) centies sestertio cœnauit vno die: & in
 hoc omnium adiutus ingenio, vix tamen inuenit quomo-
 do prouinciarum tributum vna cœna fieret. O miserabi-
 les, quorum palatum, nisi ad preciosos cibos non excita-
 tur. Preciosos autem, non eximius sapor, aut aliqua fau-
 cium dulcedo, sed raritas & difficultas parandi facit. Alio-
 quin si ad sanam illis mentem placeat reuerti, quid opus
 est tot artibus ventri seruientibus? quid mercaturis? quid
 vastatione sylvarum? quid profundi perscrutatione? pas-
 sim iacent alimenta, quæ rerum natura omnibus locis dis-
 posuit: sed hæc velut cæci transeunt, & ad omnes regio-
 nes peruagantur, maria traiciunt: & cum famem exiguo
 cibo possint sedare, magno irritant. Libet dicere, quid de-
 ducitis naues? quid manus & aduersus feras & homines
 armatis? Quid tanto tumultu discurritis? quid opes opibus
 aggeritis? Non vultis cogitare, quàm parua nobis corpora
 sint. Nonne furor & vltimus mentiū terror est, cum tā exi-
 guū capias, cupere multū. Licet itaque augeatis cœsus, pro-
 moueatis sinus, nunquā tamé corpora vestra laxabitis. Cū
 bene cesserit negotiatio, multū militia retulerit, cum inda-
 gati vndique cibi coterint, nō habebitis vbi istos appara-

tus vestros colloceris. Quid tam multa conquiritis? Ma-
 iores nostri (quorum virtus etiam num vitia nostra susten-
 tat) infœlices erant: qui sibi manu sua parabant cibum:
 quibus terra cubile erat: quorum tecta non dum auro
 fulgebant. Quorum templa nondum gemmis renite-
 bant: Itaque tunc perfœdiles Deos religiosè iuraba-
 tur, qui per illos iurauerant, ad hostem morituri, ne falle-
 rent, redibant. Scilicet minus beatè viuebat dictator no-
 ster, qui Samnitum legatos audit, cum vilissimum cibum
 in foco ipse manu sua versaret, illa (qua iam sæpe hostem
 percusserat lanceam) in capitolini Iouis gremio reposue-
 rat. Atqui Apicius nostra memoria vixit: qui in ea vrbe,
 ex qua aliquando philosophi velut corruptores iuuentu-
 tis abire iussi sunt, scientiam popinæ professus: disciplina
 sua seculum infecit: cuius exitum nosse operepretium est:
 Cum sestertium milies in culinam congesisset, cum tot
 congiaria principum, & ingens Capitolij vectigal singu-
 lis comestationibus exhausisset, ære alieno oppressus, ra-
 tiones suas tunc primum coactus inspexit: superfuturum
 sibi sestertium centies computauit: & velut in vltima
 fame victurus, si in sestertium centies vixisset, vene-
 no vitam finiuit. Quanta luxuria erat, cui sestertium
 centies egestas fuit, nunc, & puta pecuniæ modum ad rem
 pertinere non animi. Sestertium centies aliquis extimuit,
 & quod alij voto petunt, veneno fugit. Illi vero tam pra-
 uæ mentis homini vltima potio saluberrima fuit. Tunc
 venena edebat, bibebátque, cum immensis epulis non de-
 lectaretur tantum, sed gloriaretur, cum vitia sua ostenta-
 ret, cum ciuitatem in luxuriam suam conuerteret, cum iu-
 uenturem ad imitationem sui sollicitaret, etiam sine malis
 exemplis per se docilem. Hæc accidant diuitias non ad ra-
 tionem reuocantibus, cuius certi sunt fines: sed ad vitio-
 sam consuetudinem, cuius immensum & incomprehensi-
 bile arbitrium est. Cupiditati nihil est satis, naturæ etiam
 satis est parum. Nullum ergo paupertas exulis incommo-
 dum habet: nulli etiam tam inops exilium est, quod non
 alendo homini abunde fertile sit. An vestem, an domum
 desideraturus est exul? si hoc quoque ad vsum tantum de-
 siderabit, nec tectum ei deerit, nec velamentum. AEquè e-
 nim exiguo tegitur corpus, quàm alitur. Nihil enim ho-
 mini natura, quod necessarium sciebat, fecit operosum. Si

P A V P E R T A S.

» desiderat saturatam multo conchylio purpuram, intextam
 » auro, variisque coloribus distinctam & artibus: non for-
 » tunæ iste vitio, sed suo pauper est: etiamsi illi quicquid a-
 » miserit restitueris, nihil ages. Plus enim restituendo dee-
 » rit ex eo quod cupit, quam exuli ex eo quod habuit. Si
 » desiderabit aureis fulgentem vasis supellectilem, & an-
 » tiquis nominibus artificum argentum nobile, æs pauco-
 » rum insania pretiosum, & seruorum turbam quæ quan-
 » uis magnam domum angustet, iumentorum corpora dif-
 » feita & coacta pinguescere, & nationum omnium lapides:
 » ista congerantur licet, nunquam explebunt inexplebi-
 » lem animum: non magis quam vllus sufficiet humor ad
 » satiandum eum, cuius desiderium non ex inopia sed ex æ-
 » flu ardentium viscerum oritur: non enim sitis illa sed mor-
 » bus. Nec hoc in pecunia tantum aut alimentis euenit. Ea-
 » dem natura est in omni desiderio, quod modo non ex ino-
 » pia, sed ex vitio nascitur: quicquid enim illi congesseris,
 » non finis erit cupiditatis, sed gradus. Qui continebit ita-
 » que se intra naturalem modum, paupertatem non sentiet:
 » qui naturalem modum excedet, eum in summis opibus quo-
 » que paupertas sequetur. Necessariis rebus & exilia suffi-
 » ciunt, superuacuis nec regna. Animus est qui diuites facit:
 » hic in exilia sequitur, & in solitudinibus asperissimis, cum
 » quantum satis est sustinendo corpori inuenit, ipse bonis suis
 » abundat & fruitur. Pecunia nihil ad animum pertinet, non
 » magis quam ad Deos immortales: omnia ista quæ imperita
 » ingenia, & nimis corporibus suis addicta suspiciunt: scili-
 » cet lapides, aurum, & argentum, & magni leuatique men-
 » sarum orbes, terrena sunt pondera: quæ non potest amare
 » syncerus animus, ac naturæ suæ memor, & quodocunque
 » emissus fuerit, ad summa emicaturus. Nec me putes ad ele-
 » uanda incommoda paupertatis (quam nemo grauem sen-
 » tit, nisi qui putat) vti tantum præceptis sapientum. Primum
 » aspice quantum maior pars sit pauperum, quos nihilo no-
 » tabis tristiores sollicitioresque diuitibus: imo nescio an eo-
 » lætiores sint, quod animus eorum in pauciora restringi-
 » tur. Lib. de Consolatio. ad Albinam à 9. vsque ad 12. cap.

Hominem experiri multa paupertas iubet. Ex Pub. Mi.

Quæ sunt maximæ diuitiæ? non desiderare diuitias. Ex
 eodem.

Quis plurimum habet? is qui minimum cupit. Ex eod.

imile.

*T. Cupidi-
tas.*

*T. Parsi-
monia.*

T. Luxu.

Vide etiam hac de re finitimos huic Titulos, Dinitia, Liberalitas, Avaritia, Luxus, Gula.

Fortitudo.

Quid profecerim, morti crediturus sum. Non timide itaque componor ad illum diem, quo remotis strophis ac fucis, de me pronuntiaturus sum, vtrum loquar fortia, an sentiam: nunquid simulatio fuerit & mimus quidquid contra fortunam iactavi verborum contumacium. Remoue existimationem hominum: dubia semper est, & in partem vtramque diuiditur. Remoue studia tota vita tractata: mors de te pronuntiatura est. Ita dico, disputationes, & literata colloquia, & ex praeceptis sapientium verba collecta, & eruditus sermo, non ostendunt verum robur animi. Est enim oratio etiam timidissimis audax. Quid egeris, tunc apparebit, cum animam agis. Epist. 26.

T. Doctor.

T. Mors.

Ego non dubito, quin magis laudem truncam illam, & retorridam manum Mutij, quam cuiusque fortissimi saluam. Stetit hostium flammarumque contemptor, & manum suam in hostili foculo distillantem spectauit, donec Porfena, cuius poenae fauebat, gloriae inuidit: & ignem inuito eripi iussit. Hoc bonum, quid ni inter prima numerem: tantoque maius putem, quam illa secura & intentata fortunae, quanto rarius est, hostem amissa manu vicisse, quam armata? Quid ergo, inquis? hoc bonum tibi optabis? Quid ni? hoc enim, nisi qui potest & optare, non potest facere. Quid ni ergo foeliciorum putem Mutium qui sic tractauit ignem, quasi illam manum tractatori praestitisset? In integrum restituit, quidquid errauerat. Epi. 67.

Si homo erectis oculis gladios micantes videt, & si scit sua nihil interesse, vtrum anima per os, an per iugulum exeat, beatum voca. Si cum illi denuntiata sunt corporis tormenta, & quae casu veniunt, & quae potentioris iniuria, si vincula, & exilia, & vanas humanarum, formidines mentium, securus audit, & dicit, Non vlla laborum o virgo noua mi facies, inopinave surgit: Omnia percepi, atque animo mecum ipse peregi. Tu hodie ista denuntias, ego semper denuntiaui mihi: hominem parauit ad humana: praeparati mali mollis ictus venit. Ideo sapiens assuescit futuris.

T. Ad patientiam praeparatio.

FORTITUDO.

malis, & quæ alij diu patiendo, leuia faciunt, hic leuia facit, diu cogitando. Epist. 77.

T. Libertas. Non sumus in vllius potestate, cum mors in nostra potestate sit. Epist. 92.

Hoc tamen habent in se pessimum sophismata, dulcedinem quandam sui faciunt, & animum specie subtilitatis inductum, tenent atque remorantur: cum tanta rerum moles vocet, cum vix tota vita sufficiat, vt hoc vnum discas, vitam contemnere. Quid regere inquis? Secundum opus est. Nam nemo illam bene rexit, nisi qui contempserat. Epist. 112.

T. Scientia. Post tractatas quasdam inutiles questiones, Seneca sic ait.

Hæc disputamus attractis superciliis, fronte rugosa. Non possum hoc in loco dicere illud Cæcilianum, O tristes ineptias! ridiculæ sunt. Quin itaque potius aliquid vtile nobis ac salutare tractamus, & quærimus: quomodo ad virtutes venire possumus, quæ ad illas via adducat? Doce me non an fortitudo animal sit, sed nullum animal fœlix esse fortitudine, nisi contra fortuita conualuit, & omnes casus antequam exciperet, meditando prædomuit. Quid est fortitudo? Munimentum humanæ imbecillitatis inexpugnabile. Quod qui circumdedit sibi, securus in hac vitæ obfatione perdurat. Vtitur enim suis viribus, suis telis. Hoc loco tibi Posidonij nostri sententiam referre. Nō est quod vnquam fortunæ armis putes esse te tutum. Tuis pugna, contra ipsam fortunam non armant illa quæ contra hostes. Instructi, contra illam inermes sunt. Alexander quidem Persas, & Hyrcanos, & Indos, & quicquid gentium in Oceanum extendit Oriens, vastabat, fugabatque. Sed ipse modo occiso amico, modo amisso, iacebat in tenebris, aliàs scelus, aliàs desiderium suum mœrens, victor tot regum atque populorum, iræ tristitiæque succubuit. Id enim egerat, vt omnia potius haberet in potestate, quam affectus. O quam magnis homines erroribus tenentur, qui ius dominandi trans maria cupiunt præmittere, fœlicissimosque se iudicant si multas per milites provincias obtinent, & nouas veteribus adiungunt, ignari quod sit illud ingens paruūque regnum. Imperare sibi maximum imperium est. Epist. 114.

*T. Victoria
sua.*

Horatius Cocles solus impleuit pontis angustias, adimisque à tergo sibi reditum, dum modo iter hosti auferretur.

retur, iussit: & tandiu restitit prementibus, donec reuulsa ingenti ruina, tignâ sonuerunt. Postquam respexit, & extra periculum esse patriâ periculo suo sensit, veniat si quis vult, inquit, sic euntem sequi: deditque se in præceps: & non minus sollicitus in illo rapido alveo fluminis, ut armatus, quam ut saluus exiret, retento armorû victricium decore, tã tutus rediit, quam si è ponte venisset. Epist. 121.

Ti. Pietas in patriam.

“
“
“

Intelligo quid iandudum desideres, quid efflagites, malo, inquis, fulmina non timere, quam nosse. Itaque alios doce quemadmodum fiant. Ego mihi metum illorum exiti malo, quam naturam indicari. Sequar quò vocas: omnibus enim rebus omnibûsque sermonibus, aliquid salutare miscendum est. Cum imus per occulta naturæ, cum diuina tractamus, vendicandus est à malis suis animus, ac subinde firmandus: quod etiam eruditus, & hoc vnum agētibus necessarium est, non ut effugiamus ictus rerum (vndique enim tela in nos iaciuntur) sed ut fortiter constanterque patiamur. Inuicti esse possumus, incòcussi non possumus: quanquam interim spes subit, inconcussos quoque esse nos posse. Quomodo inquis? Contemne mortem, & omnia quæ ad mortem ducunt, licet illa bella sint, siue naufragia, seu morsus ferarum, siue ruinarum subito lapsu procidentium pondera. Nūquid aliud facere possunt quam ut corpus ab anima resoluant? Hæc nulla diligentia tuitat, nulla felicitas domat, nulla potentia euincit. Mors omnes æquè vocat: Iratis Diis propitiis que moriendum est. Animus ex ipsa desperatione sumatur. Ignauissima animalia, quæ natura ad fugam genuit, vbi exitus non patet, tētant corpore imbelli. Nullus perniciosior hostis est, quam quem audacem angustia faciunt, longèque violentius semper ex necessitate quam ex virtute corrigimur: Maiora aut certè paria conatur animus magnus ac perditus. Cogitemus nos tanquam ad mortē proditos esse: & sumus. Ita est Lucili. Omnes reseruemur ad mortem. Totum hunc quem videmus populum, quousque cogitas esse? Citò natura reuocabit & condet, nec de re; sed de die queritur. Eodem citiusuè, tardiusuè veniendum est. Quid ergo? Non tibi timidissimus omnium videtur & insipientissimus; qui magno ambitu rogat horam mortis? Nonne contemneres eum qui inter perituros constitutus; beneficii loco peteret, ut vltimus ceruicem præberet? Id

T. Lingua moderatio

T. Vita
T. Mors.

“
“
Simile.

Ti. Adversitas.

T. Vita & mors.

Simile.

facimus. Magno æstimamus mori tardius. Quid interest, ad mortem iussi eamus, an vlronei? O te dementem & oblitum fragilitatis tuæ, si tunc mortem times, cum tonat. Itane salus tuæ in hoc vertitur? Viues, si fulmen effugis? Petet te gladius, petet te lapis, petet febris. Non maximum ex periculis tuis, sed speciosissimum fulmen est. Male scilicet erit actum tecum, si sensum mortis tuæ celeritas infinita præuenerit. Li. 2. cap 59. Nat. quæst.

T. Vita pe-
riculis refer-
ta.

Pompeios, celebrem Campaniæ urbem sedisse terræ motu, vexatis quæcunque adiacebant regionibus, Lucili virorum optime, audiuimus, & quidem diebus hybernis, quos vacare à tali periculo maiores nostri solebant promittere. Quid cuiquam satis tutum videri potest, si mundus ipse concutitur, & partes eius solidissimæ labant? si, quod vnum immobile est in illo fixumque, vt cuncta in se intenta sustineat, fluctuat? si, quod proprium habet terra, perdidit, stare: vbi tandem resident metus nostri? Quod corpora receptaculum inuenient? quò sollicita confugient, si ab imo metus nascitur, & funditus trahitur? Conflatio omnium est, vbi tecta crepuere, & ruina signum dedit: tunc præceptis quisque se proripit, & penates suos deserit, ac se publico credit. Quam latebram prospicimus, quod auxilium si orbis ipse ruinas agitet? si hoc quod nos tuetur ac sustinet, supra, quod vrbes sitæ sunt, quod, fundamentum quidam orbis esse dixerant, discedit ac turbat. Quid tibi esse non dico auxiliij, sed solatiij potest, vbi timor fugam perdidit? Quid est, inquam, satis munitum? Quid ad tutelam alterius ac sui firmum? Hostem muro repellâ: præruptæ altitudinis castella vel magnos exercitus difficultate aditus morabuntur. A tempestate nos vindicant portus. Nimborum vim effusam: & sine fine cadentes aquas, tecta propellunt: fugientes non sequitur incendiû, aduersus tonitrua & minas cœli subterranea domus & defossi in altum specus, remedia sunt. Ignis ille cœlestis non transueibat terram, sed exiguo eius obiectu retunditur. In pestilentia mutare sedes licet. Nullum malum sine effugio est. Nunquam fulmina populos percusserunt, Pestilens cœlum exhausit vrbes non abstulit. Hoc malum latissimè patet, inuitabile, auidum, publicè noxium. Non enim domos solû, aut familias, aut vrbes singulas haurit, sed gentes totas, regionisque subueitit, & modo ruinis operit, modo in altam voraginem condit. Proinde magnum sumamus animum, aduersus i-

Nam cladé, quæ nec cuitari, nec prouideri potest. Desina-
 mus audire istos qui Cāpaniæ renuntiauerūt: quique post
 hunc casum emigrauerunt: negant ipsos vnquam in ipsam
 regionem accessuros: quis enim illis promittet, melioribus
 fundamentis hoc aut illud solum stare? Omnia eiusdem
 sortis sunt, etsi nondum mota tamē mobilitā: hunc fortasse
 in quo securius consistis locum, hæc nox aut hic ante no-
 ætem dies scindet. Vnde scies an melior eorū locorum con-
 ditio sit, in quibus iam vires suas fortuna consumpsit, &
 quæ in futurum ruina sua fulta sunt? Erramus enim, si vl-
 lam terrarum partem exceptam immunēque ab hoc peri-
 culo credimus. Omnes sub eadem iacent lege. Nihil ita vt
 immobile esset, natura concepit: alia temporibus aliis ca-
 dunt. Et quemadmodum in vibibus magnis, nunc hæc do-
 mus nunc illa suspenditur: ita in hoc orbe terrarum, nunc
 hæc pars facit vitium, nunc illa Tyros aliquando infamis
 ruinis fuit. Asia duodecim vires simul perdidit. Anno prio-
 re Achaïam & Macedoniam, quæcunque est ista vis mali
 quæ incurrit: nunc Campaniam læsit: Cucumit fatū, & si
 quid diu præterit, repetit. Nos tamen nobis permansura
 promittimus bona fortunæ, & fœlicitatem, (cuius ex om-
 nibus rebus humanis velocissima est leuitas) habituram in
 aliquos pondus ac moriam credimus. Et perpetua sibi om-
 nia promittentibus, in mentem non venit, id ipsum, supra
 quod stamus, stabile nō esse. Nec enim Cāpaniæ istud aut
 Achaïæ, sed omnis soli vitium est, malè coherere. & ex causis
 pluib⁹ resolui, & summa manere partib⁹ rucie. Quid ago?
 Solatiū aduersus pericula dare promiserā: ecce vndique u-
 mēda denūtio. Nego quicquā esse quietis æternæ, quod pe-
 rire possit, & perdere. Ego vero hoc ipsum solatiij loco po-
 no: & quidē valētissimi: quandoquidē sine remedio timor
 stultus est: ratio terrorē prudentibus excutit, impentis fit
 magna ex desperatione securitas. Hoc itaque generi huma-
 no dictum puta, quod illis subita captiuitate inter ignes &
 hostē stupētibus, dictum est. Vna salus victis nullā sperare
 salutem: Si vultis nihil timere, cogitate omnia esse timen-
 da: circumspecte quàm leuib⁹ causis discruciamur. Non
 cibus nobis, non humor, non vigilia, non somnus, sine
 mensura quadam salubria sunt. Iam intelligitis nu-
 gatoria esse nostra & imbecilla corpuscula, fluida, non
 magna molitione perdenda. Suas ista causas habent,

F O R T I T U D O.

nec ex imperio sc̄uiunt, sed ex quibusdam vitiis, vt corpora nostra turbantur, & tunc cum facere videntur iniuriam, accipiunt. Nobis autem ignorantibus verum, omnia terribilia sunt, vt pote quorum metū raritas auget. Leuius accidūt familiaria, & ex insolito formido est maior. Quare autem quicquam nobis insolitum est? Quia naturā oculis, non ratione comprehendimus: nec cogitamus quid illa facere possit, sed tantum quid fecerit. Damus itaque huius negligentiae poenas, tanquā nouis territi: cum illa non sint noua, sed insolita. Lib. 6. Nat. Quest. c. 1. 2. & 3.

*T. Contem-
platio natu-
re.*

*Tit. Vita mi-
sera.*

Hæc Lucili virorum optime, quātum ad ipsas terræ motus causas. Illa nunc quæ ad confirmationem animorum pertinent quos magis refert fortiores fieri, quā doctiores. Sed alterum sine altero non fit. Non enim aliunde animo venit robur, quā à bonis artibus, quā à contemplatione naturæ. Quem enim non hic ipse casus aduersus omnes firmauerit & crexerit? Quid est cur hominem ego aut feram, quid est cur sagittam aut lanceam turmam? Maiora me pericula expectant. Fluminibus, & terris, & magnis naturæ partibus petimur. Ingenti itaque animo mors prouocanda est, siue nos æquo vastoque impetu aggreditur: siue quotidiano & vulgari exitu. Nihil refert quā minax venia, quantumque sit quod in nos trahat: quod à nobis petit, minimum est. Hoc senectus à nobis ablatura est, hoc auriculæ dolor, hoc humoris abundantia, hoc cibus parum obsequens stomacho, hoc pes leuiter offensus. Pusilla res est omnis anima, sed ingens res est contemptus animæ. Hanc qui contempserit, securus videbit maria perturbari, etiam si illa omnes excitauerint venti, etiam si æstus aliqua perturbatione mundi totum in terras uerterit Oceanum: securus aspiciet fulminantis cœli trucem ac horridam faciem, si angatur licet cœlum, & ignes suos in exitium omnium, in primis suum misceat: securus aspiciet ruptis compagibus deinceps solum; illa licet inferorum regna retegantur: stabit super illam voraginem intrepidus, & fortasse quò debet cadere, desiliet. Quid ad me, quā sint magna, quibus pereo. Ipsum pereo, non est magnum. Proinde si volumus esse fœlices, si nec hominum, nec Deorum, nec rerum timore versari, si despiciere fortunam superuacua promittentem, leuia minitantem, si volumus tranquillè degere, & ipsis Diis de fœlicitate

*Ti. Tran-
quillitas.*

controversiam agere, anima in expedito est habenda. Siue illam insidiæ, siue morbi petent, siue hostium gladij, siue insularum cadentium fragor, siue ipsarum iuina terrarum, siue vasta vis ignium, vires agrorumque pari clade complexa: cum liber illi accipiet eam. Quid aliud debeo, quam exeuntem hortari, & cum bonis omnibus emittere: vade fortiter, vade feliciter? Nihil dubitaueris reddere. Non de re, sed de tempore est quaestio. Facis, quod quandoque faciendum est. Nec rogaueris, nec timueris, nec te velut in aliquod malum exiturum, tuleris retro. Rerum natura quæ te genuit, expectat: & locus melior ac tutior. Illic non tremunt terræ, nec inter se venti cum magno nubium fragore concurrunt, non incendia regiones viresque vastant, non naufragiorum totas classes sorbentium metus est, non arma contraria disposita vexillis, & in mutuum perniciem multorum millium par furor, non pestilentia, & ardentes promiscue communes populis cadentibus, rogi. Istud leue est, quid timemus? Graue est: potius semel incidat, quam semper impendat. Ego autem perire timeo, cum terra ante me pereat, cum ista quatiatur quæ quatiunt, & in iniuriam nostram non sine sua veniunt? Helicem Burimque totas mare accepit, ego de vno corpusculo timeam? Supra oppida duo nauigatur: duo autem quæ nouimus, quæ in nostram notitiam memoria literis seruata, perduxit. Quam multa alia aliis locis mersa sunt? Quot populos aut terra, aut in se mare inclusit? Ego recusem mei finem, cum sciam me sine fine non esse? Immo cum sciam omnia esse finita? Ego vltimum suspirium timeam? Quantum potes itaque ipse te cohortare Lucili contra metum mortis. Hic est qui nos humiles facit, hic est qui vitam cui parcat, inquietat, ac perdit. Hic omnia ista dilatat, terrarum motus, & fulmina. Quæ omnia feres constanter, si cogitaueris nihil interesse inter exiguum tempus & longum. Horæ sunt quas perdimus. Puta dies esse, puta menses, puta annos, perdidimus illos, nempe perituros. Quid oro te refert, num perueniam ad illos? Fluit tempus, & audissimos sui deserit. Nec quod futurum est, meum est, nec quod fuit. In puncto fugientis temporis pendeo: & magni est modicum fuisse? Eleganter ille Lælius sapiens, dicenti cuidam sexaginta annos habeo, hos inquit, dices, sexaginta, quos non habes: Hoc affiga-

T. Anima immortalis.

T. Paradisus.

“

“

“

“

“

“

T. Vita.

“

“

“

“

“

“

“

mus animo, hoc nobis subinde dicamus. Moriendum est. Quando? Quid tua? Mors naturæ lex est, mors tributum officiūque mortalium, malorūque omnium remedium est. Optabit illam, quisquis timet. Omnibus omis- sis hoc vnum Lucili meditare, ne mortis nomen reformi- des: effice illam tibi cogitatione multa familiarem, ut si ita tulerit, possis illi vel obuiam exire. Lib. 6 Nat. Quæst. cap. 32.

Sim. le.

Vnus est huius vitæ fluctuantis & turbidæ portus, euen- tura contemneret: stare fidenter, apertè tela fortunæ aduer- so pectore excipere, non latitantem, nec tergiversantem. Multa per noctem habita terrore, dies vertit ad usum. Ter- ribiles visu formæ lethūmque laborque. Egregiè Vergi- lius noster, non re dixit terribiles esse, sed visu: id est, vide- ri, nō esse. Quid, inquā, in istis est tam formidabile, quàm fama vulgavit? Quid est obsecro te Lucili, cur timeat la- borem vitæ, mortem homo? Toties mihi occurrunt isti qui non putant fieri posse, quicquid facere non possunt: & aiunt nos loqui maiora, quàm quæ natura humana susti- neat. At quanto ego de illis melius existimo? ipsi quoque hæc possunt facere, sed nolūt. Denique quæ vnquā ista de- stituere tētantem? cui non faciliora apparuere in actu. Nō qui a difficilia sunt, non audemus: sed quia non audemus, difficilia sunt. Si tamen exemplum desideratis, accipite So- cratem perpetuum senem, per omnia aspera iactatum, in- uictum fame & paupertate: quam grauiorem illi domesti- ca onera faciebant: & laboribus: quos militares quoque pertulit: quibus ille domi exercitus, siue uxorem eius moribus feram, lingua petulantem: siue liberos indociles & matri quàm patri similiores. Nouissima damnatio est, sub grauissimis hominibus impleta: obiecta est & reli- gionum violatio, & iuuentutis corruptela: quam immit- tere in Deos, in patres, in Rempublicam dictus est. Post hæc carcer & venenum. Hæc vsque eò animum Socratis non mouerunt, ut ne vultum quidem mouerint. Illam mi- rabilem laudem, & singularem vsque ad extremum ser- uauit: nec hilariorem quisquam, nec tristior em Socratem vidit: æqualis fuit in tanta inæqualitate fortunæ. Vis alte- rum exemplum? Accipe hunc Marcum Catonem recen- tiorem, cum quo & infestius fortuna egit, & pertinacius. Cui cum omnibus locis obstitisset, nouissimè & in mor-

*Tit. Constans
tia.*

te ostendit tamen virum fortem posse inuita fortuna vi-
uere, inuita mori. Tota illi ætas, aut in armis est exacta
ciuilibus, aut in ætate concipiente iam ciuile bellum. Ne-
mo mutarum Catonem toties mutata Rep. vidit: eundem
se in omni statu præstitit. In prætura, in repulsa, in accu-
satione, in prouincia, in concione, in exercitu, in morte.
Per medias Africæ solitudines pedes duxit exercitum. Vi-
des posse tolerare sitim, & in collibus arenibus, sine vllis
impedimētis victi exercitus reliquias trahens, inopiã hu-
moris loricated tulit, & quoties aquæ fuerat occasio, no-
uissimus bibit. Epist. 105.

Præsume animo multa esse tibi patienda. Nunquis se
hyeme algeie miratur? Nunquis in mari nauiscare, in via
concuti? Fortis est animus, ad quæ præparatus venit. Lib.
3. de Ira. c. 37.

Produci enim virtuti & tentari expedit, nec vlli magis
intelligunt quanta sit, quàm qui vires eius laceffendo sen-
serūt. Duriicia silicis nulli magis quàm ferientibus nota est.
Præbeo me non aliter quàm rupes aliqua in vadoso mari
destituta, quam fluctus non desinunt vndecunque moti
sint, verberare: nec ideo aut loco eam mouent, aut per tot
ætates crebro incurfu suo consumunt. Assilite, facite im-
petum, ferendo vos vincam. In ea quæ summa & insupera-
bilia sunt, quicquid incurrit, malo suo vim suam exercet.
Lib. de Vit. bea. cap. 27.

Animus verei qui scit, scit tutò aggredi. Ex Publ.
Mim.

Vide etiam T. Patientia. T. Constantia. T. Fortuna. T. Ad-
uersitas. Omnia enim hæc loca quæ Fortitudinis adiacent, ma-
gnã inter sese affinitatem habent: mutuòque sibi deseruiunt.

Timor & Audacia.

VT huius quoque diei lucellum tecum communicem,
apud Hecatonem nostram inueni cupiditatum fi-
nem, etiam ad timoris remedia proficere. Desines, in-
quit, timere, si sperare desieris. Feræ, pericula quæ vi-
dent, fugiunt: cum effugere, securæ sunt. Nos & ven-
turo torquemur, & præterito. Multa bona nostra nobis
nocent. Timoris enim tormentum memoria reducit, pro-
uidencia anticipat. Nemo tantum præsentibus miser est.
Epist. 5.

TIMOR, AVDACCIA.

Plura sunt Lucili quę nos terrent, quàm quę premunt, & sæpius opinione, quàm re laboramus. Illud tibi præcipio, ne sis miser ante tempus, cum illa quę velut imminetia expauiſi, fortasse nunquam ventura sint: certè nondum venerunt. Quædam enim nos magis torquent, quàm debeant: quędam ante torquent quàm debeant, quædam autem torquent, cum omnino non debeant. Epist. 13.

Quid necesse est mala accersere, & satis cito patienda cum venerint, præsumere: ac præſens tempus futuri metu perdere? Est sine dubio stultum, quia quandoque sis futurus miser, esse iam miserum. Epist. 24.

Simile.

Quod vides accidere pueris, hoc nobis quoque maiusculis pueris euenit. Illi quos amant, quibus assuerunt, cū quibus ludunt, si personatos vident, expauescunt. Non hominibus tantum, sed & rebus persona demenda est, & reddenda facies sua. Quid mihi gladios, & igas ostēdis, & tuibam carnificū circa te frementium? Tolle istam pōpam sub qua lates, & stultos territas: mors est: quam nuper seruus meus, quam ancilla contempſit. Pauper fiam? Inter plures ero. Exul fiam? ibi me natum putabo, quò mittar. Alligabor? Quid enim? Nū solutus sum? Ad hoc me natura graue corporis mei pondus adstrinxit. Moriar? Hoc dicis: desinam ægrorare posse: desinam alligari posse: desinam mori posse. Epist. eadem.

Simile.

Quemadmodum in corporibus futuri languoris signa præcuriunt (quædam enim segnitia neruis inest, & sine labore vlllo lassitudo, & oscitatio, & horror membra percurrens) sic infirmus animus multum antequàm opprimatur malis, quatitur. Præsumit illa, & ante tempus cadit. Quid dementius autem quàm angere futuris, nec se tormento reseruare: sed accersere sibi miseras, & admouere: quas optimum est differre, si discutere non possis? Epist. 75.

Occurrat hoc loco tibi Laberianus ille versus, qui medio ciuili bello in theatro dictus, totum in se populum nō aliter cōuertit, quàm si missa esset vox publici affectus.

Simile.

Necesse est multos timeat, quēni multi timent. Ita natura constituit, vt quod alieno metu magnum est, à suo non vacet. Vanis enim vana terrori sunt. Curriculi motus, rotarūque versata facies, leonem redigit in caueam. Elephantis porcina vox terret. Sic itaque ira metuitur, quo-

modo umbra ab infantibus, à feris rubens pinna. Lib. 2. de
Ira: c. 11. & 12.

Citiùs venit periculum cum contemnitur. Ex Publ.
Mi.

Quotidie damnatur, qui semper timet. Ex eod.

Metus dum venit, rarum habet somnus locum. Ex eo-
dem.

Stultum est timere quod vitari non potest. Ex eod.

Tutissima res est nihil timere præter Deum. Ex eod.

Vide etiam sequentes Titulos qui ad Fortitudinem pertinent, ac
præcipuè Tit. Patientia: in quo nonnulla de timoris cōtemptu.

Magnanimitas, Pusillanimitas.

NVlli magis abiiciunt animos, quàm qui improbè tol-
lunt: nullique ad calcandos alios paratiores, quàm
qui contumelias facere, accipiendò didicerunt. Lib. 3. de
Bene. cap. 28.

Ne illud quidem iudicandum est, aliquid iram ad ma-
gnitudinem animi conferre. Non est enim illa magnitu-
do: tumor est: nec corporibus copia vitiosi humoris intē-
sis, morbus incrementum est: sed pestilens abundantia.
Omnes quos vxcors ira animos supra cogitationes ex-
tollit humanas, altum quiddam & sublime spirare se cre-
dunt: cæterum nihil solidi subest: sed in ruinã prona sunt,
quæ sine fundamentis creuere. Non habet ira cui insistat,
non ex firmo mansuròque oritur: sed ventosa & inanis
est: tantùmque abest à magnitudine, animi quantùm à for-
titudine audacia: à fiducia, insolentia: ab austeritate, tri-
stitia: à seueritatè, crudelitas. Multum inquam interest,
inter sublimè animum, & superbū. Iracundia nihil amplū,
decorùmque molitur. Cōtra mihi videtur vereinosi, & in-
fœlicis animi, imbecillitatis sibi cōscij, sæpe indolescere.

Vt exulcerata & ægra corpora, quæ ad tactus leuissimos
gemunt: ita ira muliebri maximè & puerile vitium est.

At incidit & in viros. Nam viris quoque puerilia ac mu-
liebria ingenia sunt. Quid ergo? Nō aliquæ voces ab iratis
emittuntur: quæ magno emissæ videantur animo, veram
ignorantibus magnitudinem: qualis illa dira & abominā-
da, Oderint, dum metuant? Syllano scias sæculo scriptã.
Nescio vtrum sibi peius optauerit, vt odio esset, an vt
timou? Magno hoc dictum spiritu putas? Falleris. Nec

Tit. Ira.

cc

Simile.

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

CONSTANTIA, INCONSTANTIAE.

assidua iactatio. Nemo non quotidie & consilium mutat & votum: modo vxorem vult habere, modo amicam: modo regnare vult, modo id agit, ne quis sit officiosior seruus: modo dilatat se vsque ad inuidiam, modo subsidit, & contrahitur infra humilitatem verè iacentium: nunc pecuniam spargit, nunc rapit. Sic maximè coarguitur animus impudens, alius prodit atque alius, & (quo turpius nihil iudico) impar sibi est. Magnam rem puta vnum hominem agere. Præter sapientem autem nemo vnum agit. Cæteri multiformes sumus, modo frugi tibi videbimur & graues, modo prodigi & vani. Mutamus subinde personam, & contrariam ei sumimus, quàm exuimus, Hoc ergo à te exige, vt qualem institueris præstare te, talem vsque ad exitum serues. Effice vt possis laudari: si minus, vt agnosci. De aliquo quem vidisti heri, merito dici potest, hic quis est? Tãta mutatio est. Epist. 121.

Quid per se prodesse peregrinatio cuiquam potuit? Nõ voluptates illa temperauit, non cupiditates refrenauit, nõ iras repressit, non indomitos amoris impetus fregit, nulla denique animo mala eduxit, non iudicium dedit, non excussit errorem: sed vt puerum ignota mirantem, ad breue tempus rerum aliqua nouitate detinuit: Cæterum inconstantiam mentis, quæ maximè ægra est, laceffitam, mobiliorem, leuiorémque reddidit ipsa iactatio. Itaque quæ perierant cupidissimè loca, cupidius deserunt: & auium modo transuolant, citiùsque quàm venerant, abeunt. Peregrinatio notitiam dabit gentium, nouas tibi montium formas ostendet, inusitata spacia camporum, & irriguas perennibus aquis valles, & alicuius fluminis sub obseruatione naturam, siue vt Nilus æstiuo incremento tumet, siue vt Tygris eripitur ex oculis, & acto per occulta cursu, integræ magnitudini redditur: siue vt Mæander poëtarum omnium exercitatio & ludus, implicatur crebris amfractibus, & sæpè in vicinum alueo suo admotus, antequam sibi influat, flectitur: cæterum nec meliorem faciet, nec saniorum. Inter studia versandum est: & inter autores sapietia: vt quæ sita discamus.

Non aliter viuas in solitudine, aliter in foro. Ex Mi. Pa.

*Fortuna. Fortune inconstantia, Fortune,
vtriùsque comparatio.*

Clamor, vitare quæcunque vulgo placeant, quæ casus at-
tribuit, ad omne fortuitum bonum, suspiciosi pauidi-
que subsistite. Et fera & piscis spe aliqua oblectante deci-
pitur. Munera ista fortunæ putatis? insidiæ sunt. Quisquis
vestrum tutam agere vitam volet, quantum plurimum po-
test, ista viscata beneficia deuitet. Epist. 8.

Alicnum est omne quicquid optando venit. Hunc ver-
sum à te dici non paulò meliùs, sed astrictius memini. Nò
est tuum, fortuna quod fecit tuum. Illud etiam meliùs di-
ctum à te, non præteribo, Dari bonum quod potuit aufer-
ri potest. Epist. 8.

Nullum habet maius malum occupatus homo, & bonis
suis obsessus, quàm quod amicos sibi putat, quibus ipse nò
est: quod beneficia sua efficacia iudicat ad conciliandos a-
micos: cum quidam quò plus debent, magis oderint. Leue
æ alienum, debitorem facit: graue, inimicum. Epist. 19.

Hanc imaginem animo tuo propone, Ludos facere for-
tunam, & in hunc mortalium cœtum, honores, diuitias,
gratiam excutere: quorum alia inter diripientium manus
sciã sunt, alia infida societate diuisa, alia magno detrimẽ-
to eorum in quos deuenerant, prensa: ex quibus quædam
aliud agentibus, inciderunt: quædam quia nimis captabã-
tur, amissa: & dum auidè rapiuntur, expulsa sunt. Nulli ve-
rò etiam cui rapina fœliciter cessit, gaudium rapti durauit
in posterum. Itaque prudentissimus quisque cum primum
iaduci videt munuscula, à theatro fugit, & scit magno
parua constare. Epist. 75.

Ad vtrosque casus sapiens aptus est: bonorum rector est,
malorum victor. Non ex eboie tantum Phidias solebat fa-
cere simulachra, faciebat ex ære: si marmor illi, si adhuc
viliorem materiam obtulisset fecisset quale ex illa fieri op-
timum posset. Sic sapiens virtutem si licebit, in diuitiis ex-
plicabit, si minus, in paupertate: si poterit in patria: si mi-
nus, in exilio: si poterit imperator: si minus miles: si pote-
rit integer, si minus debilis: quancunque fortunam accepe-
rit, aliquid ex illa memorabile efficiet. Certi sunt domito-
res ferarum: qui fœuissima animalia, & ad occursum expa-
uescentia hominem, docent pati iugum: nec asperitatem
excussisse contenti, vsque in contubernium mitigant. Leo-
nibus magister manum inserat, osculatur Tigrim suus
custos, Elephantem minimus Æthyops iubet subsidere in

Simile.

Simile.

T. Patētia. genua, & ambulare per funem. Sic Sapiens est artifex domandi mala. Dolor, egestas, ignominia, carcer, exilium, quæcunque horrenda, cum ad hunc peruenerunt, mansucta sunt. Epist. 86.

*T. Ad patiē-
tiam præpa-
ratio.
Tit. Vite
miseria.*

Liberalis noster nunc tristis est, nuntiato incendio, quo Lugdunensis colonia exusta est. Mouere hic casus quemlibet posset, nedum hominem patriæ suæ amantissimum. Quæ res efficit, ut firmitatem animi sui quærat, quam videlicet ad ea, quæ timeri posse putabat, exercuit. Hoc verò tam inopinatum malum, & penè inauditum, non miror si sine metu fuit, cum esset sine exemplo. Multas enim ciuitates incendium vexauit, nullam abstulit. Nouitas adicit calamitatibus pondus, nec quisquam mortalium non magis quod etiam miratus est, doluit. Ideò nihil nobis improuisum esse debet. In omnia præmittendus est animus, cogitandumque, non quicquid solet, sed quicquid potest fieri. Quid enim est, quod non fortuna cum voluit, & florentissimo detrahat? quod non eo magis aggrediatur & quatiat, quo speciosius fulget? Quid illi arduum, quid uè difficile est? Non vna via semper, ne tota quidem incurrit. Modo nostras in nos manus aduocat, modo suis contenta viribus, inuenit pericula sine autore: nullum tēpus exceptum est, in ipsis voluptatibus causæ doloris oriuntur. Bellum in media pace consurgit, & auxilia securitatis in metum transeunt. Ex amico inimicus, hostis ex socio. In subitas tempestates hybernisque maiores agitur æstiuam tranquillitas: sine hoste patimur hostilia, & cladis causas, si alia deficiunt, nimia sibi fœlicitas inuenit. Inuadit temperatissimos moribus, validissimos phthisis, innocentissimos pœna, secretissimos tumultus. Eligit aliquid noui casus, per quod velut oblitus, vires suas ingerat. Quid quid longa series multis laboribus, multa Dei indulgentia struxit, id vnus dies spargit, ac dissipat. Longam moram dedit malis properantibus qui diem dixit, non horā, momentūque temporis euertendis imperiis sufficere. Esset aliquod imbecillitatis nostræ solatium rerūque nostrarum, si tanta celeritate repararentur, quanta finiuntur. Nunc incrementa lentè exeunt, festinatur in damnum: nihil priuatim, nihil publicè stabile est: tam hominū-quàm urbium fata voluntur. Inter placidissima terror existit: nihilque extrà tumultuantibus causis, mala vnde minimè

expectabantur, erumpunt. Quæ domesticis bellis steterant regna, quæ externis, impellente nullo ruunt. Quotæque felicitatem ciuitas pertulit? Cogitanda ergo sunt omnia, & animus aduersus ea quæ possunt euenire, firmandus. Exilia, tormenta, bella, morbos, naufragia meditare. Potest te patriæ, potest patriam tibi casus eripere: potest te in solitudinem abiicere, potest hoc ipsum in quo tu iuba suffocatur, fieri solitudo. Tota ante oculos sortis humanae conditio ponatur: nec quantum frequenter euenit, sed quantum plurimum potest euenire, præsumamus animo, si nolumus opprimi, nec ullis inusitatis velut nouis stupefieri. In plenum cogitanda fortuna est. Quoties Asiae, quoties Achaiae vrbes vno tremore eeciderunt? Quot oppida in Syria? quot in Macedonia deuorata sunt? Cyprus quoties vastauit hæc clades? Non tantum manu facta labuntur, non tantum humana arte atque industria posita, vertit dies. Iuga montium diffluunt, totæ desedere regiones. Operta sunt fluctibus, quæ procul à conspectu maris stabant. Vastauit ignis colles, per quos elucebat, erosit & quondam altissimos vertices solatia nauigantium: ac speculas ad humilem arenam deduxit. Ipsius naturæ opera vexantur: & ideo æquo animo ferre debemus vibium excidia. Casura omnia extant, omnes exitus manet, siue interna vis statûsque præclusi violenti, pondus sub quo tenentur, excusserint: siue torrentium in abdito vastorum obstantia effregerit, siue flammarum violentia compagine soli ruperit, siue vetustas, (à qua nihil tutum est) expugnauerit minutatim, siue grauitas cœli egresserit populos, & situs deserta corruerit. Enumerare omnes fatorum vias longum est. Hoc vnū scio, omnium mortalium opera, mortalitate damnata sunt, inter peritura viuimus. Sæpè maiori fortunæ locum fecit iniuria. Multa ceciderunt, vt altius surgerent, & in alias imagines. C. Caligula felicitatis vrbs inimicus, aiebat, Romæ sibi incendia, ob hoc vnum dolori esse, quod sciret meliora resurrectura, quàm arsisent. Epist. 92.

In secundis nemo confidat, in aduersis nemo deficiat: alternæ sunt vices rerum. Quid exultas? Ista quibus veheris in summum, nescis vbi te relictura sint: habebunt suum, non tuum finem. Quid iaces? Ad immum delatus es, nunc est resurgendi locus. In meliùs aduersa, in deteriora

T. Ad patientiam præparatio.

T. Vita

sup.

T. Pusillanimitas.

optata fluctuuntur. Ita concipienda est animo varietas, non priuatarum tantum domuum quas leuis casus impellit, sed etiam Reipublicæ. Regna ex infimo coorta, supra imperantes consistere. Vetera imperia in ipso flore cecidere. Inueniri non potest numerus, quam multa ab aliis facta sint; nunc cum maxime Deus alia exaltat, alia submittit, nec molliter ponit, sed ex fastigio suo nullas habitura reliquias, iactat. Magna ista quia parui sumus, credimus. Multis rebus non ex natura sua, sed ex humilitate nostra magnitudo est. In præfatione. Lib. i. Nat. Quæst.

Nihil difficile est naturæ, utique ubi in finem sui properat. Ad originem rerum parce vitur vitibus, dispensatque se incrementis fallentibus subito ad ruinam toto impetu venit. Quam longo tempore opus est, ut conceptus ad puerperium perducatur infans? Quantis laboribus tener educatur? quam diligenti nutrimento obnoxium nouissime corpus adolescit? at quam nullo negotio soluitur? Vrbes constituit ætas, hora dissoluit. Momento fit cinis, diu sylua. Magna tutela stant, aut vigent omnia: citò ac repente dissiliunt. Quicquid ex hoc statu rerum natura flexerit; in exitium mortaliu satisfat.

Tit. Vita misera.

Quid tibi voluisti tam iniusta, & tam violenta fortuna? Tam citò indulgentiæ tuæ te pœnituit? Nihil ergo prodest innocentia ad omnem legem exacta, nihil antiqua frugalitas, nihil fœlicitatis summæ potentia, summa conseruata abstinentia, nihil syncerus, & ex toto litterarum amor, nihil ab omni labe mens vacans? Luget Polybius, & in vno fratre quicquid in reliquis possit metuere admonitus; etiam de ipsis doloris sui solatus timet. Facinus indignum; luget Polybius, & aliquid propitio dolet Cæsare: hoc sine dubio impotens fortuna captasti: ut ostenderes neminem contra te, ne à Cæsare quidem posse defendi. Lib. de consolat, ad Polyb. cap. 22.

Citò improborum læta ad perniciem cadunt. Ex Pu. Mi.

Excelsis multò facilius casus nocet. Ex eodem.

Errat si quis existimat tutum diu esse regem. Ex eodem.

Fortuna cum blanditur, captatum venit. Ex eodem.

Fortunam citius reperies, quam retineas. Ex eod.

Fœlix improbitas optimorum est calamitas.. Ex eodem.

Fortuna obesse nulli contenta est semel. Ex eodem.

Fortuna vitrea est, cum splendet, frangitur. Ex eodem.

Fortuna

Fortuna leuis est, citò reposcit, quod dedit. Ex eodem.

Nulla est tam bona fortuna, de qua nihil queri possis.

Ex eodem.

Fortune vtriusque contemptus.

Et moderatio.

Quid est præcipuum in rebus humanis? Erigere animum supra irinas & promissa fortunæ. Nihil dignū putate, quod speres. Quid enim habet dignum quod concupiscas? quia à diuinorum contemplatione quoties ad humana recideris, non aliter caligabis, quàm quorum oculi in densam vmbra ex claro Sole rediere. Quid est præcipuum in rebus humanis? Non admittere id animo mala consilia, puras ad cælum manus tollere, nullum petere bonum, quod, vt ad te transeat, aliquis possit amittere: optare, quod sine aduersario optatur, bonam mentem. Cætera magno æstimata mortalibus, etiam si quis domum casus attulerit, sic intreri, quasi exituria qua venerint. In præfatione lib. 3. Nat. Quæst.

Sed vt tibi rationem reddam, quàm nulli mortalium inuideo, audi quid promittam, & quanti quæque æstimem. Diuitias nego bonum esse: nam si essent bona, bonos facerent. Nunc, quod apud malos depræhenditur, dici bonum non potest. Hoc illis nomen nego. Cæterum & habendas esse, & vtilis, & magna commoda vitæ conferentes, fateor. Quid ergo est, quare illas non in bonis numerem? Et quid in illis præstem aliud quàm vos: quoniam inter vtròsque conuenit habendas, audite. Pone in opulentissima me domo, pone aurum argentumque in promiscuo vsu est. Non suspiciam me ob ista, quæ etiam si apud me, extra me tamen sunt. In sublicium pontem me transfer, & inter egenes abige: non ideo tamen me despiciam, quod in illorum numero cosideo, qui manum ad stipem porrigunt. Quid ergo est? Domum illam splendidam malo, quàm putentē. Pone in stramentis splendidibus, & delicato apparatu, nihilo me fæliciores credam, quod mihi molle erit amiculum, quod purpura conuiuis meis substeinetur. Nihilo miserior erio, si lassæ ceruic meam manipulo fœni acquiescet, si super cucense tomentam, per suturas veteris lintei effluens, incubabo. Quid ergo est? Malo quid mihi animi sit

T. Contem-
platio.

T. Religio.

T. Cōstātia.

T. Modestia.

T. Patētia. genua, & ambulare per funem. Sic Sapiens est artifex dō-
mandi mala. Dolor, egestas, ignominia, carcer, exilium,
quæcunque horrida, cum ad hunc peruenierunt, mansue-
ta sunt. Epist. 86.

**T. Ad patie-
tiam prepa-
ratio.**
**Tit. Vite
miserie.**

Liberalis noster nunc tristis est, nuntiato incendio, quo
Lugdunensis colonia exusta est. Mouere hic casus quemli-
bet posset, nedum hominem patriæ suæ amantissimum.
Quæ res efficit, vt firmitatem animi sui quærat, quam vi-
delicet ad ea, quæ timeri posse putabat, exercuit. Hoc ve-
rò tam inopinatum malum, & penè inauditum, non miror
si sine metu fuit, cum esset sine exemplo. Multas enim ci-
uitates incendium vexauit, nullam abstulit. Nouitas adii-
cit calamitatibus pondus, nec quisquam mortalium non
magis quod etiam miratus est, doluit. Ideo nihil nobis
improvisum esse debet. In omnia præmittendus est ani-
mus, cogitandumque, non quicquid solet, sed quicquid
potest fieri. Quid enim est, quod non fortuna cum voluit,
& florentissimo detrahat? quod non eo magis aggredia-
tur & quatiat, quo speciosius fulget? Quid illi arduum,
quid uè difficile est? Non vna via semper, ne tota quidem
incurrit. Modo nostras in nos manus aduocat, modo suis
contenta viribus, inuenit pericula sine autore: nullum tē-
pus exceptum est, in ipsis voluptatibus causæ doloris o-
riuntur. Bellum in media pace confurgit, & auxilia securi-
tatis in metum transeunt. Ex amico inimicus, hostis ex so-
cio. In subitas tempestates hybernisque maiores agitur æ-
stiuam tranquillitas: sine hoste patimur hostilia, & cladis
causas, si alia deficient, nimia sibi felicitas inuenit. Inua-
dit temperatissimos morbus, validissimos phthisis, inno-
centissimos pœna, secretissimos tumultus. Eligit aliquid
noui casus, per quod velut oblitis, vires suas ingerat. Quid
quid longa series multis laboribus, multa Dei indulgen-
tia stuxit, id vnus dies spargit, ac dissipat. Longam mo-
ram dedit malis properantibus qui diem dixit, non horā,
momentumque temporis euertendis imperiis sufficere.
Esset aliquod imbecillitatis nostræ solatium rerumque no-
strarum, si tanta celeritate repararentur, quanta finiuntur.
Nunc incrementa lentè exeunt, festinatur in damnum: ni-
hil priuatim, nihil publicè stabile est: tam hominū-quàm
urbium fata voluuntur. Inter placidissima terror existit:
nihilque extra tumultuantibus causis, mala vnde minimè

expectabantur, erumpunt. Quæ domesticis bellis steterant regna, quæ externis, impellente nullo ruunt. Quotæque quæque felicitatem ciuitas pertulit? Cogitanda ergo sunt omnia, & animus aduersus ea quæ possunt euenire, firmandus. Exilia, tormenta, bella, morbos, naufragia meditare. Potest te patria, potest patriam tibi casus eripere: potest te in solitudinem abiicere, potest hoc ipsum in quo tu turba suffocatur, fieri solitudo. Tota ante oculos sortis humanæ conditio ponatur: nec quantum frequenter euenit, sed quantum plurimum potest euenire, præsumamus animo, si nolumus opprimi, nec ullis inusitatis velut nouis stupefieri. In plenum cogitanda fortuna est. Quoties Asia, quoties Achaia, quoties vno tremore ecciderunt? Quot oppida in Syria? quot in Macedonia deuorata sunt? Cyprus quoties vastauit hæc clades? Non tantum manu facta labuntur, non tantum humana arte atque industria posita, vertit dies. Iuga montium diffluunt, totæ desedere regiones. Operta sunt fluctibus, quæ procul à conspectu maris stabant. Vastauit ignis colles, per quos elucebat, erosit & quondam altissimos vertices solatia nauigantium: ac speculas ad humilem arenam deduxit. Ipsius naturæ opera vexantur: & ideo æquo animo ferre debemus vibium excidia. Casura omnia extant, omnes exitus manet, siue interna vis flatûsque præclusi violenti, pondus sub quo tenentur, excusserint: siue torrentium in abdito vastorum obstantia effregerit, siue flammarum violentia compaginem soli ruperit, siue vetustas, (à qua nihil tutum est) expugnauerit minutatim, siue grauitas cœli egresserit populos, & situs deserta corruperit. Enumerare omnes fatorum vias longum est. Hoc vnū scio, omnium mortalium opera, mortalitate damnata sunt, inter peritura viuimus. Sæpè maiori fortunæ locum fecit iniuria. Multa ceciderunt, vt altius surgerent, & in alias imagines. C. Caligula felicitatis vrbs inimicus, aiebat, Romæ sibi incendia, ob hoc vnum dolori esse, quod sciret meliora resurrectura, quam arsisent. Epist. 92.

In secundis nemo confidat, in aduersis nemo deficiat: alternæ sunt vices rerum. Quid exultas? Ista quibus veheris in summum, nescis vbi te relictura sint: habebunt suum, non tuum finem. Quid iaces? Ad immum delatus es, nunc est resurgendi locus. In melius aduersa, in deteriora

T. Ad patientiam præparatio.

T. Vita vsq. sup.

FORTUNA.

T. Pusillanimitas.

optata flectuntur. Ita concipienda est animo varietas, non priuatarum tantum domuum quas leuis casus impellit, sed etiam Reipublicæ. Regna ex infimo coorta, supra imperantes consistere. Vetera imperia in ipso flore cecidere. Inueniri non potest numerus, quam multa ab aliis facta sint; nunc cum maxime Deus alia exaltat, alia submittit, nec molliter ponit, sed ex fastigio suo nullas habitura reliquias, iactat. Magna ista quia parui sumus, credimus. Multis rebus non ex natura sua, sed ex humilitate nostra magnitudo est. In præfatione. Lib. 1. Nat. Quæst.

Nihil difficile est naturæ, utique ubi in finem sui properat. Ad originem rerum parce utitur viribus, dispensatque se incrementis fallentibus: subito ad iuuenam toto impetu venit. Quam longo tempore opus est, ut conceptus ad puerperium perducatur infans? Quantis laboribus tener educatur? quam diligenti nutrimento obnoxium nouissime corpus adolescit? at quam nullo negotio soluitur? Vrbes constituit ætas, hora dissoluit. Momento fit cinis, diu sylua. Magna tutela stant, aut vigent omnia: citò ac repente dissiliunt. Quicquid ex hoc statu rerum natura flexerit, in exitium mortaliu fatis est.

Tit. Vita misera.

Quid tibi voluisti tam iniusta, & tam violenta fortuna? Tam citò indulgentiæ tuæ te pœnituit? Nihil ergo prodest innocentia ad omnem legem exacta, nihil antiqua frugalitas, nihil fœlicitatis summæ potentia, summa conseruata abstinentia, nihil syncerus, & ex toto litterarum amor, nihil ab omni labe mens vacans? Luget Polybius, & in vno fratre quicquid in reliquis possit metuere admonitus, etiam de ipsis doloris sui solatus timet. Facinus indignum; luget Polybius, & aliquid propitio dolet Cæsare: hoc sine dubio impotens fortuna captasti: ut ostenderes neminem contra te, ne à Cæsare quidem posse defendi. Lib. de consol. ad Polyb. cap. 22.

Citò improborum læta ad perniciem cadunt. Ex Pu. Mi. Excelsis multò facilius casus nocet. Ex eodem.

Errat si quis existimat tutum diu esse regem. Ex eodem.

Fortuna cum blanditur, captatum venit. Ex eodem.

Fortunam citius reperies, quam retineas. Ex eod.

Fœlix improbitas optimorum est calamitas. Ex eodem.

Fortuna obesse nulli contenta est semel. Ex eodem.

Fortuna vitrea est, cum splendet, frangitur. Ex eodem.

Fortuna

Fortuna leuis est, citò reposcit, quod dedit. Ex eodem.

Nulla est tam bona fortuna, de qua nihil queri possis.

Ex eodem.

Fortunæ vtriúsq; contemptus.

& moderatio.

Quid est præcipuum in rebus humanis? Erigere animum supra irinas & promissa fortunæ. Nihil dignum putare, quod spes. Quid enim habet dignum quod concupiscas? quia à diuinorum contemplatione quoties ad humana recideris, non aliter caligabis, quàm quorum oculi in densam vmbra ex claro Sole rediit. Quid est præcipuum in rebus humanis? Non admittere id animo mala consilia, pias ad cælum manus tollere, nullum petere bonum, quod, vt ad te transeat, aliquis possit amittere: optare, quod sine aduersario optatur, bonam mentem. Cætera magno æstimata mortalibus, etiam si quis domum casus attulerit, sic intueri, quasi exitura qua venerint. In præfatione lib. 3. Nat. Quæst.

Sed vt tibi rationem reddam, quàm nulli mortalium inuideo, audi quid promittam, & quanti quæque æstimem. Diuitias nego bonum esse: nam si essent bonæ, bonos facerent. Nunc, quod apud malos deprehenditur, dici bonum non potest. Hoc illis nomen nego. Cæterum & habendas esse, & vtilis, & magna commoda vitæ conferentes, fateor. Quid ergo est, quare illas non in bonis numerem? Et quid in illis præstem aliud quàm vos: quoniam inter vtriúsq; conuenit habendas, audite. Pone in opulentissima me domo, pone aurum argentumque in promiscuo vsu est. Non suspiciam me ob ista, quæ etiam si apud me, extra me tamen sunt. In sublicium pontem me transfer, & inter egen-tes abige: non ideò tamen me despiciam, quod in illorum numero cosideo, qui manum ad stipem porrigunt. Quid ergo est? Domum illam splendidam malo, quàm putentem. Pone in stramentis splendidibus, & delicato apparatu, nihilo me feliciorem credam, quod mihi molle erit amiculum, quod purpura conuiuiis meis substeinetur. Nihil mihi serui ero, si lassæ ceruix meam manipulo fœni acquiescet, si super circense tomentum, per futuras veteris lintei effluens, incubabo. Quid ergo est? Malo quid mihi animi sit

*T. Contem-
platio.*

T. Religio.

T. Cōstātia.

T. Modestia.

FORTVNÆ CONTEMPTVS.

ostendere prætexatus & chlamydatos, quàm nudis scapulis. Fac sententiæ omnium mihi ex voto cedant, nouæ gratulationes prioribus subtexantur, non ob hoc mihi placebo. Muta in contrarium hanc indulgētiam temporis, hinc illinc percutiatur animus, damno, luctu, incursionibus variis, nulla hora sine querela sit: non ideo me dicam inter miserima miserum: non ideo aliquem execrabor diem: prouisum est enim à me, ne quis mihi ater dies esset. Quid ergo est? Malo gaudia temperare, quam dolores compescere. Hoc tibi ille Socrates dicet. Fac me victorem vniuersarum gentium. Delicatus ille Liberi currus triumphantem vsque ad Thebas à solis ortu vehat. Iura reges Persarum petant. Me hominem maximè cogitabo: cum Deus utique consultabo. Huic tam sublimi fastigio coniunge protinus præcipitem mutationem, in alienum imponat ferculum, exornaturus victoris superbi ac feri pompam, non humilior sub alieno curru agar, quàm in meo steteram. Quid ergo est? vincere tamen quam capi malo. Totum fortunæ regnum despiciam: sed ex illo si dabitur electio, meliora sumam. Quidquid ad me venerit, bonum fiet: sed malo faciliora ac iucundiora veniant, & minus vexatura tractantē. Lib. de vita beata cap. 24. & 25.

Albinā matrem Seneca consolatur cum is exularet.

Hoc prius aggrediar, quod pieras tua audire gestit, nihil mali esse mihi: si hoc tibi demonstrare non potero, ipsas res quibus me putas premi, non esse intolerabiles, faciant manifestum. Sin id credi non potuerit, at ego mihi ipse magis placebo: quod inter eas res beatus ero, quæ miseros solent facere. Non est quod de me aliis credas, ipse tibi, ne quid incertis opinionibus perturberis, indico me non esse miserum. Adiciam (quo securior sis) nec fieri quidem me posse miserum. Bona conditione conditi sumus, si eam nō deseruerimus. Id egit rerum natura, vt ad bene viuendum nō magno apparatu opus esset. Vnusquisque facere se beatum potest. Leue momentum in aduentitiis rebus est: & quod in neutram partem magnas vires habeat. Nec secunda sapientem euehunt, nec aduersa demittunt. Laborauit enim semper vt in se plurimum poneret, intra se omne gaudium peteret. Quid ergo? sapiētem me esse dico? Minimè. Nam id quidem si profiteri possem, non tantum negarem miserum me esse, sed omnium fortunatissimum, & in vicinum Deo perductum, prædicarem. Nunc quod satis est ad

omnes miseras leniendas, sapientibus visis me dedi, & nondum in auxilium mei validus, in aliena castra confugit: eorum scilicet, qui facile se ac suos tuentur. Illi me iusserunt stare assidue velut in presidio positum, & omnes conatus fortunæ, & omnes impetus prospicere multò antè quàm incurrant. Illis grauis ipsa fortuna est, quibus est repentina. Facile eam sustinere potest, qui semper expectat. Nam & hostium aduentus eos prosternit, quos inopinatè occupauit. At, qui futuro se bello ante bellum parauerunt, compositi & adaptati primum, ictum facile excipiunt. Nunquam ego fortunæ credidi, etiamsi videretur pacem agere: omnia illa quæ in me indulgentissimè conferebat, pecuniam, honores, gloriam, eo loco posui, vnde posset ea sine motu meo repetere. Interuallum inter me & illam magnum habui. Itaque abstulit illa, non auulsit. Neminem aduersa fortuna comminuit, nisi quem secunda decepit. Ita, qui nutera eius, velut sua & perpetua amaue- runt, qui se propter illam suspici voluerunt, iacent, & morrent: cum inualidos & pueriles animos. Omnis solidæ voluptatis ignaros, falsa & mobilia oblectamenta destituunt. At ille qui se lætis rebus non inflauit, nec mutatis contrahit, aduersus vtrunque statum inuictum animum tenet exploratæ iam firmitatis. Nam in ipsa felicitàte quid contra infelicitatem valeret, est expertus. Itaque ego in illis quæ omnes optant, existimaui semper nihil veri boni inesse: quin inania & specioso ac decepturo fuce circumlita inueni, intra nihil habentia fronti simile. Nam in illis quæ mala vocantur, nihil tam terribile ac durum inuenio, quàm opinio vulgi minabatur. Verbum quidem ipsum persuasione quadam, & consensu iam asperius ad aures venit: & audientes tanquam uisite & execrabile ferit: ita enim populus iussit. Sed populi scita ex magna parte sapientes abrogant. Lib. de Consolat. ad Albinam. cap. 4. & 5.

Fortuna nimium quem fouet, stultum facit. Ex Pub. Mi.

Fortuna cui nemo inuidet, gratum facit. Ex eodem.

Habet in aduersis auxilia, qui in secundis comodat. Ex eodem.

In felicitàte se erigere, est felicitàte submittere. Ex eodem.

Aduersitas, Tribulatio.

MAius est perstrinxisse difficilia, quam læta moderari. Epist. 67.

A D V E R S I T A S.

Hoc loco mihi Demetrius noster occurrit, qui vitam securam & sine vllis fortunæ incursionibus mare mortuum vocat: nihil habere ad quod exciteris, ad quod te concites, cuius denūtiatione & incurſa ſummitatem animi tui tentes: ſed in otio inconcuſſo iacere, non eſt tranquillitas, malicia eſt. Attalus Stoicus dicere ſolebat, Malo me fortuna in caſtris ſuis, quàm in deliriis habeat: torqueor, ſed fortiter, bene eſt: occidor, ſed fortiter, bene eſt. Epiſt. 68.

Inter multa magna Demetrii noſtri & hæc vox eſt, quæ ſonat adhuc & vibrat in auribus meis: Nihil, inquit, mihi videtur inſœlicius eo, cui nihil vnquam euenit aduerſi. Non licuit enim illi ſe experiri, vt ex voto illi fluxerunt omnia, imò & vt antè votum: malè tamen de illo Diſ iudicauerunt. Indignus viſus eſt, à quo vinceretur aliquando fortuna: quæ ignauiffimum quemque refugit: quaſi dicant. Quid ergo iſtum aduerſarium mihi aſſumam? ſtatim arma ſubmittet. Non opus eſt in illum tota potentia mea, leui commiſſione pelletur. Non poteſt ſuſtinere vultum meum. Alius circumſpiciatur, cum quo conferre poſſimus manum: pudet congredi cum homine vinci parato. Ignominiam iudicat gladiator cum inferiore componi, & ſcit cum ſine gloria vinci, qui ſine periculo vincitur. Idem facit fortuna, fortiffimos ſibi que pares quærit: quosdam ſaſtidio tranſit. Contumaciſſimum quemque & rectiſſimum aggreditur, aduerſus quem ſuam vim intendat. Ignem experitur in Mutio, paupertatem in Fabricio, exilium in Rutilio, tormenta in Regulo, venenum in Socrate, mortem in Catone. Magnum exemplum, niſi magna fortuna non inuenit. Inſœlix eſt Mutius, quod dextera ignes hoſtium premit: & ipſe à ſe exigit erroris ſui pœnas? quod regem quem armata manu non potuit, exuſta fugat? Quid ergo? ſœlicior eſſet, ſi in ſinu amicæ foueret manū? Inſœlix eſt Fabricius, quod ius ſuum, quantum à Repub. vacauit, fodit? quod bellum tam cum Pyrrho, quam cum diuitis iugerit? quod ad focum cœnat illas ipſas radices & herbas, quas in repurgando agro triumphalis ſenex euulſit? Quid ergo? ſœlicior eſſet, ſi in ventrem ſuum longinqui littois piſces, & peregrina aucupia congereret? Si cōchiliis ſuperi atque inferi maris, pigritiam ſtomachi nauſcantis erigeret? Veniamus ad Regulum, quid illi fortuna nocuit? quòd illum documentum fidei, documentum pa-

Simile.

xientię fecit: Figunt cutem clavi, & quocunque fatigatum
 corpus reclinauit, vulneri incumbit, & in perpetuam vi-
 giliam suspensa sunt lumina. Quanto plus tormenti, tanto
 plus erit gloria. Vis scire quàm non pœniteat hoc pretiò
 æstimasse virtutem? refice tu illum, & mitte in senatum, eã
 dem sententiam dicet. Fœliciores ergo tu Meccœnates
 putas, cui amoribus anxio, & morosæ vxoris quotidiana
 repudia deflenti, somnus per symphoniarum cantum ex
 longinquo lenè resonantium, quæritur? Mero se licet so-
 piat, & aquarum fragroribus auocet, & mille voluptati-
 bus mentem anxiam fallat, tam vigilauit in pluma, quam
 ille in cruce. Sed illi solatium est, pro honesto dura tole-
 rare, & ad causam à patientia respicit: hunc voluptatibus
 marcidum, & fœlicitate nimia laborantem, magis his quæ
 patitur vexat causa patiēdi. Non vsque eò in possessionem
 generis humani vitia venerunt, vt dubium sit, an electio-
 ne fatidata, plures Reguli nasci, quam Meccœnates velint.
 Quod ad Catonem pertinet, satis dictum est: suamque illi
 fœlicitatem contigisse cōsensus hominum fatebitur. Quē
 sibi rerum natura delegit, cum quo metuenda collideret.
 Inimicitia potentium graues sunt. Opponatur simul Pom-
 peio, Cæsari, & Crasso. Graue est ciuilibus bellis interesse:
 toto terrarum orbe pro causa bona tam fœliciter, quàm
 pertinaciter militet. Graue est sibi manus afferre: faciat.
 Quid per hoc consequar? vt omnes sciant non esse hæc ma-
 la, quibus ego dignum Catonem putauit. Prospera in Ple-
 bem ac vilia ingenia deueniunt. At calamitates terrores-
 que mortalium sub iugum mittere, proprium magni viri
 est. Semper vero esse fœlicem, & sine moris animæ velle
 transire vitam, ignorare est rerum naturæ alteram partem.
 Magnus es vir, sed vnde scio, si tibi non dat facultatem ex-
 hibendæ virtutis? Descendisti ad Olympia: si nemo præ-
 ter te, coronam habes, victoriam non habes. Non gratulor
 tanquam viro forti, sed tanquam consulatum præturamque
 adepti, honore auctus es. Idem dicere & bono viro pos-
 sum: si illi nullam occasionem difficilius casus dedit, in
 qua vna vni sui animi ostēderet. Miserum te iudico, quod
 non fuisti miser: transisti sine aduersario vitam. Nemo
 sciet, quid potueris, nec tu quidem ipse. Opus est enim ad
 nouitiam sui experimento: quid quisque posset, nisi ten-
 tando non didicit. Itaque quidam vltiò se cessantibus ma-

lis obtulerunt, & virtuti ituræ in obscurum, occasionem per quam enitescerent, quæsierunt. Gaudent, inquam, magni viri aliquando rebus aduersis, non aliter quàm fortes milites belli triumpho. Auida est periculi virtus: & quò tendat, non quid passura sit, cogitat: quanquam & quod passura est, gloriæ pars est. Militares viri gloriantur vulneribus, læti fluentem meliore casus sanguinem ostentat. Idem licet fecerint qui integri reuertuntur ex acie, magis spectatur, qui saucius redit. Iphis inquam Deus consulit, quos esse quam honestissimos cupit: quoties illis materiã præbet aliquid animosè fortitèrque faciendi. Ad quàm rem opus est aliqua rerum difficultate. Gubernatorem in tempestate, in acie militem intelligas. Vnde possum scire quantum aduersus paupertatem tibi animi sit, si diuitiis diffusis? Vnde possum scire, quantum aduersus ignominiam, infamiam odiumque populare constantiæ habeas, si inter plausus senescis, si te inexpugnabilis, & inclinatione quadam mentium proutis fauor sequitur? Vnde scio quam æquo animo laturus sis orbitatem, si quoscunque sustulisti vides? Audiui te, cum alios consolaberis: tunc conspexissem, si te ipse consolatus esses, si te ipse dolere vetuisses. Nolite obsecro vos expauescere ista, quæ Diij immortales velut stimulos admouent animis. Calamitas virtutis occasio est. Illos meritò quis dixerit miseros, qui nimia felicitate torpescunt, quos, velut in mari lento, tranquillitas itineris detinet. Quidquid illis inciderit, nouum veniet. Magis vrgent læua inexpertos. Graue est non assuetis ferre ceruicibus iugum. Ad suspicionem vulneris tyro pallefcit, audacter veteranus cruorem suum spectat, qui scit se sæpè vicisse post sanguinem. Lib. de Prouid. Dei.

Cogita non esse magni animi se rebus prosperis fortem gerere, vbi secundo cursu vita procedit. Nec gubernatoris quidem artem, tranquillum mare & obsequens ventus ostendit. Aduersi aliquid incurrat oportet, quod animum probet Lib. de Consolat. ad Martiam. cap. 6.

Vnum habet assidua infelicitas boni, quod quos sæpè vexat, nouissimè indurat. Lib. de Consolat. ad Albinã. c. 2.

Vide etiam hac de re Titulos huic suntimos Fortitudo, Constantia, Exilium, Persecutiones bonorum, Patientia.

Persecutiones bonorum virorum.

Simile.

T. Prouidentia Dei.

Simile.

T. Tentationis fructus.

Simile.

T. Magnanimitas.

Simile.

Immensum erit, si percurrere cœpero, ipsa Respublica quam ingrata in optimos, ac deuotissimos sibi fuerit, quamque non minus sæpe peccauerit, quam in ipsam peccatum est. Camillum in exilium misit, Scipionem dimisit, exulauit post Catilinam Cicero, diruti eius penates, bona direpta, factum quicquid victor Catilina fecisset. Rutilius innocentiae precium tulit, in Asia latere. Catoni populus Romanus præturam negauit, consulatum pernegauit. Lib. 5 de Bene. cap. 17.

Vos improbi ad nomē magnorum ob aliquam eximiam laudem virorum, sicut ad occursum ignotorum hominum minuti canes, latratis. Expedi enim vobis neminem videri bonum: quasi aliena virtus exprobratio delictorum vestrorum sit. *Et mox.* Vos quidem qui virtutem cultoremque eius odistis, nihil noui facitis. Nam & Solem lumina ægra formidant, & aduersantur diem splendidum nocturna animalia: quæ ad primum eius ortum stupent: & latibula sua passim petunt: abduuntur in aliquas umbras timida lucis. Gemite & infœlicem linguam bonorum exercete conuitio. Instate, commordete, citius multo frangetis dentes, quam imprimetis. Lib. de vit. Beat. c. 19 & 21.

Vide etiam hac de re. T. Vulgus.

Exilium.

Remoto igitur iudicio plurium (quos prima rerum facies, utcumque credita est, aufert) videamus quid sit exilium, nempe loci cōmutatio est. Angustare videor vim eius, & quicquid pessimum in se habet, subtrahere. Hanc cōmutationem loci sequuntur incōmoda, paupertas, ignominia, contēptus. Aduersus ista postea conflagam. Interim primum illud intueri volo, quid acerbi afferat ipsa loci cōmutatio. *Et post pauca.* Aduersus ipsam mutationē locorū, detractis certis incōmodis, quæ exilio adhærent, satis hoc remedij putat. Varrō doctissimus Romanorum: quod quocunque venimus, eadē rerum natura vtendum est. M. Brutus satis hoc putat, quod licet in exilium euntibus virtutes suas ferre secum. Hæc etiam si quis singula parum iudicat efficacia ad consolandum exulem, vtraque in vnum collata fatebitur plurimum posse. Quantulum enim est quod perdidimus? Duo quæ pulcherima sunt, quocūque

nos mouerimus sequentur: natura communis, & propria virtus Id actum est (mihi crede) ab illo, quisquis formator vniuersi fuit, siue ille Deus est potens omnium, siue incorporalis ratio ingentium operum artifex, siue diuinus spiritus per omnia maxima ac minima æquali intentione diffusus, siue fatum & immutabilis causarum inter se coherentium series id, inquam, actum est, vt in alienum arbitrium nisi vilissima quæque non caderent. Quicquid optimum homini est, id extra humanam potentiam iacet: nec dari nec eripi potest. Mundus hic (quod nihil nec maius, nec ornatus, rerum natura genuit) animus contemplator, admiratorque mundi, pars eius magnificentissima, propria nobis & perpetua, tandiu nobiscum mansura, quandiu ipsi manebimus. Alacres itaque & erecti, quocunque res tulerit, intrepido gradu properemus. Emeriamur quascunque terras, nullum inuenturi solum intra mundum quod alienum homini sit. Vndecunque ex æquo ad cœlum erigitur acies, paribus interuallis omnia diuina ab omnibus humanis distant. At dum oculi mei ab illo spectaculo (cuius insatiabiles sunt) non abducantur, dum mihi Lunam Solémque intueri liceat, dum cæteris inhærere syderibus, dum ortus eorum, occasus, interualaque, & causas inuestigare velocius meandi, vel tardius, spectare tot per noctem stellas micantes, & alias immobiles, alias non in magnum spatium exeuntes, sed intra solum se circumagentes vestigium, quasdam subito erumpentes, quasdam igne fuso perstringentes aciem, quasi decidant, vel longo tractu cum luce multa præteruolantes: dum cum his sim, & cœlestibus (qua homini fas est) immiscear, dum animum ad cognatarum rerum conspectum tendentem, in sublimi semper habeam, quantum refert mea quid calcem? Atqui non est hæc terra fugiferarum aut lætium arborum ferax non magnis & nauigalibus fluminum alueis irrigatur: nihil gignit quod aliæ gentes petant, vix ad tutelam incolentium fertilis: non preciosus hic lapis cæditur, non auri argentique venæ eruuntur. Angustus animus est, quem terrena delectant. Ad illa adducendus est, quæ vbique æque parent, vbique æque splendent: & hoc cogitandum est, ista veris bonis per falsa & prauè credita, obstare. Istud humile tugurium, nempe virtutes recipit. Iam omnibus tem-

T. Contemplatio naturæ.

T. Virtus.

plis formosius erit, cum illic iustitia conspecta fuerit, cum continentia, cum prudentia, cum pietas, & omnium officiorum recte dispensandorum ratio, & humanorum diuinarumque scientia. Nullus angustus est locus, qui hanc tam magnarum virtutum turbam capit, nullum exilium grate est, in quo licet cum hoc ire comitatu. Brutus in eo libro quem de virtute composuit, ait se vidisse Marcellum Mitylenis exulantem: & quantum modo natura hominis pateretur, beatissime viuentem. nec vnquam bonarum artium cupidior, quam illo tempore. Itaque adicit, visum sibi se magis in exilium ire, qui sine illo rediturus esset, quam illum in exilio relinqui. O fortunatio-rem Marcellum, eo tempore, quo exilium suum Bruto approbavit, quam quo R. P. consulatum. Quantus vir ille fuit, qui effecit, vt aliquis exul sibi videretur, quod ab exule recedebat? Quantus vir ille fuit, qui in admiratione sui adduxit hominem, etiam Catoni suo mirandum? Non dubitas, quin semper ille Marcellus tantus vir sic ad tolerandum æquo animo exilium seipse adhortatus sit. Quod patria cares, non es miser: etenim ita te disciplinis imbuisti, vt scires omnem locum sapienti viro patriam esse. Porro, hic qui te expulit, non ipse per annos decem continuos patriam caruit? propagandi sine dubio imperij causa? sed nempe caruit. Nunc ecce trahit illum ad se Africa, resurgētis belli minus plena trahit Hispania, quæ fractas & afflictas partes refouet trahit Aegyptus infida, totus denique orbis, qui ad occasionem concilli imperij intentus est. Cui primum rei occurret? cui parti se opponet? Aget illum per omnes terras victoria sua: illum suspiciant & colant gentes: tu vive Bruto miratore contentus. Bene ergo exilium tulit Marcellus. nec quicquā in animo eius mutauit loci cōmutatio. *Et infra.* Interim tamen quantum per moras membrorum, & hanc circunfusam grauēque sarcinā licet, celeri & volueri cogitatione animus diuina perillustrat. Ideoque nec exulare vnquam potest liber, & Diis cognatus, & omni mūdo omnique auro par. Nā cogitatio eius circa omne cælum, & in omne præteritum futurūque tempus emittitur. Corpusculum hoc, custodia & vinculum animi, huc atque illuc iactatur. In hoc supplicia, in hoc latrocinia, in hoc morbi exercentur. Animus quidem ipse facer & æternus est, & cui non possit iniuri manus

Sermocinatio ipsius hominis secum.

Contemplatio nature.

Libro de

P A T I E N T I A .

Consol. ad Albin. à 6. vsque ad 11. cap.

Exulabis. Erras cū omnia fecerim, patriam meā transire non possum. Omnium vna est. Extra hanc nemo proficisci potest. Exulabis. Non patria mihi interdicitur, sed locus. In quancunque terram venio, in meam venio. Non eris in patria. Patria est, vbi cūque bene est. Illud autem per quod bene est, in homine, non in loco est. In ipsius inquā potestate est, quid sit illud fortunij. Si enim sapiens est, peregrinatur: si stultus, exulat. Exulabis. Hoc dicis: alterius loci ciuitate donaberis. Lib. de Rem. Fortuit.

Patientia, Impatientia. Preparatio animi ad aduersa ferenda.

*T. Virtutum
connexio.*

CVM aliquis tormenta fortiter patitur, omnibus virtutibus vtitur, cum vna in promptu sit, & maximè appareat patientia. Ceterum, illic est fortitudo, cuius patientia, & perperessio, & tollerantia rami sunt. Illic est prudētia, sine qua nullum initur consilium: quę suadet quod effugere non possis, quā fortissimè ferre. Illic est cōstantiæ, quę deiici loco non potest: & propositum nulla vi extorquente demittit. Illic est indiuiduus ille comitatus virtutum. Quicquid honestè sit, vna virtus facit, sed ex consilij sententia. Epist. 68.

T. Fortuna.

Inerim hoc rene, hoc morde, aduersis nō succūbere, lætis non credere, omnem fortunæ licentiam in oculis habere, tanquam quidquid potest facere, factura sit. Quidquid expectatum est diu, leuius accedit. Epist. 79.

Nunquā vir ille perfectus adeptusque virtutem, fortunæ maledixit. Nunquam accidentia tristis excepit, ciuem esse se vniuersi & militem credens, labores velut imperatos subiit. Quicquid inciderat, non tanquam malum aspernatus est, & in se casu delatū: sed quasi delegatū sibi hoc, qualecūque est, inquit, meū est, asperum est, durū est, in ipso nauemus operā. Necessariò itaque magnus apparuit, qui nūquam malis ingemuit, nūquam de fato suo questus est: fecit multis intellectū sui, & nō aliter quā in tenebris lumen effulsit, auertitque in se omniū animos, cum esset placidus, & lenis, & humanis diuinisque rebus pariter æquus. Habebat perfectū animum, ad summā sui adductus, supra quam nihil est nisi mens Dei: ex qua pars & in hoc mortale pectus defluxit: quod nunquam magis diuinū est,

T. Mors.

quàm vbi mortalitatem suam cogitat, & scit in hoc natum hominem, vt vita defungeretur: nec domū esse hoc corpus, sed hospitium: & quidem breue hospitium: quod relinquendum est, vbi te grauem esse hospiti videas. Maximum, inquam, mi Lucili argumentum est animi ab altiori sede venientis, si hæc in quibus versatur, humilia iudicat & angusta: si exire non metuit. Scit enim quò exiturus sit, qui vnde venerit meminit. Epist. 121.

Quid est præcipuum? Posse læto animo aduersa tolerare, quicquid acciderit, sic ferre, quasi tibi volueris accidere. Debuisses enim velle, si scisses ex decreto Dei fieri. Flere, queri, ingemere, desiscere est. Quid est præcipuum? Animus contra calamitates fortis & cõtumax: luxurię nõ aduersus tantum, sed & infestus: nec auidus periculi, nec fugax, prosperitatẽ non expectans, sed aduersus vtrũque intrepidus & inconfusus: nec illius tumultu, nec huius fulgore percussus. In præfatione. li 3. Nat. Quæst.

T. Fortune
vtriusque mo
deratus.

“

“

“

Cõposito animo nihil accidet: sic tamen componetur, si quid humanarũ rerum varietas possit, cogitauerit antequã fenserit. Si & liberos, coniugem, atque patrimonium sic habuerit, tanquã non vtiq̃e semper habiturus, & tanquam non futurus ob hoc miserior, si habere desierit. Calamitosus est animus futuri anxius, & ante miseras miser: qui sollicitus est, vt ea quibus delectatur, ad extremũ vsque permaneãt. Nullo enim tempore conuiescet, & expectatione futuri, præsentia, quibus frui poterat, amittit. In æquo est autẽ dolor amissæ rei, & timor amittendę. Nec ideo præcipio tibi negligentiam. Tu verò metuenda declina, & quicquid cõsilio prospici potest, prospice. Quodcũque leturum est, multo antequã accidat, speculari & auerte. Plus dolet, quàm necesse est, qui ante dolet, quàm necesse sit. Mortale est omne mortaliũ bonũ: de his loqui bonis ad quæ concurritur. Nam illud verum bonum non moritur, certum est sempiternũque, sapientia, & virtus: hoc vnum contingit immortale mortalibus. Caterum tam improbi sunt, tamque obliui quò cant, vt muentur aliquid ipsos amittere, amissuri vno die omnia. Quicquid est, cui dominus inscriberis, apud te est, tuum non est. Nihil firmum infirmo, nihil fragili æternum inuictum est: tam necesse est perire, quam perdere: & hoc ipsum si intelligimus, solatium est, æquo animo perdere

T. Timor.

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

P A T I E N T I A .

quod perdendum est. *Et infra.* Ingratus est, qui cum amiserit, pro accepto nil debet. Dic tibi ex istis quæ terribilia videntur, nihil est inuictum. Singula vicere tã multum: ignem Mutius, crucem Regulus, venenum Socrates, exilium Rutilius, mortem ferio adactã Cato. Et nos vincamus aliquid. Rursus ista, quæ vt speciosa & foelicia trahunt vulgum, à multis & sæpè contempta sunt. Fabricius diuinas imperator reiecit, censor notauit, Tubero paupertatem & se dignam & capitolio iudicauit, cum fœtilibus in publica cœna vsus, ostendit debere his hominem esse contentum, quibus Diu etiam num vterentur? Epist. 99.

T. Parsimonia.

Quid ista circumspicis, quæ tibi possunt fortasse euenire, sed possunt & non euenire? incendium dico, ruinam?

Quædam nobis incidunt, non insidiantur. Illa potius vide, illa deuota, quæ nos obseruant, quæ captant. Rari sunt casus, etiam si graues, naufragium facere, vehiculo euer-

T. Homo.

ti. Ab homine homini quotidianum periculum. Aduersus hoc te expedi, hoc intentis oculis intueri. Nullum enim malum frequentius, nullum pertinacius, nullum blandius. Tempestas minatur, antequam surgat. Crepant ædificia antequam corruant. Prænuntiat fumus incendium.

Subita ex homine pernicies, & eò diligentius regitur, quò propius accedit. Erras si istorum tibi qui occurrunt vultibus credis: hominum effigies habent, animos ferarum. Epist. 104.

Id agendum est, ne quid nobis inopinatum sit, quia omnia nouitate grauiora sunt, hæc cogitatio assidua præstabit, vt nulli sis malo tyro. *Et mox.* Nihil miremur eorum ad quæ nati sumus. Quæ ideo nulli querenda, quia paria sunt omnibus. Ita dico paria sunt: nam etiam quod effugit aliquis, pati potuit. Æquum autem ius est, non quo omnes vsi sunt, sed quod omnibus latum est. Imperetur æquitas animo, & sine querela mortalitatis tributa pendamus. Hyems frigora adducit, algendum est. Æstas colores refert, æstuum est. Intemperies cœli valetudinẽ tentat, ægotandum est. Et fera nobis loco occurret, & homo perniciosior feris omnibus. Aliud a qua, aliud ignis eripiet. Hanc rerum conditionem mutare non possumus. Id possumus, magnum sumere animum, & viro bono dignum quò fortiter fortuita patiamur, & naturæ consentiamus. Natura autem hoc quod vides regnum, mutatio-

T. Aduersitas
tu necessitas.

nibus temperat. Nubilo serena succedunt. Turbatur ma-
 na, cum quiescerunt. Flant inuicem venti. Noctem dies
 sequitur. Pars cœli confurgit, pars mergitur. Contrarius
 rebus æternitas constat. Ad hanc legem animus noster
 aptandus est, hanc sequatur, huic pareat, & quæcunque
 fiunt, debuisse fieri patet, nec velit obiurgare naturam.
 Optimum est pati, quod emendare non possis, & Deum
 (quo auctore cuncta proueniunt) sine murmuratione co-
 mitari. Malus miles est, qui imperatorem gemens sequi-
 tur. Quare impigri ac alacres excipiamus imperia: nec
 desinamus hunc operis pulcherissimi cursum, cui quicquid
 patimur intextum est: & sic alloquamur Iouem, cuius gu-
 bernaculo moles ista dirigitur, quomodo Cleanthes no-
 ster versibus disertissimis alloquitur: quos mihi in no-
 strum sermonem mutare permittitur, Ciceronis viri disert-
 tissimi exēplo. Si placuerint, boni cōsules, si displicuerint
 scies me in hoc secutum Ciceronis exemplum. Duc me
 parens, celsique domitor poli, Quocunque placuit: nulla
 parendi mora est. Adsum impiger. Fac nolle: comitabor
 gemens: malusque patiar, quod pati licuit bono. Hic est *T. Magna-*
 magnus animus qui se Deo tradidit. At cōtra ille pusillus *nimitas.*
 ac degener, qui obluſtatur, & de ordine mundi malè exi-
 stimat, & emendare mauult Deos, quam se. Epist. 108.

Dolor imminet, Si exiguus est, feramus: leuis est patiē-
 tia. Si grauis est, feramus: non leuis est gloria. Dura res
 est dolor. Imo tu mollis. Pauci dolorem ferre potuerunt.
 Simus ex paucis. Imbecilles natura sumus. Naturam in-
 famare nolite: illa nos fortes genuit. Fugiamus dolo-
 rem. Quid, quod ille sequitur fugientes? Lib. de Remed.
 Fortuit.

Ad imperfectos, & mediocres, & male sanos hic meus
 sermo pertinet, non ad sapientem. Huic non timidè nec
 pedetentim ambulandum est. Tanta enim fiducia sui est,
 vt obuiam fortunæ ire non dubitet: nec vnquam loco illi
 cessurus sit: nec habet vbi illam timeat: quia non man-
 cipia tantum possessionesque & dignitatem, sed corpus
 quoque suum, & oculos, & quicquid est chariorem vitam
 facturum, seque ipsum inter precaria numerat: viuítque
 vt commodatus sibi, & repositibus sine tristitia reddi-
 turus. Nec ideo est vilis sibi: quia scit se suum non esse:
 sed omnia tam diligenter faciet, tam circumspectè, quam

P A T I E N T I A .

religiosus homo sanctusque solet tueri fidei commissa.

» Quandoquæ autem reddere iubebitur, non queretur
 » cū fortuna: sed dicit, Gratias ago pro eo quod possedi ha-
 buique. Magna quidē res tuas mercede colui: sed quia im-
 peras illas, do, cedo gratus libensque. Si quid habere me
 tu volueris, etiam nunc seruabo: si aliud placet, ego vero
 faciam. Signatumque argentum, domū, familiamque meā
 reddo, restituo. Appellauerit natura, quæ prior nobis cre-
 didit, & huic dicemus, Recipe animum meliorem quā de-
 disti: non tergiuersor, nec refugio: paratum habes à volē-
 te quod non sentienti dedisti: Aufer. Reuerti vnde vene-
 ris, quid graue est? Male viuet, quisquis nesciet bene mo-
 ri. Huic itaque primum rei pretium detrahendum est, &

Simile.

spiritus inter seruitia numerandus. Gladiatores (ait Cice-
 ro) inuisos habemus, si omni modo vitā impetrare cupiūt:
 fauemus, si contemptū eius præferūt. Idem euenire no-
 bis scias. Sæpe enim causa moriendi est timidè mori: For-
 tuna illa quæ ludos sibi facit, quò (inquit) te reseruet ma-
 lum & trepidū animal? eo magis conuulneraberis, & con-
 fodieris, quia nescis præbere iugulum. At tu etiam viues
 diutius, & morieris expeditius, qui ferrum non subacta
 ceruice, nec manibus oppositis, sed animosè recipis. Qui
 mortē timebit, nihil vnquam pro homine viuo faciet. At,
 qui scit hoc sibi cū conciperetur statim conditū, viuet ad
 formulā, & simul illud quoque eodem animi robore præ-
 stabit, ne quid ex his quæ eueniunt, subitū sit. Quidquid
 enim fieri potest, quasi futurum prospiciendo, malorum
 omnium impetus molliet: qui ad præparatos expectatēf-
 que nihil afferunt noui: securis & beata tantum expectā-
 tibus, graues eueniunt. Morbus enim, captiuitas, ruina,
 ignis, nihil horum repentinum est: sciebam in quā tu-
 multuosum me contubernium natura duxisset. Toties in
 vicinia mea conclamarum est, toties præter limen imma-
 turas exequias fax cereusque pressit. Sæpe altius ruentis
 aedificij fragor sonuit. Multos ex his quos forum, curia,
 sermo, mecum cōtraxerat, nox abstulit, & vinctas ad sōda-
 licium manus copulatas intercidit. Miror aliquādo ad me
 » pericula accessisse, quæ circa me semper errauerūt? Magna
 » pars hominū est quæ nauigatura, de tempestate non co-
 gitat. Nunquam me in bona re, mali pudebit auctoris. Pu-
 blius tragicis comicisque vehementior ingenijs, inter

multa alia, & hoc ait, Cuius potest accidere, quod cuiquā potest. Hoc si quis in medullas demiserit, & omnia aliena mala (quorum ingens quotidie copia est) sic aspexerit, tanquam illis liberum & ad se iter sit, multo ante se armabit, quā petatur. Sero animus ad periculorum patientiam post pericula instruitur. Non putavi hoc futurum, nunquam hoc euenturum credidissem. Quare autē non? Quæ sunt diuitiæ, quas non egestas, & fames, & medicitas a tergo sequatur? Quæ dignitas, cuius non prætextam, & augurale, sordes comitentur, & extrema contemptio? Quod regnum est, cui non parata sit ruina, & proculcatio, & dominus, & carnifex? Nec magnis ista interuallis diuisa, sed horæ momētum interest inter solum & aliena genua. Deinde commemoratis multorum principum ac regum insperatis casibus (vt Pompei, Seiani, Cressi, Ptolomei, Mithrydatu, & Jugurthæ) concludit his verbis. In tanta rerum sursum ac deorsum euntium versatione, si non quicquid fieri potest, pro futuro habes, das in te vires rebus aduersis, quas infregit quisquis prior vidit. Lib. i. de Tranquil. vitæ. cap. ii.

Non sentire mala sua, non est hominis: & nō ferre, non est viri. Lib. de Consola. c. 36.

Cuius dolori remedium est patientia. Ex P. Mi.

Feras, non culpes, quod mutari non potest. Ex eod.

Feras, quod lædit, vt quod prodest, perferas. Ex eod.

Vide etiam finitima huic loca. Aduersitas. Fortitudo. Constantia. Fortuna, & Fortuna vtriusque contemptum.

Perseuerantia.

Quicquid facies, cito redi à corpore ad animum: illum diebus ac noctibus exerce. Labore modico alitur ille.

Hanc exercitationem, non frigus, non æstus impedit, nec senectus quidem. Id bonum cura, quod vetustate fit melius. Nec ego iubeo te semper imminere libro, aut pugillaribus. Dandum est aliquod interuallum animo, ita tamen vt non resoluatur, sed remittatur. Epist. 15. T. Recreatio.

Non cum vacaueris philosophandum est: omnia alia negligenda, vt huic asideamus, cui nullum tempus satis magnum est: etiam si à pueritia vsque ad longissimos humani æui terminos vita protédatur. Non multum refert, vtrum omittas philosophiam, an intermittas. Epist. 74. T. Studium continuum.

*Labor & Industria.**T. Perseuerantia.*

Generosos animos labor nutrit. Epist. 31.
 Nihil est quod non expugnet pertinax opera, & intenta ac diligens cura. Robora in iectum quamuis flexa, reuocabis. Curuatas trabes calor explicat, & aliter natae, in id finguntur, quod vsus noster exigit: quanto facilius animus accipit formam, flexibilis & omni humore obsequentior? Quid enim aliud est animus, quam quodammodo se habens spiritus? Epist. 51.

T. Virtus difficilis.

Nulli sapere casu obigit. Pecunia veniet vltio, honor afferetur: gratia ac dignitas fortasse ingerentur tibi: virtus in te non incidet, ne leui quidem opera, aut paruo labore cognoscitur: sed est tanti laboris, omnia bona semel occupaturo. Vnum enim est bonum, quod honestum. Epist. 77.

*Temperantia. Intemperantia.**T. Magnanimitas.*

Magni animi est magna contemnere, atque mediocria malle, quam nimia. Illa enim vtilia vitaliaque sunt: at haec, eo quo superfluunt, nocent. Sic segetem nimia sternit vberitas, sic iam onere fianguntur. Sic ad maturitatem non peruenit nimia fecunditas. Idem animis

*T. Prosperitas.**Similia.*

quoque euenit, quos immoderata felicitas rumpit: quae, non tantum in aliorum iniuriam, sed etiam in suam vtuntur. Quis hostis in quenquam tam contumeliosus fuit, quam in quosdam voluptates suae sunt: quorum impotentiae atque insanae libidini ob hoc vnum possis ignoscere, quod quae fecere, patiuntur? Nec immerito hic illos furor vexat. Necessse est etiam in immensum exeat cupiditas, quae naturalem modum transiit. Ille enim habet suum finem: inania, & ex libidine orta, sine termino sunt. Necessaria metitur vtilitas, superuacua quo rediges? Voluptatibus vtiue se immergunt, quibus in consuetudinem adductis, carere non possunt: & ob hoc miserimi sunt, quod eo peruenerunt, vt illis, quae superuacua fuerant, facta sint necessaria. Seruiunt vtiue voluptatibus suis, non fiuntur: & mala sua (quod malorum vltimum est) amant. Tunc autem consumata est infelicitas, vbi turpia non solum delectant, sed etiam placent: & desinit esse remedio locus, vbi quae fuerant vitia, mores sunt, Epist. 39.

T. Voluptas.

Parsimoniam suam Seneca describit his verbis. Panis siccus & sine mensa prandium, post quod non sunt laudæ manus. Dormio minimum. Consuetudinem meam nosti. Breuissimo somno vtor, & quasi interuigilo: satis est mihi vigilare desisse. Aliquando dormisse me scio, aliquando suspicor. Epist. 84.

Vide hac etiam de re finitimos huic Titulos, Voluptas, Abstinencia, Frugalitas, Ebrietas, &c.

Voluptas.

Vir sapiens miserrimos mortalium iudicet (in quantiscunque opibus refulgebunt) ventri ac libidini deditos: quorum animus inertio otio torpet. Dicat ergo ipse sibi, Voluptas fragilis est, & breuis, fastidio obiecta: quo avidius hausta est, citius in contrarium recidens: cuius subinde necesse est aut pœniteat, aut pudeat. In qua nihil est aut magnificum, aut quod naturam hominis Diis proximi, deceat. Res humilis, membrorum turpium ac viliū ministerio veniens, exitu fœda. Illa est voluptas & homine & viro digna, non implere corpus, nec saginare, nec cupiditates irritare, quarum tutissima est quies: sed perturbatione carere, & illa, quam hominum inter se rixantum ambitus concutit, & ea, quæ intolerabilis ex alto venit, vbi de Diis famæ creditum est, vitiisque illos nostris æstimauimus. Hanc voluptatem æqualem, intrepidam, nunquam sensuram sui tædium percipit hic quem deformamus: qui maxime, vt ita dicam, diuini iuris atque humani peritus, de præsentibus gaudet, ex futuro non pendet. Lib. 7: de Bene. cap. 2.

Id agere debemus, vt irritamenta vitiorum, quàm longissimè fugiamus. Indurandus est animus, & blandimentis voluptatum procul abstrahendus. Vina Hanibalem hyberna soluerunt: & indomitum illum niuibus atque Alpibus virum, enervauerunt fomenta Campaniæ. Armis vicit, vitiis victus est. Nobis quoque militandum est, & quidem genere militiæ quo nunquam quies, nunquam otium datur. Debellandæ sunt in primis voluptates: quæ (vt vides) sæua quoque ad se ingenia rapuerunt. Si quis sibi proposuerit quatum operis aggressus sit, sciet nihil delicatè, nihil molliter esse faciendū. Effœminat animos amœnitas. Amœna sine dubio aliquid ad corrumpendū vi-

Voluptas vana.

Vera voluptas.

T. Tentatio.

T. Labor. Simile.

gorē potest regio. Quamlibet viā iumenta patiuntur, quo-
rū dura in aspero vngula est. In molli palustrique pascua
saginata, cito subteruntur. Et fortior miles ex confragoso
venit: segnis est urbanus & verna. Nullū laborē recusant
manus, quę ad arma ab aratro trāsferuntur. In primo defi-
cit puluere ille vnctus & nitidus: seuerior loci disciplina
firmat ingeniū, aptūque magnis conatib' reddit. Ep. 52.

Debilitatem nobis induxere delitię, & quod diu nolui-
mus, posse desuimus. Epist. 56.

Istę, quę voluptates vocantur, vbi transcenderint mo-
dum, pœnæ sunt. Epist. 84.

T. Felicitas.

Videāt qui summum bonum voluptatem dixerunt, quā
turpi illud loco posuerint. Itaque negant posse volupta-
tem à virtute diduci: & aiunt nec honeste quemquam vi-
uere, vt non iucundè viuat: nec incunde, vt non hone-
ste quoque. Sed si ista indiscreta essent, non videremus
quædam iucunda, sed non honesta: quædam vero hone-
stissima, sed aspera, & per dolores exigenda. Adice nūc,
quòd voluptas etiā ad vitam turpissimam venit. At virtus
malam vitam non admittit. Et infœlices quidam non sine
voluptate, imò ob ipsam voluptatem sunt: quod non e-
ueniret si virtuti se voluptas immiscuisset: qua virtus sæ-
pe caret, nunquam indiget. Quid dissimilia, imo diuersa

T. Virtus.

componitis? Altum quiddam est virtus, excelsum, & re-
gale, inuictum, infatigabile. Voluptas, humile, seruire,
imbecillum, caducum: cuius statio ac domicilium forni-
ces & popinæ sunt. Virtutem in templo inuenies, in fo-
ro, in curia, pro muris stantem, puluerulentam, coloratā,
callosas habētem manus: Voluptatem latitantem sæpius,
ac tenebras captantem: circa balnea ac sudatōria, ac loca
ædilem metuentia: mollem, eneruem, mæro ac vnguen-
to madentem, pallidam, ac fucatam, & medicamentis
pollutam. Summum bonum immortale est: nescit exire:
nec satietatem habet, nec pœnitentiā. Nunquam recta
mens vritur, nec sibi odio est, nec quicquam mutauit,
quia semper secuta est optima. At voluptas tum cum
maxime delectat, extinguitur: nec multum loci habet:
itaque cito implet, & tædio est, & post primum impetū
marcet. Nec id vnquam certum est, cuius in motu na-
tura est. Ita non potest quidem vlla eius esse substantia,
quod venit, transituē, celerrime in ipso vsu sui periturū.

Id enim peruenit, ubi definit, & dum incipit, spectet ad finem. Quid quod tam bonis quam malis voluptas inest? Nec minus turpes dedecus, quam honestas egregia delectant. Ideoque praeceperunt veteres optimam sequi vitam, non iucundissimam, ut rectae ac bonae voluptatis non dux, sed comes voluptas sit. Lib. de Vit. beat. à 6. vsque ad. 8. cap.

Voluptas nocet nimia: in virtute non est verendum, ne quid nimium sit: quia in ipsa est modus. Non est bonum quod magnitudine laborat sua: & si placet illa virtutis & voluptatis iunctura, virtus antecedit, comitetur voluptas, & circa corpus, ut umbra versetur. Virtutem quidam excellentissimam omnium, voluptati tradiderunt ancillam. Nihil magnum animo sapientis est. Prima ergo virtus sit, haec ferat signa. Habebimus nihilominus voluptatem, si domini eius & temperatores erimus. Aliquid nos exorabit, nihil coget. At hi qui voluptati tradidere principia, utroque caruere. Virtutem enim amittunt. Caeterum non ipsi voluptatem, sed ipsos voluptas habet: cuius, aut inopia torquentur, aut copia strangulantur. Miseri si deseruntur ab illa, miseros si obruuntur. Sicut deprehensi mari Syrtico, modo in sicco relinquuntur, modo torrente vnda fluctuantur. Euenit autem hoc nimia intemperantia, & amore caeco rei. Nam mala pro bonis petenti, periculosum est assequi. Ut feras cum labore periculoque venamur, & captarum quoque illarum sollicita possessio est: saepe enim laniant dominos: ita habentes magnas voluptates, in magnum malum euasere, captaeque caepere. Quae quo plures maioresque sunt, eo ille minora plurium seruus est, quem foelicem vulgus appellat. Permanere libet in hac etiamnum huius rei imagine. Quemadmodum qui bestiarum cubicula indagar, & laqueo captare feras magno aestimat, & magnos canibus circumdare saltus, ut illarum vestigia premar, portiora deserit, multisque officiis renunciat. Ita qui sectatur voluptatem omnia postponit: & primam libertatem negligit, ac pro ventre dependit: nec voluptates sibi emisit sed se voluptatibus vendit. Lib. de vit. bea. c. 14.

Voluptates improborum trepidae, & variis terribus inquietae sunt: subitque cum maxima exultatione sollicita cogitatio. Haec quandiu? Ab hoc affectu reges sua fleuere

potentiam: nec illos magnitudo fortunæ suæ delectauit,
 sed venturus aliquando finis exterruit: Cum per magna
 camporum spatia porrigeret exercitum, nec numerum e-
 ius, nec mensuram comprehenderet Persarum rex insolē-
 tissimus, lachrymas profudit, quod intra centum annos
 nemo ex tanta iuuentute superfuturus esset. At illis erat
 admoturus fatum ipse qui flebat, perditurusque alios in
 terra, alios in mari, alios in prælio, alios in fuga: & intra
 exiguum tempus consumpturus illos, quibus centesimū
 annum timebat. Quid quod gaudia eorum quoque trepi-
 da sunt? nō enim solidis causis innituntur: sed eadem qua
 oriuntur, vanitate turbantur. Qualia autem putes tempo-
 ra esse etiam ipsorum confessione misera: cum hæc quo-
 que quibus se atollunt, & supra hominem efferūt, parum
 sincera sint? Maxima quæque bona sollicita sunt, nec ulli
 fortunæ minus benè quàm optimæ creditur. Alia fœlici-
 tate ad tuendam fœlicitatem opus est, & pro ipsis quæ suc-
 cesserunt votis, vota facienda sunt. Omne enim quod for-
 tuitò obuenit, instabile est: quo altius surrexerit, vergit
 protinus in occasum. Neminem porrò casura delectant.
 Miserrimam ergo necesse est, non tantum breuissimam vi-
 tam eorum esse, qui magno parant labore, quod maiore
 possideant: operosè assequuntur quæ volunt, anxij tenent
 quæ assequuti sunt. Nulla interim nunquam amplius re-
 dituri temporis ratio est. Nouæ occupationes veteribus
 substituuntur, spes spem excitat, ambitionem ambitio, mi-
 seriarum non finis quæritur, sed materia mutatur. Lib. de
 breuit. vitæ. cap. 16. & 27.

*Vide etiã finitima loco T. LUXUS. T. Gula. T. Ebrietas. T. Tem-
 perantia.*

LUXUS.

Nunc vobiscum loquor quorum æquè spatiose luxu-
 ria, quàm aliorum auaritia diffunditur. Vobis dico:
 quousque nullus erit lacus, cui non villarum vestrarum
 fastigia immineant: nullum flumen, cuius non ripas ædi-
 ficia vestra pretexant? Vbicunque scatebunt aquarum ca-
 lentium venæ, ibi noua diuersoria luxuriæ excitabuntur.
 Vbicunque in aliquem sinum litus curuabitur, vos pro-
 tinus fundamenta iacietis: nec contenti solo, nisi quod
 manu feceritis, maria agetis introrsus. Omnibus licet

locis recta vestra resplendeant, alicubi imposita montibus in vastum terrarum marisque prospectum, alicubi ex plano in altitudinem montium educta, cum multa adificaueritis, cum ingentia: tamen & singula corpora estis & paruula. Quid profunt multa cubicula? In vno iacetis. Non est vestrum vbicunque non estis.

Ad vos deinde transeo, quorū profunda & insatiabilis gula hinc maria scrutatur, hinc terras. Alia hamis, alia laqueis, alia retū variis generibus cū magno labore persequitur. Nullis animalibus, nisi ex fastidio pax est. Quātulum enim est quod ex istis epulis, quas per tot comparatis manus, fesso voluptatis ore libatis? Quantulum ex ista fera periculose capta, dominus crudus ac nauseans gustat? Quantulum ex tot conchiliis tam longe aduectis, per istum stomachum inexplebilem labitur? Infelices etiam quod intelligitis vos maiorem famem habere, quam ventrem. Hæc aliis dic, vt dum dicis, audias ipse. Scribe, vt dum scripseris legas: omnia ad mores, & ad sedandam rabiem affectum referens. Scide, non vt plus aliis facias, sed vt melius. Epist. 90.

Mihi crede, fœlix illud sæculū ante architectonas fuit. Ista nata sunt iam nascente luxuria, in quadratum tigna discindere, & serra per designata currente, certa manu trabem scindere. Nam primi cuneis scindebant fissile lignū. Non enim recta cœnationi epulum recepturæ, parabatur: nec in hunc vsum pinus, aut abies deferabatur longo vehiculorum ordine, vicis intimentibus, vt ex illa, lacunaria auro graua, penderent. Furcæ utrinque suspensæ fulcebant casam: spissatis ramalibus, ac fronde congesta, & in procliuē deposita, decursus imbribus quamuis magnis erat. Sub his tectis habitauere, sed secum. Culmus liberos texit. Sub marmore ac auro seruitus habitat. Epist. 91.

Simplici cura constant necessaria, in delicias laboratur. Non fuit tam inimica natura, vt cum omnibus aliis animalibus facilem ac tutam vitam daret, homo solus non posset sine tot artibus viuere. Nihil horum ab illa nobis imperatū est, nihil ægrè quærendū, vt possit vita produci. Ad parata nati sumus: nos omnia nobis difficilia faciliū fastidio fecimus. Tecta, tegumentaque, & fomēta corporum, & quæ nūc ingens negotium facta sunt, obuia

T. gula.

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

T. Doctor.

T. Affectus.

T. Libertas.

erant, & gratuita, & opera leui parabilia. Modus enim omnium prout postulabat, necessitas erat: nos ista pretiosa, nos mira, nos magnis multisque conquirenda artibus, fecimus. Sufficit ad id natura quod poscit. A natura luxuria desciiuit: quæ quotidie seipsam incitat, & tot sæculis crescit, ingenio adiuuat vitia. Primo superuacua cepit concupiscere, inde contraria, nouissimè corpori animum addixit, & illius deseruire libidini iussit. Iam rusticitatis & miseræ est, velle quantum sat est. Epist. 91.

Nunc vero quam longè processerunt mala valetudinis? Has vsuras voluptatum pendimus vltra modum fâsque concupitarum. Innumerabiles esse morbos non miraberis, coquos numerâ. Cessit omne studium, & liberales disciplinas professi, sine vlla frequentia desertis angulis præsident. In rhetorû ac philosophorum scholis solitudo est, *Et mox.* Transeo agmina exoletorum per nationes colorésque descripta: vt ea omnibus leuitas sit, eadem primæ mensura lanuginis, eadè species capillorum, ne quis, cui rectior est coma, crispulis misceatur. Transeo pistorum turbâ, transeo ministratorum: per quos signo dato, ad inferendam cœnam discurretur. Dij boni quantum hominû vnus venter exercet. Epist. 96.

Turpis qui alto Sole semisœmnis iacet, cuius vigilia medio die incipit, & adhuc multis hoc ante lucanum est. Sunt qui officia lucis noctisque peruertunt: nec ante deducunt oculos hesternæ graues crapula, quàm appetere nox cepit. Qualis illorû conditio dicitur, quos natura (vt ait Vergilius) sedibus nostris subditos, è contrario posuit.

Nosque vbi primus equis oriens affluit, anhelis. Illis fera rubens accendit lumina vesper.

Talis horum contraria omnibus non regio, sed vita est. Sunt quidam in eadem vrbe antipodes, qui (vt Marcus Cato ait) nec orientem vnquam Solem viderunt, nec occidentem. Hos tu existimas scire, quemadmodum viuendum sit, qui nesciunt quando. Et hi mortem timent, in quâ se viui cõdiderunt, tam infasti ominis, quàm nocturnæ aues sunt. Non viuunt contra naturam, qui pomarta in summis turribus ferunt, quorum siluæ in tectis domorum ac fastigijs nutant, inde ortis radicibus, quo improbe cacumina egissent? Non viuunt contra naturam, qui fundamenta thermarum in mare iaciunt, nec delicatè

natate ipsi sibi videntur, nisi calentia stagna fluctu ac tem-
 pestate feriantur? Cum instituerunt omnia contra naturæ
 cōsuetudinem velle, nouissimè in totum, ab illa desciscūt.
 Lucet, somni tempus est: quies est, nunc exerceamur, nunc
 gestemur, nunc prandeamus. Iam lux propius accedit: tem-
 pus est cœnæ. Non oportet id facere quod populus. Res
 sordida est, uita ac vulgari via viuere. Dies publicus relin-
 quatur: proprium nobis ac peculiare mane fiat. Isti mihi
 verò defunctorum loco sunt. *Quantulum enim à funere*
absunt, & quidem acerbo, qui ad faces & cereos viuunt:
Hanc vitam agere eodem tempore multos meminimus. In
ter quos Atylium Butam prætorium: cui post patrimoniu
ingens consumptum, Tyberius paupertatem confitenti:
Sero, inquit, experrectus es. Causa autem est ita viuendi
quibusdam: non quia aliquid existiment noctem ipsam ha
bere iucundius: sed quia nihil iuuat obuium, & grauis ma-
læ conscientix lux est: & omnia concupiscenti, aut con-
temnenti, pro vt magno aut paruo empta sunt, fastidio
est lumen gratuitum. Causa tamen præcipua mihi vi-
detur huius morbi, vitæ communis fastidium. Quomodo
cultu se à cæteris distingunt, quomodo elegan-
tia cœnarum, munditiis vehiculorum: sic volunt sepa-
rare etiam temporum dispositiones: nolunt solita peccare,
quibus peccandi præmium, fama est. Hanc petunt omnes
isti, qui vt ita dicam, retro viuunt. Ideò Lucili tenenda no-
bis vita est, quam natura præscripsit, nec ab illa declinan-
dum. Illam sequentibus, omnia facilia & expedita sunt:
contra illam nitentibus non alia vita est, quam contra a-
quam remigantibus. Epist. 123.

Vide etiam finitima huic loca, scilicet. T. Gula, Ebrietas, In-
temperantia: contraque Parsimonia, Abstinentia, &c.

Frugalitas, & Parsimonia luxui contraria.

Qui domum intrauerit, nos potius miretur quam sup-
 plectilem nostram. Magnus ille est qui fictilibus
 sic vitur quemadmodum argento: nec ille minor est, qui
 sic argento vitur quemadmodum fictilibus. Infirmi animi
 est pati non posse diuitias. Epist. 5.

Hanc ergo sanam, & salubrem formã vitæ tenero, vt cor-
 pori tantũ indulgeas, quãtũ bonæ valetudini satis est. Du-
 rius tractandũ est, ne a nimo malè pareat: cibus famẽ sedet,

potio sitim extinguat, vestis arceat frigus, domus munimentum sit aduersus infesta corpori. Hanc vtrum cespes crexerit, an varius lapis gentis alienæ, nihil interest. Scitote hominem tam bene culmo quàm auro tegi. Contemne omnia quæ superuacuis labor velut ornamentum ad decus ponit. Cogita in te præter animum nihil esse mirabile cui magno, nihil magnum est. Epist. 8.

In ipsa Scipionis Africani villa iacens, hæc tibi scribo, adoratis manibus eius, & arca: quam sepulchrum esse tanti viri suspicor: animam quidem eius in cælum, ex quo erat rediisse, persuadeo mihi: non quia magnos exercitus duxit (hos enim & Cambyfes furiosus, ac furore fœliciter vsus, habuit) sed ob egregiam eiusmoderationem pietatémque, magis in illo admirabilem cum reliquit patriam, quàm cū defendit. Magna ergo me voluptas subit, contemplantem mores Scipionis ac nostros. In hoc angulo ille Carthaginis horror, cui Roma debet, quod tantum semel capta est, abluebat corpus laboribus rusticis fessum: exercebat enim opere se, terrâque (vt mos fuit priscis) ipse subigebat. Sub hoc ille lecto tam sordido stetit: hoc illum pauimentum tam vile sustinuit. At nūc quis est, qui sic lauari sustineat? pauper sibi videtur ac sordidus, nisi parietes magnis & pretiosis orbibus refulserint, nisi Alexandrina marmora Numidicis crustis distincta sint, nisi illis vndique operosa, & in picturæ modum variata circumlitio prætexatur. Eo delictiarū peruenimus, vt nisi gēmas calcare nolimus. Epi. 87.

Idem Seneca de frugalitate sua in Epist. 88. sic ait,

Cum paucissimis seruis, quos vnum capere vehiculum potuit, sine vllis rebus, nisi quæ corpore nostro continebantur, ego & Maximus meus biduum iam beatissimum agimus. Culcitra in terra iacet, ego in culcitra. Ex duabus penulis, altera stragulum, altera opertorium facta est. De prandio nihil detrahi potuit: paratum fuit non magis hora, nusquam sine caricis, nusquam sine pugillaribus. Ille, si panem habeo, pro pulmentario sunt: si non, pro pane: quotidie mihi annum nouum faciunt: quæ ego faultum & fœlicem reddo bonis cogitationibus & animi magnitudine: qui nunquam maior est, quàm vbi aliena se posuit: & fecit sibi pacem, nihil timendo: fecit sibi diuitias nihil concupiscendo. Vehiculum in quod impositus sum, rusticum est. Mulæ, viuere se ambulando testantur: mulio ex calciatus

non propter eſtatem. Vix à me obtineo, vt hoc vehiculum
 velim videri meum. Durat adhuc peruerſa recti verecun- *Ti. Verecun-*
 dia: quoties in aliquem comitatum lautioſorem incidimus, *dia.*
 inuitus erubeſco: quod argumentum eſt iſta quæ probo, *cc*
 quæ laudo, nondum habere certam ſedem & immobilem. *cc*
 Qui ſordido vehiculo erubeſcit, pretioſo gloriabitur. Pa- *cc*
 rum adhuc profeci, nondum audeo frugalitatem palam *cc*
 ferre: etiam nunc curo opiniones viatorum. Contra totius
 generis humani opiniones mittenda vox erat: iſanitis, er-
 ratis, ſtupetis ad ſuperuacua, neminè æſtimatis ſuo. Quid
 ad rem pertinent mulæ ſaginatae, vnius omnes coloris?
 Quid iſta vehicula cęlata?

Inſtrati oſtro aliſpedes, pictiſque tapetis.

Aurea pectoribus demiffa monilia pendunt.

Tecti auro, fulnum mandunt ſub dentibus aurum.

Iſta nec dominum meliorem poſſunt facere, nec mulam.
 M. Cato Cenſorius (quem tam neceſſario Romano po-
 pulo hercule profuit naſci quam Scipionem: alter enim cū
 hoſtibus noſtris bellum, alter cum moribus geſſit) cāthe-
 rio vehabatur, & hippoperis quidem impoſitis, vt ſecum
 vtenſilia portaret. O quantum erat ſęculi decus, imperato- *cc*
 rem triumphalem Cenſoriū (& quod ſuper omnia hæc eſt) *cc*
 Catonem vno caballo eſſe contentum, & ne toto quidem.
 Partem enim ſarcinæ, ab vtroque latere dependentes oc-
 cupabant. Epist. 88.

Ego certe cum Attalum audirem in vitia, in erroſes, in
 mala vitæ perorantem, ſępè miſertus ſum generis humani,
 & illum ſublimen altiorē inque humano ſtaſtigio credidi.
 Ipſe regem ſe eſſe dicebat: ſed plus quàm regnare mihi vi-
 debatur: cui liceret cenſuram agere regnantium. Cum verò
 cōmendare paupertatem cōperat, & oſtendere quod quid
 quid vſum excederet, pondus eſſet ſuperuacuum & graue
 ferenti, ſępè exire è ſchola pauperi libuit. Cum cōperat
 voluptates noſtras traducere, laudare caſtum corpus, ſo-
 bſtiam menſam, puram mentem, non tantum ab illicitis vo-
 luptatibus, ſed etiam ſuperuacuis, libebat circumſcribere
 gulam & ventrem. Inde mihi quædam permanceſe Lucili.
 Magno enim in omnia impetu veneram; deinde ad ciuita-
 tis vitam reductus, ex bene cōceptis pauca ſeruauit. Inde o-
 ſtreis boletis que in omnem vitam renuntiatum eſt. Hęc e-
 nim non cibi, ſed oblectamenta ſunt ad edendum ſaturos

Seneca Par-
ſimonia &
abſtinentia.
Cibus.

*Vnguenta.**Vinum.**Balneum.**Lectus.*

cogentia: quod gratissimum est edacibus, & se ultra quam capiunt, farcientibus facile descensura, facile reditura. Inde in omnem vitam vnguento abstinemus: quem obtinemus odor in corpore est. Nullo inde vino calet stomachus. Inde in omnem vitam balneum fugimus. Decoquere corpus atque exinanire sudoribus, inutile simul delicatūque credimus. *Et paucis interiectis.* Laudare solebat Attalus culcitramque resisteret corpori. Tali vtor etiam senex, in qua vestigium apparere non possit. Epist. 109.

Addiximus animum voluptati? cui indulgere initium omnium malorum est. Tradimus ambitioni & famæ, ceteris æque vanis & inanibus. Quid ergo nunc te hortor ut facias? Nihil noui, nec enim nouis malis remedia queruntur. Sec hoc primum, ut tecum ipse dispicias, quid sit necessarium, quid superuacuum. Necessaria tibi ubique occurrunt: superuacua, & semper, & toto animo querenda sunt. Non est autem quod te nimis laudes, si contempseris aureos lectos, & gemmeam suppellectilem. *Que est enim virtus superuacua contemnere?* Tunc te admirare, cum contempseris necessaria. Non magnam rem facis, quod viuere sine regio apparatu potes: quod non desideras miliarios apros, nec linguas fænicopterorum. Et alia portenta luxuriæ, iam tota animalia fastidientis, & certa membra ex singulis eligentis. Tunc te admirabor, si non contempseris etiam sordidum panem, si tibi persuaseris herbas ubi nec esse est, non pecori tantum, sed homini nasci: si scieris cacumina arborum explementum esse ventris, in quem sic preciosa congerimus, tanquam recepta seruantem: sine fastidio implendus est. Quid enim ad rem pertinet, quid accipiat, perditurus quidquid accepit? Epist. III.

*T. Paupertas voluntaria.**T. Abstinentia*

Itinere confectus incommodo magis, quam longo, in Albanum meum nocte multa perueni. Nihil habeo paratum nisi me. Ita in lectulo lassitudinem pono: hanc coqui, hanc pistoris moram boni consulo. Mecum enim de hoc ipso loquor, quam nihil sit graue, quod leuiter excipias: quam indignandum nihil, nisi ipse indignando astruas.

” Non habet panem meus pistor, sed habet villicus, sed habet atriensis, sed habet colonus. Malum panem, inquis, Expecta: bonus fiet? etiam illum tenerum tibi, & siliginē fames reddet. Ideò non est ante edendum, quam illa imperet. Expectabo ergo, nec ante edem, quam aut bonum pa-

nem habere cœpero, aut malum fastidire desiero. Necessarium est paruo assuescere. Multæ difficultates locorum, multæ temporum, etiam locupletibus, occurrent. Quicquid vult habere nemo potest. Illud potest, nolle quod non habet, rebus oblatis hilaris uti. Magna pars libertatis est, bene moratus venter, & contumeliæ patiens. Et stimari non potest, quantam voluptatem capiam ex eo quod lassitudo mea sibi ipsa acquiescit. Non unctioes, non balneum, non vllum aliud remedium quàm temporis quæro. Nam quod labor contraxit, quies tollit. Aliquando enim experimentum animi sumpsi subito. Hoc enim est simplicius & verius. Nã ubi se præparavit, & indixit sibi patientiam, non æquè apparet quantum habet verè firmitatis. Illa sunt certissima argumenta, quæ ex tempore dedit: si non tantum æquus molesta, sed placidus aspexit: si non excaudit, non litigavit: si quod dari deberet, ipse sibi non desiderando supplevit, & cogitavit, aliquid consuetudini suæ, sibi nihil deesse. Multa quàm superuacua essent non intelleximus, nisi cum deesse cœperunt. Utebatur enim illis, non quia debebamus, sed quia habebamus. Quàm multa autem paramus, quia alij parauerunt, quia apud pleròsque sunt. Inter causas malorum nostrorum est, quòd viuimus ad exempla: nec ratione componimur, sed cõsuetudine abducimur. Quod si pauci facerent, nollemus imitari: cum plures cœperunt: quasi honestius sit, quia frequentius, sequimur: & recti apud nos locum tenet error, ubi publicus factus est. Quanto satius est, rectum sequi limitem, & eò se perducere, ut ea demum sint tibi iucunda, quæ honesta? Quod assequi poterimus, si fecerimus duo esse genera rerum, quæ nos aut inuitent, aut fugent. Inuitent, ut diuitiæ, voluptates, forma, ambitio, cætera blanda, & arridentia. Fugent, labor, mors, dolor, ignominia, victus restrictior. Debemus itaque exerceri, ne hæc timeamus, ne illa cupiamus. In contrarium pugnemus, & ab inuitantibus recedamus, aduersus prementia concitemur. Non vides quàm diuersus sit ascendentium habitus, & descendentium? Qui pronum eunt, resupinant corpora: qui in arduum, incumbunt. Nam si descendas, pondus suum in priorem partem dare, si ascendas, retro abducere cum vitio Lucili consentaneum est: In voluptates descenditur, in aspera & dura sub-

T. Libertas.

“

“

“

“

“

“

“

Simile.

“

ABSTINENTIA.

eundem est. Hic impellamus corpora, illic refrenemus.
Epist. 124.

Vide etiam finitima huic loca & contraria: nempe T. Parsimonia, Gula, Abstinencia, Ebrietas, Voluptas, &c. si que sunt alia.

Abstinencia.

ANte circumspectum est, cum quibus edas, & bibas, quam quid edas, & bibas. Epist. 19.

Venter precepta non audit, poscit, appellat. Non est tamen molestus creditor: paruo dimittitur, si modo das illi quod debes, non quod potes. Epist. 21.

Nō pudebit fateri, quem mihi amorem Pythagoræ iniecerit Socion. Disserebat, quare ille animalibus abstinuisset, quare postea Sextius. Dissimilis utriusque causa erat: sed utriusque magna. Hic homini satis alimentorum citra sanguinem esse credebat, & crudelitatis consuetudinem fieri, ubi in voluptatem esset adducta laceratio. Adiciebat contrahendam materiam esse luxuriæ. Colligebat bonæ valetudini contraria esse alimenta varia, & nostris aliena corporibus. At Pythagoras omnium inter omnia cognationem esse dicebat, & aliorum commercium in alias atque alias formas transeuntium. Interim sceleris hominibus ac parricidij metum fecit, cum possint in parentis animam insciji incurrere, & ferro morsuè violare, in quo cognatus aliquis spiritus hospitaretur. Si vera sunt ista, abstinuisset animalibus, innocentia est: si falsa, frugalitas est. Quod istic crudelitibus tuis damnum est? Alimenta tibi leonum & vulturum eripio. His instinctus, abstineri animalibus cœpi, & anno peracto non tantum facilis erat mihi animum esse credebam. Epist. 109.

Solere à carnibus abstinere.

Nunquid enim mi Lucili, in hoc furor non est quod nemo nostrum mortalem se cogitat? quod nemo imbecillū? Imo in illo, quod nemo nostrum vnum esse se cogitat? Aspice culinas nostras, & concursantes inter tot ignes coquos nostros. Vnum videre putas ventrem, cui tantorum tumultu comparatur cibus? Aspice vinaria nostra, & plena multorum seculorum vindemiis horrea. Vnum putas videri ventrem, cui tot climatum regionūque vina cluduntur? Aspice quot locis verratur terra, quot millia colonorum arent, fodiant. Vnum putas videri ventrem, cui & in Sicilia, & in Africa scribitur? Sani erimus, & modica con-

cupiscemus, si vnusquisque se numeret, meriatur simul corpus, sciátque nec multum capere, nec diu posse. Nihil tamen æque tibi profuerit ad temperantiam omnium rerum quam frequēs cogitatio breuis æui, & huius incerti. Quicquid facies respice ad mortem Epist. 115.

Vide etiam Titulos huc finitimos qui proximè præcesserunt, quique sequuntur.

Gula.

QVò peruenere delicia? Is pro putrido iam piscis affertur, qui hodie eductus, hodie occisus est. Nescio de re magna tibi credere. Ipse oportet mihi credam, huc afferatur, coram me animam agat. Ad hunc fastum peruenere ventres delicatorum, vt gustare non possint piscem, nisi quem in ipso conuiuio natantem palpitantemque viderint. Quanto ad solertiam luxuriæ plures eunt, tanto subtilius quotidie & elegantius aliquid excogitat furor, vsitata contemnens. Illa audiebamus, Nihil esse melius saxatili mullo. At nunc audimus. Nihil est moriente formosius. Da mihi in manus vas vitreum in quo exultet, in quo trepidet. Vbi multum diúque laudatus ex illo perlucido viuario extrahitur, tunc vt quisque peritior est, monstrat. Vide quomodo exarserit rubor, omni acrior minio. Vide quas per latera venas agat. Ecce, sanguineum putes ventrem: quam lucidum quiddam ceruleumque sub ipso tempore effulsit. Iam porrigitur & pallet, & in vnum colorem componitur. Ex his nemo morienti amico affidet, nemo videre mortem patris sui sustinet, quam optauit. Quotus quisque funus domesticum ad rogam profequatur? fratrum propinquorumque extrema hora deseritur: ad mortem nulli concurritur. Nil enim est illo formosius. Non tempero mihi, quin vtar interdum temerariis verbis, & proprietatis modum excedam. Non sunt ad popinam dentibus, & ventre, & ore contenti, oculis quoque gulosi sunt Lib. 3. Natu. Quæst. capit. 18.

Mullus genus est piscis pulcherrimum.

Medicina quondam paucarum fuit scientia herbarum, quibus sisteretur fluens sanguis, vulnera coirent paulatim. Deinde in hanc peruenit tam multiplicem varietatem. Nec est mirum, tunc illam minus negotij habuisse, firmis adhuc solidisque corporibus, & facili cibo, nec per

artem voluptatēque corrupto. Qui postquam cœpit, non ad tollendam, sed ad irritandam famem quæri; & inuentæ sunt mille condituræ, quibus auiditas excitaretur, quæ desiderantibus alimenta erant, onera sunt plenis. Inde pallor, & neruorum vino madentium tremor, & miserabilior ex cruditatibus quam ex fame macies. Inde incerti labentium pedes, & semper qualis in ipsa ebrietate titubatio. Inde in totam cutem humor admissus, distentusque venter, dum malè assuescit plus capere, quam poterat. Inde suffusio lûridæ bilis, & decolor vultus, tabesque in se putrescentium, & retorti digiti articulis obrigescentibus; neruorum sine sensu iacentium torpor, aut palpitatio corporum sine intermissione vibrantium. Innumerabilia præterea febrium genera, aliarum impetu subeuntium, aliarum tenui peste repentium, aliarum cum horrore & multa membrorum quassatione venientium? Quid alios referam innumerabiles morbos, supplicia luxuriæ? Immunes erant ab istis malis, qui nondum se deliciis soluerant, qui sibi imperabant, sibi ministrabant. Corpora opere ac vero labore durabant, aut cursu defatigata, aut venatu, aut tellurem versantia: excipiebat illos cibus qui nisi esurientibus placere non poterat. Itaque nihil opus erat tam magna medicorum suppellectile, nec tot ferramentis atque pixidibus. Simplex erat ex simplici causa valetudo; multos morbos, multa fercula fecerunt. Vide quantum reum per vnam gulam transcuraturum, permisceat luxuria; terrarum marisque vastatrix. Necessè est itaque inter se tam diuersa dissideant, & hausta male digerantur, aliis aliò nitentibus. Epist. 96.

Vbi Seneca de niuium generatione in lib. de natural. Quest. disputavit, sic tandem concludit. Quid istas, inquis, ineptias, quibus nec literatior fit quisquam, nec melior, tam operose persequeris? Quomodo fiant niues dicis, cum multo magis ad nos dici a te pertineat, quomodo emendæ non sunt niues. Haha, iubes me cum luxuria litigare. Quotidianum istud & sine effectu iurgiū est. Litigemus tamen, etiamsi superior futura est: pugnantes ac reluctantes vincat. Deinde post pauca subdit. Vnde ad hoc peruentum sit, ut nulla nobis aqua satis frigida videretur quæ flueret, dicam. Quandiu sanus & salubris cibi capax stomachus est, impleturque, non premitur, naturalibus fomentis contentus est. Vbi

quotidianis eruditatibus, non temporis æstus, sed suos sentit; ubi ebrietas continua visceribus insedit, & præcordiabile inquam vertitur, torret: aliquid necessario quaeritur quo æstus ille frangatur, qui ipsis aquis incalescit, remediis incitat vitium. Itaque non æstate tantum, sed & media hyeme niuem hac causa bibunt. Quæ huius rei causa est, nisi intestinum malum, & luxu corrupta præcordia: quibus nullum interuallum vnaquam quo interquiescerent, datum est: sed prandia, cœnis vsque in lucem perductis, ingesta sunt: & distentos copia ferculorū ac varietate, cōmessatio altius merfit? Nat. Quæ. li. 4. c. 13.

Vide etiam hac de re finitimos huic Titulos proxime præcedentes, & sequentes.

Sobrietas. Ebrietas.

Vult nos ab ebrietate deterrere Zeno vir maximus, huius sectæ fortissimæ ac sanctissimæ conditor. Audi ergo quemadmodum colligit virum bonum non futurum ebrium. Ebrio secretum sermonem nemo committit, viro autem bono committit, ergo vir bonus ebrius nō est. Non est animus in sua potestate ebrietate deuinctus. Quemadmodum musto dolia ipsa rumpuntur, & omne quod in imo iacet, in summam partem vis caloris eiecit: sic vino æstuate, quicquid in imo iacet abditum, effertur & prodit in medium. Onerati mero, quemadmodum non continent cibum, vino redundante: ita ne secretum quidem, quod suum alienūque est, pariter effundūt. Interim si hoc colligere vis, virum bonum non debere ebrium fieri, cur syllogismis agis? dic quā turpe sit plus sibi ingerere quā capiat, & stomachi sui nō nosse mensuram: quā multa ebrij faciant, quibus sobrij erubescant. Nihil aliud esse ebrietatem, quā voluntariam insaniam. Extēde in plures dies illum ebrium habitum: nunquid de furore dubitabis? Nunc quoque non est minor, sed brevior. Refert Alexātri Mæcedonis exemplū, qui Clitū charissimum sibi ac fidelissimū inter epulas transfodit, & intellecto facinore, mori voluit, certè delituit. Omne vitium ebrietas & incendit, & detegit: obstantem malis conatibus verecundiam, remouet. Plures enim pudore peccandi, quā bona voluntate, prohibitis abstinent. Vbi possedit animum nimia vis vini, quicquid latebat, emergit.

Simile.

T. Secretum.

T. Pudor.

artem voluptatēque corrupto . Qui postquam cepit, non ad tollendam, sed ad irritandam famem queri ; & inuentæ sunt mille condituræ , quibus auiditas excitaretur, quæ desiderantibus alimenta erant, onera sunt plenis. Inde pallor, & neruorum vino madentium tremor, & miserabilior ex cruditatibus quam ex fame macies. Inde incerti labentium pedes, & semper qualis in ipsa ebrietate titubatio. Inde in totam cutem humor admissus, distentusque venter, dum malè assuescit plus capere, quam poterat . Inde suffusio luidæ bilis, & decolor vultus, tabesque in se patrescentium, & retorti digiti articulis obrigescentibus; neruorum sine sensu iacentium torpor, aut palpitatio corporum sine intermissione vibrantium. Innumerabilia præterea febrium genera , aliarum impetu subeuntium , aliarum tenui peste repentium , aliarum cum horrore & multa membrorum quassatione venientium? Quid alios referam innumerabiles morbos, supplicia luxuriæ? Immunes erant ab istis malis, qui nondum se deliciis soluerant, qui sibi imperabant, sibi ministrabant . Corpora opere ac vero labore durabant, aut cursu defatigata, aut venatu, aut tellurem versantia: excipiebat illos cibus qui nisi esurientibus placere non poterat. Itaque nihil opus erat tam magna medicorum suppellectile, nec tot ferramentis atque pixidibus . Simplex erat ex simplici causa valetudo, multos morbos, multa fercula fecerunt. Vide quantum rerum per vnam gulam transitararum, permisceat luxuria, terrarum marisque vastatrix . Necessè est itaque inter se tam diuersa dissideant, & hausta male digerantur, aliis aliò nitentibus. Epist. 96.

Vbi Seneca de niuium generatione in lib. de natural. Quest. disputauit, sic tandem concludit. Quid istas, inquis, ineptias, quibus nec literatior fit quisquam, nec melior, tam operose persequeris? Quomodo fiant niues dicis, cum multo magis ad nos dici a te pertineat, quomodo emendæ non sunt niues. Haha, iubes me cum luxuria litigare. Quotidianum istud & sine effectu iurgiū est . Litigemus tamen, etiamsi superior futura est: pugnantes ac reluctantes vincat. Deinde post pauca subdit. Vnde ad hoc peruentum sit, vt nulla nobis aqua satis frigida videretur quæ flueret, dicam . Quandiu sanus & salubris cibi capax stomachus est, impleturque, non premitur, naturalibus fomentis contentus est . Vbi

quotidianis eruditibus, non temporis æstus, sed suos sentit; ubi ebrietas continua visceribus insedit, & præcordiabile inquam vertitur, torret: aliquid necessario quaeritur quo æstus ille frangatur, qui ipsis aquis incalescit, remediis incitat vitium. Itaque non æstate tantum, sed & media hyeme niuem hac causa bibunt. Quæ huius rei causa est, nisi intestinum malum, & luxu corrupta præcordia: quibus nullum interuallum vaquam quo interquiescerent, datum est: sed prandia, cœnis vsque in lucem perductis, ingesta sunt: & distentos copia ferculorū ac varietate, cōmessatio altius meruit? Nat. Quæ. li. 4. c. 13.

Vide etiam hac de re finitimos huic Titulos proxime præcedentes, & sequentes.

Sobrietas. Ebrietas.

Vult nos ab ebrietate deterrere Zeno vir maximus, huius sectæ fortissimæ ac sanctissimæ conditor. Audi ergo quemadmodum colligit virum bonum non futurum ebrium. Ebrio secretum sermonem nemo committit, viro autem bono committit, ergo vir bonus ebrius non est. Non est animus in sua potestate ebrietate deuinctus. Quemadmodum musto dolia ipsa rumpuntur, & omne quod in imo iacet, in summam partem vis caloris eiecit: sic vino æstuante, quicquid in imo iacet abditum, effertur & prodit in medium. Onerati mero, quemadmodum non continent cibum, vino redundante: ita ne secretum quidem, quod suum alienūque est, pariter effundit. Interim si hoc colligere vis, virum bonum non debere ebrium fieri, cur syllogismis agis? dic quàm turpe sit plus sibi ingerere quàm capiat, & stomachi sui non nosse mensuram: quàm multa ebrij faciant, quibus sobrij erubescant. Nihil aliud esse ebrietatem, quàm voluntariam insaniam. Extēde in plures dies illum ebrium habitum: nunquid de furore dubitabis? Nunc quoque non est minor, sed brevior. Refert Alexātri Macedonis exemplū, qui Clitū charissimum sibi ac fidelissimū inter epulas transfodit, & intellecto facinore, mori voluit, certè delituit. Omne vitium ebrietas & incendit, & detegit: obstantem malis conatibus verecundiam, remouet. Plures enim pudore peccandi, quàm bona voluntate, prohibitis abstinent. Vbi possedit animum nimia vis vini, quicquid latebat, emergit.

Simile.

T. Secretū.

T. Pudor.

*Mira nota-
tio ebrj.*

Non facit ebrietas vitia, sed protrahit: tunc libidinosus ne cubiculum quidem expectat, sed cupiditatibus suis quantum petierint, sine dilatione permittit: tunc impudicus morbum profitetur ac publicat, tunc petulans non linguam, non manum continet. Crescit insolenti superbia, crudelitas sæuo, malignitas liuido, omne vitium detegitur & prodit. Adice illam ignorationem sui, dubia & parum explanata verba, incertos oculos, gradum errantem, vertiginem capitis, tecta ipsa mobilia, velut aliquo turbine circum agente totam domum: stomachi tormenta cum efferuescit merum, ac viscera ipsa distendit. Tunc tamen utcumque tolerabile est, dum illis vis sua est. *Quid cum somno vitatur, & quæ ebrietas fuit, cruditas facta est? Cogita quas clades ediderit publica ebrietas. Hæc acerrimas gentes bellicosasque hostibus tradidit. Hæc multorum annorum pertinaci bello defensa mœnia, patefecit: hæc contumacissimos & iugum recusantes, in alienum egit arbitrium: hæc inuictas acies mero domuit. Alexandrum, cuius modo feci mentionem, tot itinera, tot prælia, tot hyemes, per quas victa temporum locorumque difficultate, transierat, tot flumina ex ignoto cadentia, tot maria tutum dimiserunt, intemperantia bibendi concidit. Epist. 84.*

Mansuetudo Clementia.

Ti. Fides.

EX his quæ nos offendunt, alia renuntiantur nobis, alia ipsi audimus & videmus. His quæ narrata sunt, non debemus citò credere. Multi ementiuntur, ut decipiant, multi quia decepti sunt. Alius criminatione gratiam captat, & fingit iniuriam, ut videatur, doluisse factam. Est aliquis malignus, & qui amicitias cohærentes diducere velit. *Et mox. Qui dicere tibi nisi clam non vult, penè non dicit. Quid est iniquius quàm secretò credere, palam irasci? Quorundam ipsi testes sumus. In his naturam excutiemus, voluntatè que facientium. Puer est: ætati donetur: nescit an peccet. Pater est: aut tantum profuit, ut illi donanda iniuria eius sit: aut fortassis ipsum hoc meritum eius est, quo offendimur. Mulier est: errat. Iustus est: necessitati, quis nisi iniquus succenset? Læsus est: non est iniuria pati, quod prior feceris. Iudex est: plus illius credas sententiæ, quàm tuæ. Rex est: si nocentem punit, cede iustitiæ:*

Subiectio elegant.

iustitiæ: si innocentem, cede fortunæ. Mutum animal est,
 aut simile muto: imitaris illud, si irasceris. Deus est: tam
 perdis operam cum illi irasceris, quàm cum illum alteri
 precaris iratum. Bonus vir est, qui iniuriam fecit: noli
 credere: malus, noli mirari. Dabit pœnas alteri, quas de-
 bet tibi: & iam sibi dedit, qui peccavit. Regis quisque in-
 tra se animum habet, vt licentiam sibi dari velit, in se no-
 lit alteri. Aut ignorantia nos itaque rerum, aut insolentia
 iracundos facit. Ignorantia. Quid enim mirum est, malos
 mala facinora edere? Quid noui est, si inimicus, nocet, a-
 micus offendit, filius labitur, seruus peccat? Turpissimam,
 aiebat Fabius, imperatori excusationem esse, Non puta-
 ui. Ego turpissimam homini puto, Omnia puta. Expecta, &
 in bonis moribus aliquid existet asperius. Fert humana na-
 tura insidiosos amicos, fert ingratos, fert cupidos, fert im-
 pios. Cùm de moribus vnus iudicabis, de publicis cogi-
 ta. Vbi maximè gaudebis, maximè metues. Vbi tranquil-
 la tibi omnia videntur, ibi nocitura non desunt, sed quies-
 cunt. Semper futurum aliquid quod te offendat, existima.
 Gubernator nunquam ita totos sinus explicuit securus, vt
 non expedite ad contrahendum armamenta disponderet.
 Lib. 2. de Ira. cap. 29. & 30. 31.

Simile.

Magni animi est, iniurias despiciere. Vltionis contume-
 liosissimum genus est, non esse visum dignum, ex quo pe-
 teretur vltio. Multi leues iniurias altius sibi demisere,
 dum vindicant. Ille magnus & nobilis est, qui more ma-
 gnæ feræ latratus minorum canum securus exaudit. Lib.
 2. de Ira. cap. 32.

*T. Magna
nimitas.*

Quid facilius fuit Antigono, quàm duos manipulares
 duci iubere, qui incumbentes regio tabernaculo, facie-
 bant quod homines & periculosissimè, & libentissimè fa-
 ciunt, qui de rege suo malè existimant? Audierat omnia
 Antigonus, vtpote cum inter dicentes & audientem pal-
 la interesset, quàm ille leuiter commouit, Longius, inquit,
 discedite, ne vos rex audiat. Idem quadam nocte, cum
 quosdam ex militibus suis exaudisset, omnia mala impre-
 cantes regi, qui ipsos in illud iter, & inextricabile lutum
 deduxisset, accessit ad eos qui maximè laborabant: & cum
 ignorantes à quo adiuuarentur, explicuisset, Nunc, in-
 quit, maledicite Antigono cuius vitio in has misérias
 incidistis. Ei autem benè optate, qui vos ex hac voiagi-

T. Rex.

ne eduxit. Idem tam miti animo hostium suorum male-
 dicta, quam civium tulit. Itaque cum in parvulo quo-
 dam castello Græci obsiderentur, & fiducia loci contem-
 nentes hostem, multa in deformitatem Antigoni ioca-
 rentur, & nunc staturam humilem, nunc collisum nasum
 deriderent, Gaudeo, inquit, & aliquid boni spero, in ca-
 stis meis Silenum habeo. Cum hos dicaces fames do-
 muisset, captis, sicut mos est, ut eos qui militiæ utiles e-
 rant, in cohortes describeret, cæteros præconi subiiceret,

T. Lingua.

id quoque se negavit facturum fuisse, nisi expediret his
 dominum habere, qui tam malam haberent linguam. Di-
 cat itaque quisque sibi quoties laceffitur, Nunquid po-
 tentior sum Philippo? Nunquid in domo mea plus pos-
 sum, quam toto orbe terrarum diuus Augustus potuit?
 Ille tamen contentus fuit à conuiatore suo secedere.
 Quid est? Quare ego serui mei hilarius responsum & con-
 tumaciorem vultum, & non peruenientem vsque ad me-
 murmurationem, flagellis & compedibus expiem? Quis
 sum, cuius aures lædi nefas sit? Ignouerunt multi hosti-
 bus, ego non ignoscam pigris, negligentibus, garrulis?
 Puerum ætas excuset, feminam sexus, extraneum liber-
 tas, domesticum familiaritas. Nunc primum offendit: co-
 gitemus quandiu placuerit. Sæpe & aliàs offendit: fera-
 mus quod diu tulimus. Amicus est, fecit quod noluit. Ini-
 micus est, fecit quod debuit. Prudentiori cedamus, stul-
 tiori remittamus. Pro quoecunque illud respondeamus
 nobis: sapientissimos quoque viros multa delinquere: ne-
 minem esse tam circumspectum, cuius non diligentia ali-
 quando sibi ipsi excidat. Neminem tam maturum, cuius
 non grauitatem in aliquod feruidius factum casus impin-
 gat, neminem tam timidum offensarum, qui non in illas
 dum vitat, incidat. Noli æstimare hanc horam, aut hunc
 diem. Totum inspice mentis tuæ habitum: etiam si nihil
 mali fecisti, potes facere. Quanto satius est sanari iniu-
 riam, quam vlcisci? Multum temporis vltio absunt. Mul-
 tis se iniuriis obiicit, dum vnã dolet. Diutius irascimur
 omnes, quam lædimur. Quanto melius est abire in diuer-
 sum, nec vitia vitiis opponere? Num quis satis constare
 sibi videatur, si mulam calcibus repetat, & canem morsu?
 Ista, inquis, peccare se nesciunt. Primum, quam iniquus
 est, apud quem hominem esse ad impetrandam veniam

nocet. Deinde, si cætera animalia hoc iræ tuæ subducit, quod consilio carent, eo loco tibi sit, quisquis consilio caret. Quid enim refert an alia mutis dissimilia habet, si (quod in omni peccato multa defendit) similem habet caliginem mentis? Mansuetè immansueta tractanda sunt. Quod in luctu dici solet, efficacissimè & in ira dicitur. Vtrum aliquando desines, an nunquam? Si aliquando, fatius est iram relinquere, quàm ab ira relinqui. An semper hæc cogitatio durabit? Vides quàm impacatam tibi denuntias vitam: qualis erit semper ira tumentis? Lib. 3. de Ira. à 22. vsque ad 27. cap.

Vt de clementia scriberem Nero Cæsar, vna me vox tua maxime compulit, quam ego non sine admiratione, & cum diceretur, audisse memini, & deinde aliis narrasse. Vocem generosam, magni animi, magnæ lenitatis: quæ non composita, nec alienis auribus data, subito crepuit, sed bonitatem tuam cum fortuna tua litigantem in medium adduxit. Animaduersus in latrones duos Burrus præfectus tuus vir egregius & tibi principi notus, exigebat à te, scriberes, in quos, & ex qua causa animaduerti velles. Hoc sæpe dilatum vt aliquando fieret, instabat. Inuitus inuito cum chartam protulisset traderetque, exclamasti, Vellem nescire literas. O dignam vocem quam audirent omnes gentes, quæ Romanum imperium incolunt, quæque iuxta iacēt dubiæ libertatis, quæque se contra, viribus aut animis attollunt. O vocem in concionem omnium mortalium mittendam, in cuius verba principes regesque iuramentum faciant. O vocem prisce generis humani innocentie, dignam cui redderetur antiquum illud sæculum: Lib. 2. de Clem. cap. 1.

Clementia est temperantia animi in potestate vlciscendi: vel, lenitas superioris aduersus inferiorem in constituendis pœnis. Itaque dici potest & inclinatio animi ad lenitatem in pœna exigenda. Huic contrariam imperiti putant seueritatem, sed nulla virtus virtuti contraria est. Quid ergo opponitur clementiæ? Crudelitas: quæ nihil aliud est, quàm atrocitas animi in exigendis pœnis. Illos ergo crudeles vocabo, qui puniendi causam habent, modo non habent. Lib. 2. de Clem. cap. 3. & 4. Quomodo *Ti. Fortissimus* quorundam lapidum inexpugnabilis terro duritia est, nec do. *secari adamas*, aut exdi vel deteri potest, sed incurrentia *T. Patiensis*.

*Sapientis mā
suetudo &
patientia in-
expugnabilis
& iniusta.* vltro retundit: quemadmodum quædam non possunt igne
confumi, sed flamma circumfusa, rigorem suum habitum-
que conseruant: quemadmodum proiecti in altum scopulū
mare fragant, nec ipsi vlla sæuitiæ vestigia, tot verberati
procellis ostentant: ita sapientis animus solidus est, & id

» roboris collegit, vt tam tutus sit ab iniuria quàm illa quæ
» retuli. Quid igitur? non erit aliquis, qui sapienti facere
» tenter iniuriam? Tentabit, sed non peruenturam ad eum.
» Maiore enī interuallo à contactu inferiorum abductus
» est, quàm vt vlla vis noxia, vsque ad illum vires suas pro-
» ferat. Etiam cum potentes imperio editi, & consensu ser-
» uientium validi, nocere ei tentent, tam citra sapientem o-
» mnes eorū impetus deficient, quàm quæ neruo tormētis ve
» in altū exprimuntur: cum extra visum exilierunt, citra cœ-
» lum tamē hæduntur. Quid tu putas cum stolidus ille rex
» multitudine telorum diem obscurasset, vllam sagittam in
» Solem incidisse? aut demissis in profundum cathenis Ne-
» ptunam potuisse constringi? Vt cœlestia humanas manus
» effugiunt, & ab his qui templa diruunt, aut simulachra
» constant, nihil diuinitati nocetur: ita quidquid fit in sapiē-
» tem proteruè petulanter, superbe, frustra tentatur. At, sa-
» rius erat, neminē esse qui facere vellet. Rem difficile optas
» humano generi, innocentiam. At non fieri, eorum interest
» qui facturi sunt, non eius qui pati, ne si fiat quidem, po-
» test. Imo nescio an magis vires sapientia ostendat tran-
» quillitatis inter lacescentia: sicut maximum argumentum
» est Imperatoris armis virisque pollentis, tuta securitas &
» in hostium terrā. Diuidamus si tibi videtur Serene, iniu-
» riam à contumelia. Prior illa natūra grauior est: hæc le-
» uior, tamen delicatis grauis, qua non læduntur, sed offen-
» duntur. Tanta est tamen animorum dissolutio & vanitas,
» vt quidam nihil acerbius putent. Sic inuenies seruum, qui
» flagellis, quàm colaphis cædi malit: & qui mortem ac ver-
» bera tolerabiliora credat, quàm contumeliosa verba. Ad
» tantas ineptias peruentum est, vt non dolore tantum, sed
» doloris opinione vexemur, more puerorum, quibus me-
» tus incutit vmbra, & personarum deformitas, & depraua-
» ta facies: lachrymas vero euocant nomina parum grata
» auribus, & digitorum motus, & alia quæ impetu quo-
» dam erroris improuidi refugiunt.

Simile.

Simile.

Iniuria propositum hoc habet, aliquem malo afficere

Malo autem sapientia non reliquit locum. Vnum enim illi malum est, turpitudine: quæ introire eò ubi iam virtus honestumque est, non potest. Iniuria ergo ad sapientem non peruenit. Nam si iniuria alicuius mali patientia est, sapiens autem nullius mali est pariens, nulla ad sapientem iniuria pertinet. Omnis iniuria, diminutio eius est, in quem incurrit: nec potest aliquis iniuriam accipere sine aliquo detrimento, vel dignitatis, vel corporis, vel rerum extra nos positarum. Sapiens autem nihil perdere potest, omnia in se reposita, nihil fortunæ credit, bona sua in solido habet contentus virtute, quæ fortuitis non indiget. Nihil eripit fortuna, nisi quod dedit, virtutem autem non dat, ideo nec detrahit. *Fortitudo.* Libera est, inuolabilis, immota, inconcussa. Sic contra casus indurat, ut nec inclinari quidem, ne dum vinci possit. *Patientia.* Aduersus apparatus terribiliū, rectos oculos tenet: nihil ex vultu mutat, siue illi dura, siue secunda ostendantur. *T. Virtus.* Itaque nihil perdet, quod perire sensurus sit. Vnius enim in possessione virtutis est, ex qua depelli nunquam potest, cæteris precatio vititur. Quis autem iactura mouetur alieni? Quod si iniuria nihil laedere potest ex his quæ propria sapientis sunt, quia virtute sua salua sunt, iniuria sapienti non potest fieri. Megaram Demetrius ceperat, cui cognomen Poliorcetes fuit: ab hoc Stilbon philosophus interrogatus, Numquid perdidisset? Nihil, inquit, Omnia namque mea mecum sunt. Atqui & patrimonium eius in prædam ceferat, & filias rapuerat hostis, & patriam violauerat. At ille illi victoriam excussit, & se vrbe capta, non inuictum tantum, sed indemnem esse, testatus est. Habebat ergo secum vera bona, in quæ non est manus iniectio. At ea quæ dissipata & direpra ferebantur, non iudicabat sua, sed adueritia, & nutum fortunæ sequentia: ideo non ut propria dilexerat. Omnium enim extrinsecus affluentum lubrica & incerta possessio est. Cogita nunc, an huic fur, an calumniator, an vicinus potens, aut diues aliquis, facere iniuriam possit: cui bellum, & hostis ille egregiam artem quæstandarum ubiū professus, eripere nihil possit. Inter micantes ubique gladios, & militarem in rapinam tumultum, inter flammis, & sanguinem, stragemque impulsæ ciuitatis, inter fragorem templorum super Deos suos cadentium, vni homini pax fuit. Non est itaque quod audax iudices promissum, cuius tibi,

„ si parum fidei habes, sponforem dabo. Vix enim credis tā-
 „ tum firmitatis in homine, aut tantam animi magnitudi-
 „ nem cadere: sed si prodit in medium qui dicat, Non est
 „ quod dubites, an atrollere se homo natus supra humana
 „ possit, an dolores dāna, vlcerationes, vulnera, magnos mo-
 „ tus rerum circa se fientium, securus aspiciat: & dura
 „ placidè ferat, & secunda moderatè, nec illis cedens, nec his
 „ fretus: vnus idēque inter diuersa sit nec quicquam suum
 „ nisi se putet esse, ea quoque parte qua melior est. En ad-
 „ sum hoc vobis probaturus: sub isto tot civitatum euerfo-
 „ re, munimenta incurfu arietis labefieri, & turrium altitu-
 „ dinem cuniculis ac latentibus fossis repente residere, &
 „ æquaturum editissimas arces aggerem crescere: at nulla
 „ machinamenta posse reperiri, quæ benè fundatum ani-
 „ mum agitent. Eripui me nudum domo, & incendiis vndi-
 „ que relucens, per flammam, per sanguinem fugi. Filias
 „ meas qui casus habeat, an peior publico, nescio. Solus, &
 „ senior, & hostilia circa me omnia videns, tamen integrum
 „ incolumēque esse censum meum profiteor, teneo, habeo
 „ quicquid mei habui. Non est quod me victum, victorem
 „ te credas. Vicit fortuna tua fortunam meam. Caduca illa
 „ & dominum mutantia, vbi sint, nescio. Quod ad res meas
 „ pertinet, mecum sunt, mecum erunt. Perdiderunt isti diui-
 „ tes patrimonia. Libidinosi amores suos, & magno pudori
 „ impendio dilecta scorta. Ambitiosi curiam, & forum,
 „ & loca exercendis in publico vitiis destinata. Fœnerato-
 „ res perdidit tabellas suas, quibus auaritia falsò læta,
 „ diuitias imaginatur. Ego itaque omnia integra illibata-
 „ que habeo. Proinde istos interroga qui flent, qui lamen-
 „ tantur, strictis gladiis nuda pro pecunia corpora opponūt,
 „ qui hostem onerato sinu fugiunt. Ergo ita habe Serene,
 „ perfectum illum virū humanis diuinisque virtutibus ple-
 „ num, nihil perdere. Bona eius solidis & inexuperabilibus
 „ munimentis præcincta sunt. Non Babylonis illi muros
 „ contuleris, quos Alexander intrauit. Non Carthaginis aut
 „ Numantiæ mœnia, vna manu capta. Nō capitolium arcuē.
 „ Patent ista hostili vestigio illa quæ sapientem tuentur, à
 „ flamma & ab incursu tuta sunt: nullum introitum præbēt,
 „ excelsa, inexpugnabilia, Dus æqua. Non est quod dicas,
 „ ita vt solet, hanc sapientem nostrum nusquam inue-
 „ nit. Non fugimus istud humani ingenii vanum decus,

nec ingentem imaginem falsæ virtutis concipimus: sed
 qualem confirmamus, exhibuimus, & exhibemus. Rarò
 forsitan magnisque ætatum interuallis inuenitur. Nec e-
 nim magna & excedentia solitum ac vulgarem modum,
 crebriò gignuntur. Non potest ergo quisquam aut nocere
 sapienti, aut prodesse. Quemadmodum diuina nec iniuri
 desiderant, nec lædi possunt. Sapiens autem vicinus pro-
 ximisque Diis cõsistit, excepta mortalitate, similis Deo.
 Non habet vbi accipiat iniuriam, ab homine me tantum
 dicere putas? sed nec à fortuna quidem: quæ quoties cum
 virtute congressa est, nunquam par recessit. Si maximum
 illud, vltra quod nihil habet iratæ leges, ac sæuissimi do-
 mini quod minentur, in quo imperium suum consumit
 fortuna, æquo placidoque animo accipimus, & scimus
 mortem malum non esse, ob hoc ne iniuriam quidẽ: mul-
 to fortius alia tolerabimus. Omnia itaque sic patitur, vt
 hyemis rigorem, & intemperantiã cœli, & feruores mor-
 bõsque, & cœtera fortè accidentia:

Sed quoniam priorem partem percurrimus, ad alterã que
 de contumelia est, transeamus. Hunc affectum mouet hu-
 militas animi contrahentis se ob factum dictumque in-
 honorificum. Ille me hodie nõ admisit, cum alios admit-
 teret. Sermonem meum aut superbè auersatus est, aut pa-
 lam risit, & non in medio me loco, sed in imo collocauit,
 & alia huiusmodi notæ. Quæ quid vocem, nisi querelas
 nauseantis animi; in quæ ferè delicati & fœlices incidunt.
 Non vacat enim hæc notare cum peiora instant. Nimio
 otio ingenia nostra infirma, & muliebria, & inopia veræ
 iniuriæ lasciuiencia, his commouentur: quorum pars ma-
 ior cõstat vitio interpretantis. Itaque nec prudẽtiæ quic-
 quam in se esse, nec fiduciæ ostendit, qui contumelia affi-
 citur. Non dubiè enim cõtemptum se iudicat, & hic mor-
 sus non sine quadam humilitate animi euenit, suppressi-
 tis se ac descendens. Sapiens autem à nullo contemni-
 tur, magnitudinem suam nouit, nullique tantum de se li-
 cere nuntiat, quantũ sibi. Hæc vero minora, ne sentit qui-
 dem, nec aduersus ea solita illa virtute vitur dura tolerã-
 di: sed aut non annotat, aut digna risu putat.

Præterea cum magnam partem contumeliarum superbi
 insolentisque faciant, & malè fœlicitatem ferentes, ha-
 bet quo istum affectum inflatum respuat, pulcherrimam

MANSVETUDO. CLEMENTIA.

virtutem omnium, animi sanitatem magnitudinēque. Illa, quicquid huiusmodi est, transcurrit vt vanasomniorum species, visusque nocturnos, nihil habentes solidi, nec veri. Quem animum nos aduersus pueros habebimus, hunc sapiens aduersus omnes, quibus etiam post iu-

Simile.

T. Senectus.

» uentam canosque puerilitas est. An quicquam illi profecerunt, quibus animi mala sunt: auctique in maius errores: qui à pueris magnitudine tantū formaque corporum differunt? Quid est autem quare hanc animi firmitatē non credis in virum sapientem cadere, cum tibi in aliis idem

Similia.

T. Vulgus.

» notate, sed non ex eadem causa, liceat? Quis enim phrenetico medicus irascitur? quisue febricitantis & frigida prohibiti, maledicta in malam partem accepit? Hunc affectum aduersus omnes habet sapiens, quem aduersus ægros suos medicus: quorum nec obscena, si remedio egent, correctare, nec reliquias & effusa intueri dedignatur, nec per furorem sæuientium excipere conuitia. Scit sapiens omnes hos qui rogati, purpuratique incedūt, valentes coloratosque malè sanos esse: quos non aliter videt, quàm ægros intemperantes. Itaque nec succenset quidem, si quid in morbo petulantius ausi sunt aduersus medentē: & quo animo honores eorum nihilo æstimat, eodem parum honorificè facta. Quemadmodum non placet sibi, si illum mendicus coluerit, nec contumeliam iudicabit, si illi homo plebis vltimæ salutanti, mutuam salutationem non reddiderit: sic nec se suspiciet quidem, si illum multi diuites suspexerint. Scit enim illos nihil à mendicis differre, imo miserrimos esse. Illi enim exiguo, hi multo egent. Lib. 2. de Tranq. vitæ. à cap. 3. vsque ad 13.

Bonum apud virum citò moritur iracundia. Ex Publ. Mi.

Clementia in quamcunque domum venerit, fœlicem eā tranquillamque præstabit. Ex eod.

Parcendum est improbandis ciuibus, non aliter quam membris languentibus. Ex eod.

Peccandi verecundiam facit ipsa clementia regentis. Ex eodem.

Quidquid æquo plus futurum est, in partem humaniorē inclina, vel præpondera. Ex eod.

Res magnæ clementiæ est, indulgendo corrigere peccata, magis quàm vindicando. Ex eod.

Seneritatem abditam, clementiam in procinctu habe.
Ex eodem.

Ira.

EXegisti à me Nouate, vt scriberem quemadmodum
posset ira leniri : nec immeritò mihi videre hùc præ-
cipuè affectum pertinuiffe maximè ex omnibus te-
trum ac rabidum. Cæteris enim aliquid quieti placidique
ineft, hic totus concitatus & in impetu est, dum alteri no-
ceat, sui negligens, in ipsa irruens tela, & vltionis secū
multa tractare auidus. Quidam itaque è sapientibus viis
iam dixerunt breuem insaniam: æquè enim impotens sui
est, decoris oblita, necessitudinum immemor, in quod
cœpit pertinax & intenta, rationi consiliisque præclufa,
vanis agitata causis, ad conspectum æqui verique inha-
bilis, ruinis simillima, quæ super id quod oppressere, fian-
guntur. Vt autè scias insanos esse quos ira possedit, ipso-
rum habitū intuere. Nam vt furentium certa indicia sunt,
audax & minax vultus, tristis frons, torua facies, citatus
gradus, inquietæ manus, color versus, crebra & vehemē-
tius acta suspiria: ita irascentiū eadem signa sunt. Flagrāt,
& micāt oculi, multus ore toto rubor, exstuate ab imis
præcordiis sanguine, labia quatiuntur, dentes cōprimun-
tur, horrēt ac subriguntur capilli, spiritus coactus ac stri-
dens, articulorum seipfos torquentiū sonus, gemitus mu-
gitusque, & parū explanatis vocibus sermo præruptus, &
complosæ sæpius manus, & pulsata humus pedibus, & to-
tum concitū corpus, magnasque iræ minas agēs, fœda visu
& horrēda facies deprauantiū se ac intumentū. Ne scias
vtrū magis detestabile vitiū sit, an deforme. Cætera licet
abscondere, & in abdito alere: ira se profert, & in faciem
exit, quantòque maior est, hoc efferuescit manifestius.

Iam verò si effectus eius damnæque intueri velis, nulla
pestis humano generi pluris stetit. Videbis cedes ac ve-
nena, & rerum mutuas sordes, & vrbium clades, & totarū
exitia gentium, & principum sub ciuili hasta capita vena-
lia, & subiectas rectis faces, nec intra mœnia coërcitos
ignes, sed ingentia spatia regionum hostili flamma relu-
centia. Aspice nobilissimarum ciuitatum fundamenta vix
notabilia: has ira deiecit. Aspice solitudines per multa
millia sine habitatione desertas: has ira exhaustit. Aspice

Simile.

Notatio iræ.

A malis con-
sequent. am-
plificat.
Ira malum.

tot memoriz proditos duces, mali exempla fati. Alium ira in cubili suo confodit: alium inter sacra mensæ iura percussit: alium inter leges celebrisq̃ue spectaculum fori lancinavit, alium filij parricidio dare sanguinem iussit: alium seruli manu regalem aperire iugulum. Lib. 1. de Ira. cap. 1. & 2.

Si bonum esset ira, perfectissimum quemque sequeretur. Atqui iracundissimi infantes, senesq̃ue, & ægri sunt, & inualidum omne natura est querulum. Lib. 2. de Ira. cap. 13.

Ira est concitatio animi ad ultionem voluntate & iudicio pergēntis. Lib. 2. de Ira. cap. 3.

Non magis quisquam eodem tempore & iratus potest esse, & vir bonus, quàm æger & sanus. Lib. 2. de Ira. c. 22.

Pyrrhum maximum præceptorem certaminis gymnici, solitum aiunt, his quos exercebat præcipere, ne irascerentur. Ira enim perturbat artem, & qua noceat tantum, non qua caueat, aspicit. Sæpe itaque ratio patientiam suadet, ira vindictam: & qui primis defungi malis potuimus, in maiora deuoluimur. Quosdam vnus verbi contumelia, non æquo animo lata, in exilium proiecit: & qui leuem iniuriam silentio ferre noluerant, grauissimis malis obruti sunt, indignatq̃ue aliquid ex plenissima libertate dimi-
 22 nuui, seruile in sese attraxerunt iugum. Lib. 2. de Ira. c. 14.

Duo, vt opinor, sunt, ne incidamus in iram, & ne in ira peccemus. Vt in corporum cura, alia de tuenda valetudine, alia de restituenda, præcepta sunt: ita aliter iram debemus repellere, aliter compescere, vt vincamus. Lib. 2. de Ira. cap. 18.

Illud etiam sequitur, vt minimis sordidissq̃ue rebus nõ exacerbemur. Parum agilis est puer, aut tepidior aqua potui erogata, aut turbatus thorax, aut mensa negligentius posita. Ad ista cõcitari, insania est: vt ægræ & infœlicis valetudinis est, quem leuis aua cõtraxit: affecti oculi, quos candida vestis obturbat: dissolutus deliciis, cuius latus alieno labore cõdoluit. Mindyridem, aiunt, fuisse ex Sybaritarũ ciuitate, qui cum vidisset fodientem, & altius rastrũ alleuantem, lapsum se fieri questus, vetuit illum opus in conspectu suo facere: bilem habere sæpius questus est, quod foliis rosæ duplicatis incubuisset. Vbi animũ simul & corpus voluptates corrumpere, nihil tolerabile videtur,

Similia.

non quia dura, sed quia molles patimur. Quid enim est, cur tussis alicuius, aut sternutamentum, aut musca, parum curiose fugata, nos in rabiem agat, aut obuersatus calix, aut clavis negligentis serui manibus elapsa? Feret iste æquo animo ciuile conuitiū, & ingesta in concione curiaue maledicta, cuius aures tracti subselij stridor offendit? Perpetietur hic famem, & æstiuę expeditionis sitim, qui puero malè diluenti niuem, irascitur? Nulla itaque res magis iracundiam alit, quàm luxuria. Libr. 2. de Iia. cap. 25. & 26.

Nihil sanè æquè profuit, quàm primum intueri deformitatem rei, deinde periculum. Non est vilius affectus facies turbator, pulcherrima ora fœdauit, toruos vultus extrāquillissimis reddit. Linqvit decor omnis iratos, etiam si anuctus illius compositus sit ad legem, retrahet vestem, omnemque curam sui effundet. Si capillorum natura vel arte iacentium non informis est habitus, cū animo inhorrescunt: & tumescunt venæ, concutitur crebro spiritu pectus, rabida vocis eruptio colla distendit. Tunc artus trepidi, inquietæ manus, totius corporis fluctuatio. Qualem intra putas esse animum, cuius extra imago tam fœda est? Quanto illi intra pectus terribilior vultus, acrior spiritus est, intēsior impetus, rupturus se nisi eruperit? Quibusdā, vt ait Sextius, iratis profuit aspexisse speculum: perturbauit illos tanta mutatio sui, veluti in rem presentem adducti, non agnouerunt se: & quantulum ex vera deformitate imago illa speculo repercussa, reddebat? Animus si ostēdi, & si in vlla materia perlucere posset, intuentes nos cōfunderet, ater, maculosusque, æstiuas, & distortus, & tumidus. Nunc quoque tanta deformitas eius est, per ossa carnesque & tot impedimenta effluentis. Quid si nudus ostēderetur? Speculo quidē neminem deterritum ab ira credo. Quid ergo? Quid ad speculum venerat, vt se mutaret, iam mutauerat. Iratis quidē, nulla est formosior effigies, quàm atrox & horrida, qualēsque esse, etiam videri volunt.

Magis illud videndum est, quàm multis ira per se nocuit. Alij nimio feruore rupere venas, & sanguinem supra vires elatus clamor egestit, & luminum diffudit aciem in oculos vehementius humor egestus, & in morbos ægri recidere: nulla celerior ad insaniam via est. Multi

itaque continuauerunt iræ furorem, nec quàm expulerant mentem vnquam receperunt. Aiacem in mortem egit furor, in furorem ira. Mortem liberis, egestatem sibi, ruinam domui imprecantur: & irasci se negant, non minus quàm insanire furiosi? Omnia per vim gerunt: gladiis & pugnare parati, & incumbere. Maximum enim malum illos cœpit, & omnia exuperans vitia. Alia paulatim intrant: repentina & vniuersa vis huius est: omnes denique alios affectus sibi subiicit. Amorem ardentissimum vincit. Transfoderunt itaque amata corpora, & in eorum quos occiderant, iacuerunt complexibus. Auantiam durissimum malum, minimumque flexibile, ira calcavit: adacta opes suas spargere, & domui rebusque in vnum collatis iucere ignem. Quid? non ambitiosus magno æstimata proiecit insignia, honorémque delarum repulit? Nullus affectus est in quem non ira dominetur. Lib. 2. de Ira. à 35. vsque ad 37. cap.

Quemadmodum aduersus pestilentiam nihil potest firmitas corporis, & diligens valerudinis cura (promiscuè enim imbecilla robustaque inuadit) ira ab ira tam inquietis moribus periculum est, quam compositis & remissis: quibus eò turpior & periculosior est, quò plus in illis mutat. Sed cum primum sit non irasci, secundum retinere, tertium alienæ iræ mederi, dicam primum, quemadmodum in iram non incidamus. Deinde quemadmodum nos ab illa liberemus. Nouissimè, quemadmodum irascentem retineamus, placemúsque & ad sanitatem reducamus.

Partitio operis.

A malis consequent. amplificat, & dissuadet.

Ne irascamur, præstabimus, si omnia vitia iræ nobis subinde proposuerimus, & illam benè æstimauerimus. Accusanda est apud nos, damnanda: perscrutanda eius mala, & in medium protrahenda sunt: vt qualis sit appareat, comparanda cum pessimis est. Auantia acquirit, & contrahit quo aliquis melior vtatur: ira incēdit. Paucis gratuita est. Iracundus dominus quosdam in fugam seruos egit, quosdam in mortem. Quanto plus irascendo quàm id erat, propter quod irascebatur, amisit? Ira patri luctum, marito diuortium attulit, magistratui odium, candidato repulsam. Perior est etiam, quàm luxuria: quoriam illa sua voluptate fruitur, hæc alieno dolore vincit malignitatem & inuidiam. Nihil est simultatibus grauius: has ira conciliat. Nihil est bello funestius: in hoc potentium ira prorumpit. Præterea ira (vt seponamus quæ mox secutura sunt damna,

insidias, perpetuam ex certaminibus mutuis sollicitudinē) dat poenas dum exigit. Naturam hominis vitiat: illa in amorem hortatur, hæc in odium. Illa prodesse iuuet, hæc nocere. Adice, quod cum indignatio à nimio sui suspectu veniat, & animosa videatur, pusilla est, & angusta. Nemo enim non eo à quo se contemptum iudicat, minor est. Lib. 3. de Ira. cap. 5.

Quoties disputatio longior & pugnatio erit, in prima resistamus, antequam robur accipiat. Alit se ipsam contentio, demissos altius tenet. Facilius est se à certamine abstinere, quam abducere. Lib. 3. de Ira. cap. 8.

Verus dictum est, A lasso rixam quæri. Æquè autem & ab esuriēte, & à sitiēte, & ab omni homine quem aliqua res vit. Nam vt vlcera ad leuem tactum, deinde etiam ad suspicionem tactus condolescunt: ita animus affectus, minimis offenditur: adeò vt quosdam salutatio, epistola, oratio, & interrogatio ad litem euocent. Nunquam sine querela agra tanguntur. Facile est autem affectus suos cum primùm oriuntur, reprehendere. Morbum signa præcurrunt. Quemadmodum tempestatis ac pluiæ ante ipsas notæ veniunt: ita iræ, amoris, omniumque istarum procellarum animos vexantium sunt quædam prænuantia. Qui comitali vitio solent corripri, iam aduentare valetudinem intelligunt, si calor summa deseruit, & incertum lumen, nervorumque trepidatio est. Solitis itaque remediis incipientem casum occupant: aut si parum medicina profecit, vitauerunt turbam, & sine teste ceciderunt. Proderit morbum suum nosse, & vires eius antequam spacientur, opprimere. Videamus quid sit, quod nos maxime concitet. Alium verborum, alium rerum contumeliæ mouent. Hic vult nobilitati suæ, hic formæ suæ parci. Ille elegantissimus haberi cupit, ille doctissimus. Hic superbix impatiens est, hic contumaciæ. Ille seruos non putat dignos quibus irascatur, hic intra domum saeuus est, foris mitis. Ille, rogari inuidiam iudicat: hic non rogari, contumeliam. Non omnes ab eadem parte feriuntur. Lib. 3. de Ira. cap. 10.

Non expedit omnia videre, omnia audire, multæ nos iniuriæ transeant, ex quibus plerasque non accipit, qui nescit. Non vis esse iracundus? ne sis curiosus. Qui inquit, quid in se dictum est, qui malignos sermones etiam si secreto habiti sint, euicit, se ipse inquietat. Quædam inter-

Simile.

Simile.

Simile.

Remedia aduersus iram.

“

“

“

pretatio eò perducit, vt videantur iniuriæ. Itaque alia dif-
 ferenda sunt, alia deridenda, alia donanda. Circunſcribēda
 multis modis ira eſt. Pleraque in luſum iocūmque vertan-
 tur. Socratem aiunt colapho percuffum, nihil amplius di-
 xiſſe, quàm moleſtum eſſe, quod nescirent homines quan-
 do cum galea prodire deberent. Non quemadmodum fa-
 cta ſit iniuria refert, ſed quemadmodum lata. Pyſiſtratum
 Athenienſium tyrannum memoriæ proditur, cum multa in-
 crudelitatem eius ebrius conuiua dixiſſet, nec deſſent qui
 vellēt manus ei commodare, placido animo tuliſſe, & hoc
 iruitantibus reſpondiſſe, non magis illi ſe ſuccenſere, quā
 ſi quis obligatis oculis in ſe incurriſſet. Magna pars quere-
 las manu fecit, aut falſa ſuſpicando, aut leuia grauando.
 Sæpè ad nos ira venit, ſæpius nos ad illam: quæ nunquam
 accerſenda eſt: etiam cum incidit reuiciatur.

Eo loco nos conſtituamus, quo ille eſt, cui irāſcimur.
 Nunc facit iracundos iniqua noſtri æſtimatio, & quæ fa-
 cere vellemus, pati nolumus. Nemo ſe differt. Atqui maxi-
 mum remedium iræ, dilatio eſt: vt primus eius feruor re-
 languſcat, & caligo quæ premit mentem, aut reſidat, aut
 minus denſa ſit. Quædam ex his quæ te præcipitem fere-
 bant, hora, non tantum die: molliet: quædam ex toto eua-
 neſcent. Non potuit impetrare Plato à ſe tempus cū ſer-
 uo ſuo irāſceretur: ſed ponere illum ſtatim tunicam, & præ-
 bere ſcapulas verberibus iuſſit, ſua manu ipſe percuffurus.
 Poſtquam intellexit irāſci ſe, ſicut ſuſtulerat manum, ſu-
 ſpenſam detinebat, & ſtabat percuffuro ſimilis. Interroga-
 tus deinde ab amico qui fortè interuenerat, quid ageret?
 Exigo, inquit, pœnas, ab homine iracundo: velut ſtupens,
 geſtum illum ſæuituro deſormen, ſapienti viro ſeruabat:
 oblitus iam ſerui, quia alium quem potius caſtigaret, in-
 tenciat. Itaque abſtulit ſibi in ſuos poteſtatem, & ob pec-
 catum quoddam commotior, Tu inquit, Speuſippe, ſeruu-
 lum iſtum verberibus obiurga, nam ego irāſcor. Ob hoc
 non cecidi, propter, quod alius eccidiſſet. Irāſcor, inquit,
 plus faciam quam oportet. Libentius faciam. Non ſit iſte
 ſeruus in eius poteſtate, qui in ſua non eſt. Aliquis vult i-
 rato committi vltionem, cum Plato ſibi imperium abro-
 gauit? Nihil tibi liceat, dum irāſceris. Quare? quia vis o-
 mnia licere. Pugna tecum ipſe. *Si iram vincere non potes, illa*
te incipit vincere. Si abſconditur, ſi illi exitus non datur, ſi-

gna eius obruamus: & illam quantum fieri potest, occultā secretamque teneamus. In imo pectoris secessu recondatur, feraturque, non ferat. Imo in contrarium omnia eius indicia flectamus. Vultus remittatur, vox lenior sit, gradus lentior. Paulatim cū exterioribus interiora formentur. In Socrate iræ signum erat, vocem submittere, loqui parcius. Apparebat tunc illum sibi obstare. Deprehendebatur itaque à familiaribus, & coarguebatur. Nec erat illi exprobratio latitantis iræ ingrata. Quid ni gauderet, quod iram suam multi intelligerent, nemo sentiret? Lib. 3. de Ira, à ca. ii. vsque ad 15.

Seneca deinde vt iræ seuitiam amplificet, exempla insignis crudelitatis ab ira profecta non modo Barbarorum, sed etiam Graecorum regum commemorat, ac tandem subdit. Vtinam ista seuitia inter peregrina mansisset exempla, nec inter Romanos mores cum aliis aduentitiis vitiis, etiam suppliciorum iarumque in barbariem trāsissent. M. Mario, cui vicatim popul⁹ statuas posuerat, cui thure & vino Ro. P. supplicabat, L. Sylla perfringi crura, erui oculos, amputari manus iussit: & quasi toties occideret, quoties vulnerabat, paulatim & per singulos artus lacerauit. Dignus erat Marius qui illa pateretur, Sylla qui iuberet, Catilina qui faceret. Sed indigna Ro. P. quæ in corpus suum pariter & hostium & vindicum gladios reciperet. Et paulo inferius post enarratā Caij Cesaris immanitatem, sic ait, Non enim Caij seuitiam, sed iræ malum propositum est scribere, quæ nõ tantum viritim furit, sed gentes totas lancinat. sed vrbes, sed flumina exorta ab omni sensu doloris conuerberat. Sicut rex Persarum, totius populi nares recidit in Syria. Pepercisse illum iudicas, quod non tota capita præcidit? Nouo genere poenæ delectatus est. Tale aliquid passi forent Æthiopes, qui ob longissimum viæ spatium Macrobij appellantur. In hos enim quia non supinis manibus exceperant seruitutem, missisque legatis libera responsa dederant, quæ contumeliosa reges vocant, Cambyles fremebat, & non prouisis com meatibus, non exploratis itineribus per inuia, per aientia trahebat omnem bello vtilem turbam: cui intra primum iter decrāt necessaria, nec quicquā subministrabat sterilis & inculta humanóq; vestigio ignota regio. Sustinebāt famē, primo tenerrima frōdiū, & cacumina arborū, tū coria igne mollita, & quicquid necessitas cibū fecerat. Postquā inter

Quàm sit
præcepto
violenta Ira.

arenas, radices quoque & herbæ defecerant, apparuitque inops etiam animalium solitudo, decimum quemque fortiti, alimentum habuerunt fame sæuius. Agebat adhuc ira regem præcipitem, cum partem exercitus amisisset, partem comedisset, donec timuit ne & ipse vocaretur ad sortem, tum demum signum receptui dedit. Seruabantur illi inter cetera generosæ aues, & instrumenta epularum camelis vehabantur, cum sortirentur milites eius, quis malè periret, quis peius viueret. Hic iratus fuit genti, & ignotæ & immeritæ, sensuæ tamen: Cyrus fluuio. Nam cum Babylonem oppugnaturus, festinaret ad bellum, cuius maxima momenta in occasionibus sunt, Gyndem latè fusum animum, nando transire tentauit, quod vix tutum est, & cum sensit æstatem, & ad minimum deductus est. Ibi vnus ex his equis, qui trahere regium curium alibi solebant, abruptus, vehemèter commouit regem. Iurauit itaque amicum illum regis comitatus auferentem, eò se redacturum, vt transiri calcarique etiam à fœminis posset. Huc deinde omnem transtulit belli apparatus, & tandiu assedit operi, donec C. & lxxx. canaliculis diuisum alueum in ccc. & lx. riuos dispergeret, & siccum relinqueret in diuersum fluentibus aquis. Perit itaque & tempus, & militum ardor, quem inutilis labor fregit, & occasio aggrediendi imparatos, dum ille bellum indictum hosti, cum flumine gerit. Libr. 3. de Ira, à 17. vsque ad 21. cap. . .

Simile.

„ Multos absoluemus si cœperimus antè iudicare, quàm irasci. Nunc autem primum impetum sequimur. Deinde quamuis vana nos concitauerint, perseueramus, ne videamur cœpisse sine causa: & quod iniquissimum est, pertinaciores nos facit iniquitas iræ. Retinemus enim illam & augemus, quasi argumentum sit iustè irascendi, grauitè irasci. Quod accidere vides in animalibus mutis, idem in homine deprehendes. Fruolis turbamur & inanibus. Taurum color rubicundus excitat: ad vmbiam aspis exugit: vrsos leonésque mappa prouocat. Omnia quæ natura fera ac rabida sunt, constentantur ad minima. Idem inquietis & stolidis ingenis euenit: rerum suspicione feriuntur. Ad eò quidem, vt interdum iniurias vocent modica beneficia: in quibus frequentissimè certè acerbissima iracundiæ materia est. Charissimis enim irascimur, quod minora nobis præstiterint, quàm mente concepimus, quàm quæ alij

tule-

tulerint: vtriusque rei paratum remedium sit. Magis alteri indulgit: nostra nos sine comparatione delectent. Nunquam erit felix quem torquetur felicius. Minus habeo quam speravi: sed fortasse plus speravi, quam debui. Nulli ad aliena respicienti, sua placet. Inde Diis quoque irascimur. quod aliquis nos antecedit, obliti quantum sequatur a tergo ingentis inuidiae. Tanta tamen importunitas hominum est, ut quamuis multum acceperint, iniuriae loco sit, plus accipere potuisse. Lib. 3. de Ira à. 29. vsque ad 31. cap.

T. Inuidia

"

"

"

"

"

"

"

Videamus quomodo alienam iram leniamus, nec enim sani esse tantum volumus, sed sanare. Primam iram non a debimus oratione mulcere, surda est, & amens: dabimus illi spatium: remedia in remissionibus profunt: nec oculos tumentes tentabimus, vim rigentem mouendo incitaturi, nec caetera vitia dum feruent. Initia morborum quies curat. Quantulum inquis, prodest remedium tuum, si sua sponte desinentem iram placat? Primum, ut citius desinat, efficit: deinde custodiet, ne recidat: ipsum quoque impetum quem non audet lenire, fallit. Remouebit omnia ultionis instrumenta. Simulabit iram, ut tanquam adiutor, & doloris comes, plus autoritatis in consiliis habeat: moras necet, & dum maiorem quaerit poenam, praesentem differet. Omni arte requiem furori dabit, si vehementior erit, aut pudorem illi cui non resistit, incutiet, aut metum. Si infirmior, sermones inferet vel gratos, vel novos, vel cupiditate cognoscendi. Medicum aiunt, cum regis filiam curare deberet, nec sine ferro posset, dum tumentem mammam leniter fouet, scapellum spongia reatum induxisse. Repugnasset puella remedio palam admoto: eadem quia non expectauit, dolorem tulit. Quaedam non nisi decepta sanantur. Alteri dices, Vide ne inimicis iracundia tua voluptati sit. Alteri, Vide ne magnitudo animi tui creditumque apud plerisque robur, cadat. Indignor mehercule, & non inuenio dolendi modum, sed tempus expectandum est, dabit poenas. Serua istud in animo tuo cum potueris, & pro mora reddes. Castigare vero irascentem, & vltro obuiam ire ei, incitata est. Lib. 3. de Ira. cap. 39. & 40.

Tertia supra
posita diuisio-
nis pars.

Simile.

Grauisima est prohi hominis iracundia. Ex Publ. Mi.

Homo extra corpus est suum cum irascitur. Ex eodem.

Iratum breuiter vites, inimicum diu. Ex eodem.

Iracundiam qui vicit, hostem superat maximam. Ex eod.

M O D E S T I A .

- ” Iratus, etiã facinus consilium putat. Ex eodem.
 ” Maledictum interpretando facies acius. Ex eodem.
 ” Muliebri est furere in ira. Ex eodem.
 ” Nunquã liquidũ syncerũque ex turbido venit. Ex eod.
 Reuera memoria beneficiorum fragilis est, iniuriarum tenax. Ex eodem.
 Si quis irascitur, pœnas ab alio expetit, à se exigit. Ex eo.
 Furoi fit læsa sæpius patientia. Ex eodem.
 Mutat se bonitas cura irrites iniuria. Ex eod.
 Heu quã difficile est lædi ab illo de quo non possis queri. Ex eodem.

Modestia.

Illud autem te admonco, ne eorum more qui non proficere, sed conspici cupiunt, facias aliqua, quæ in habitu tuo, aut genere vitæ notabilia sint. Asperum, incultum, & intonsum caput, & negligentiorẽ barbam, & iadictum argento odium, & cubile humi positum, & quicquid aliud ambitionem peruersa via sequitur, deuota. Satis ipsum nomen Philosophiæ, etiãsi modeste tractetur, inuidiosum est. Quid si nos hominum consuetudini cœperimus excerpere? Intus omnia dissimilia sint, frons nostra populo conueniat. Non splendeat toga, nec sordeat quidem. Id agamus, vt meliorem vitam sequamur quã vulgus, nõ vt contrariam. Alioqui quos emendare volumus, fugamus à nobis & auertimus. Epist. 5.

T. Vulgus.

T. Aequabilitas vitæ, & constantia.

Maximum hoc est & officium sapientiæ, & iudicium, vt verbis opera concordent, vt ipse vbique par sibi idẽmque sit. Quis hoc præstabit? Pauci: aliqui tamen. Est difficile hoc: nec dico sapientem semper vno ituum gradu, sed vna via. Obserua itaque nunquid vestis tua domusque dissentiant? Nunquid in te liberalis sis, in tuos sordidus? Nunquid cœnes frugaliter, ædifices luxuriosè? Vnam semel ad quam viuas regulam prende, & ad hanc omnem vitam tuã exæqua. Quidam se domi contrahunt, dilatant foris & extendunt. Vitium est hæc diuersitas, & signum vacillantis animi, ac nondum habentis tenorem suum. Epist. 20.

T. Inoluptas.

- ” I, qua cœpisti, & in isto te vitæ habitu compone, placidè, non mollitei. Malè mihi esse malo quã molliter. Paulatim enim effœminatur animus, atque in solitudinem otij sui & pigritiæ, in qua iacet, soluitur. Epist. 83.

Sapiens non aliis exprobrat, non abhorreat à publicis moribus: nec hoc agat, ut quid quid non facit, damnare videatur. Licet sapere sine pompa, sine invidia. Epist. 104. T. *Vulgius*.

Eriam obliuisci quod sis, interdum expedit. Ex Pu. Mi.
Nihil petas, quod negatus es. Ex eodem.

Linguae moderatio.

A Pud Pythagoram discipulis quinque annis acendum erat. Epist. 53.

Imago animi sermo est: qualis est vir, talis oratio. Ex Publ. Mi.

Miserum est tacere cogi quod cupias loqui. Ex eodem.

Tene semper vocis & silentij temperamentum. Tamen & in hoc incumbe, ut libentius audias, quam loquaris. Tacere qui nescit, nescit loqui. Ex eodem.

Tuipia ne dixeris: paulatim enim pudor rerum per verba discutitur. Transibit sermo in affectum, si honesta loquamur. Ex eodem.

Quod tacitum esse vis, nemini dixeris. Quia non poteris ab alio silentium exigere, si tibi ipse non praestas. Ex Publ. Mi.

Recreatio siue Relaxatio animi.

Omnibus quidem prodest subinde animum relaxare. Excitatur enim otio vigor, & omnis tristitia quae continuatione pertinacis studij adducitur, feriatarum hilaritate discutitur. Nulli tamen intermissio manifestius quam Portio latroni proderat. Itaque solebat & ipse cum se assidua & nunquam intermissa contentione fiegerat, sentire ingenij lassitudinem: quae non minor est quam corporis, sed occultior. In Prologo Declamationum.

Iucundum est nihil, nisi quod reficit varietas. Ex Pu. Mi.

Verecundia Pudor.

Sic fac omnia tanquam spectet aliquis. Prodest sine dubio custodem sibi imposuisse, & habere quem respicias quem interesse cogitationibus tuis iudices. Omnia nobis mala solitudo persuadet. Cum iam profeceris tantum, ut sit tibi tui etiam reuerentia, licebit dimittas pedagogum. Interim te aliquorum autoritate custodi. Aut Cato ille sit, aut Scipio, aut Laelius, aut cuius interuentu, peiditi quoque homines vitia supprimerent. Epist. 25.

ORNATUS CORPORIS.

Ignoscere humanū, vbi pudet cui ignoscitur. Ex Pu. Mi.
 Recta ingenia debilitat verecundia, praua confirmat au-
 dacia. Ex eodem.

» Proximum ad innocentiam tenet locum verecunda pec-
 » cati confessio. Ex eodem.

Ornatus corporis & vestium.

T. Dei opifi-
 cum.

Quid sibi rerum natura voluit, quòd cum vera corpo-
 ra dedisset, etiam simulachra eorum aspici voluisset?
 » Quomodo am pertinuit hanc comparare materiam excipiē-
 » datum imaginum capacem? Non in hoc scilicet, vt ad spe-
 » culum barbam, faciēque velleremus, aut vt faciē viri
 » polliremus. In nulla re illa negotium luxuriæ concessit:
 » sed primum omnium, quia imbecilli oculi ad sustinendum
 » cominus. Solem, ignoraturi etiam formam eius, hebetato
 » illum lumine ostendit. Quamuis enim eum orientem oc-
 » cidentēque contemplari liceat, tamen habitum eius ip-
 » sum qui verus est, non rubentis, sed candida luce fulgen-
 » tis nesciemus, nisi in aliquo nobis humore leuior, & aspi-
 » ci facilior occurret. Præterea duorum syderū occisum,
 » quo interpolari dies solet, non videremus, nec scire posse-
 » mus quid esset, nisi liberius humi, Solis, Lunæque imagi-
 » nes videremus. Inuenta sunt specula, vt homo ipse se no-
 » sceret. Multi ex hoc consecuti primum sui notitiam, dein-
 » de & ad quædam consilium. Formosus, vt vitaret infamiā:
 » deformis, vt sciret redimendum esse virtutibus quicquid
 » corpori deesset: iuuenis, vt flore ætatis admoneretur, illud
 » tempus esse discendi, & fortia audendi. senex, vt indecora
 » canis deponeret, & de morte aliquid cogitaret. Ad hoc re-
 » rum natura facultatem nobis dedit, nosmetipsos videndi.
 » Fons cuique perlucidus, aut leue saxum imaginem reddidit.
 » Nuper me in littoie vidi, cum placidum ventis staret ma-
 » re. Qualem fuisse cultum putas ad hoc speculum se cer-
 » nentium? Ætas illa simplicior & fortuitis contenta, non
 » dum in vitium beneficium detorquebat, nec inuentum na-
 » turæ in libidinem luxumque rapiebat. Postea rerum iam
 » potente luxuria, specula totis paria corporibus, auro ar-
 » gentoque cælata sunt: denique gemmis adornata, & plu-
 » ris vnum ex his fœminæ constituit, quàm antiquarum dos
 » fuit illa, quæ publicè dabatur imperatorum pauperum li-
 » beris. An tu existimas ex auro nitidum habuisse Scipionis

filias speculum, cum illis dos fuisset æs graue? O paupertas quæ tanto titulo locum fecit! Non fecisset illis Senatus dotem, si habuissent. At quisquis ille fuit, cui Soceri loco Senatus fuit, intellexit se accepisse dotem, quàm fas nõ esset reddere. Iam libertinorum virgūculis in vnum speculum non sufficit illa dos, quam dedit pro se Scipio. Processit enim molestius paulatim opibus ipsis inuitata luxuria, & incrementum ingens vitia acceperunt. Adeoque omnia indiscreta sunt peruersissimis artibus, vt quicquid mundus muliebris vocabatur, sarcinæ viles sint. Libr. 1. Natur. quæst. 17.

Superbia.

Est proprium superbiæ magno æstimare introitum ac tractum sui liminis: pro honore dare, vt ostio suo proprius assideas, vt gradum prior intra domum ponas: in qua deinceps multa sunt ostia, quæ receptos quoque excludunt. Libr. 6. de beat. cap 3.

Ambitio.

NEMO eorum qui in Repub. versantur, quos vincat, sed à quibus vincatur, aspicit: & illis non tam iucundum est multos post se videre, quàm graue aliquem ante se. Habet hoc vitium omnis ambitio, non respicit: nec ambitio tantum instabilis est, verum cupiditas omnis quia incipit semper à fine. Epist. 74.

Si vis exercere tibi vtile, nulli autem grate imperium, submoue vitia. Multi inueniuntur, qui ignem inferant vrbibus, qui inexpugnabilia sæculis & per aliquot atates tuta prosternant, qui æquum arcibus aggerem attollant, & muros in miram altitudinem adductos, arietibus atque machinis quassent: multi sunt, qui ante se agant agmina, & teigis hostium graues insent, & ad mare magnam perfusi cede gentium veniant: sed hi quoque vt vincerent hostem, cupiditate victi sunt. Nemo illis venientibus resistit: sed nec ipsi ambitioni, crudelitati que resistunt. Tunc cū agere visi sunt alios, agebantur. Agebat infelix Alexander fuor aliena deuastandi, & ad ignota mittebat. An tu putas sanum qui à Græciæ primùm cladibus, in qua euaditus est, incipit, qui quod cuique optimum est eripit? Lacedæmonia seruire iubet, Athenas tacere. Non contentus

A M B I T I O.

tot ciuitatum strage, quas aut vicerat Philippus, aut eme-
 rat, alias alio loco proiecit, & toto orbe aima circumferit:
 nec subsistit vnquam lassa crudelitas immanium ferarum
 modo, quæ plus quam exigit fames, mordēt. Iam in vnum
 regnum multa regna coniecit. Iam Græci Persæque eun-
 dem timent. iam etiam à Dario liberæ nationes iugum ac-
 ciunt: idem tamen ultra Oceanum, Solémque indigna-
 tum ab Herculis Liberique vestigiis victoriam flectere. I-
 psi naturæ vim parat. Non ille ue vult, sed non potest sta-
 re: non aliter quam in præceptis delecta pondera quibus eū-
 di finis est, iacuisse. Nec Gæco quidem Pompeio externa
 inue bella aut domestica, virtus aut ratio suadebat: sed in-
 sanus amor magnitudinis falsæ, modò in Hispaniam &
 Scythiana arma, modò ad colligendos piratas, ac maria pa-
 canda vadebat. Hæ prætexebantur causæ ad continuandam
 potentiam. Quid illum in Africam? quid in Septentrionē?
 quid in Mithridatem, & Armeniam, & omnes Asiæ angu-
 los traxit? Infinita scilicet cupido crescendi, cum sibi vni-
 patum magnus videretur. Quid C. Cæsarem in sua fata pa-
 riter ac publica inanisit? Gloria, & ambitio, & nullus su-
 pra cæteros eminendi modus. Vnum ante se ferre non po-
 tuit, cum R. P. supra se duos ferret. Quid tu C. Marium se-
 mel consulem (vnum enim consulatum accepit, cæteros
 rapuit) cum Theuronos Cimbiosque concideret, cum Iu-
 gurtham per Aficæ deserta sequeretur, tot pericula putas
 appetisse virtutis instinctu? Marius exercitum, Marius
 ducebat ambitio. Isti cum omnia concuterent, concutie-
 bantur turbini morte, qui rapta conuoluunt, sed ipsi antè
 voluntur, & ob hoc maiore impetu incuriunt, quia nul-
 lum illis sui regimen est. Ideoque cum multis fuerint ma-
 lo, pestiferam illam vim, qua plerisque nocuerunt, ipsi quo-
 que sentiunt. Non est quod credas quemquam fieri aliena
 infelicitate felicem. Omnia ista exempla quæ oculis at-
 que auribus nostris ingeruntur, retexenda sunt, & plenum
 malis sermonibus pectus exhauriendum. Inducenda est
 in occupatum locum virtus, quæ mendacia contra verum
 placetia extirpet, quæ nos à populo cui nimis credimus,
 separet, ac sinceris opinionibus reddat. Hæc est enim sa-
 pientia, in naturam conuerti, & eò restitui, vnde publicus
 eiro expulerit. Epist. 95.

Simile.

Simile.

Simile.

T. Vulgus.

Cum videris prætextâ sæpe iam sumptam, cum celebre

in foro nomen, non inuideas: ista, vitæ damno parantur, vt *Hoc dicit vnus ab illis numeretur annus, omnes annos suos cõterent. propter eos Quosdam autẽ cum in summum ambitionis eniterentur, quis statim post inter prima luẽtantes, ætas reliquit. Quosdam cum in cõsumationem dignitatis per mille indignitates irrepsissent, longo tempore misera subit cogitatio ipsos laborasse in titulũ sepulchri. re quesitam, mortui sunt.* Li. de breuit. vitæ. c. 19.

De vera & falsa gloria.

NUnquam volui populo placere. Nam quæ ego scio, non probat populus: quæ probat populus, ego nescio. *T. Vulgus.*
Quis hoc, inquis? tãquam nescias cui imperem. Epicurus. "
 Sed idem hoc omnes tibi ex omni domo cõclamabunt Pe- "
 ripatenci, Academici, Stoici, Cynici. *Qui enim placere po- "*
 test populo, cui placet virtus? Malis artibus popularis fa- "
 uor quæritur: similem te illis facias oportet. Epist. 29. "

Conciliari nisi turpi ratione, amor turpium non potest. *T. Detra-*
Quid ergo illa laudata, & omnibus præferenda artibus re- *ktionis con-*
 bũlque Philosophia præstabit? scilicet, vt malis tibi place- *temptus.*
 re, quàm populo: vt æstimes iudicia, non numeres. Ibid. *T. Vulgus.*

Cæterum si te videro celebriẽ secundis vocibus vulgi: si intrante te, clamor, plausus, & pantomimica ornamenta obstreperint, si tota ciuitate te femineque puerique lauda- uerint, quid ni ego tui miserear, cum sciam quæ via ad istũ fauorem ferat? Ibid.

O quam ignorant homines cupidi glorię, quid illa sit, aut quemadmodum petenda. Epist. 96.

Magnificum est laudari à laudato viro laude digno. Epist. 103.

Heu quàm difficile est glorię custodia. Ex Publ. Mi.

Laus noua nisi oritur, etiam verus amittitur Ex eod.

Lasciuia & laus nunquam habent concordia. Ex eod.

Opinatur de te homines mala, sed mali: displicere enim malis laudabile est. Ex eod.

Hypocrisis.

Bonitatis verba imitari, maior malitia est. Ex Publ. Mim.

Malus, vbi bonum se esse simulat, tunc est pessimus. Ex eodem.

COGNITIO S VI.

Nemo potest personam diu ferre fictam. Ficta cito in naturam suam transeunt. Ex eod.

Cognitio & exploratio sui.

Nemo non benignus est sui iudex. Inde est, ut omnia meiuisse se existimet. Li. 2. de Bene. cap. 26.

Initium est salutis notitia peccati. Egregiè mihi hoc dixisse videtur Epicurus. Nam qui peccare se nescit, corrigi non vult. Deprehendas te oportet, antequàm emendes. Epist. 28.

Multorum, quia imbecilla sunt, latent vitia, non minus aufura cum illis vires suæ placuerint, quàm illa quæ iam felicitas aperuit. Instrumenta illis explicandæ nequitiaë defunt. Sic tuto serpens etiam pestifera tractatur, dum riget frigore. Epist. 42.

Simile.

Quædam vitia locis ac temporibus ascribimus. At illa quòcunque transferimus, secutura sunt. Harpastem vxoris meæ fatuam, scis hæreditarium onus in domo mea remansisse. Ipse enim alienissimus ab istis prodigiis sum: si quando fatuo delectari volo, non est mihi longè quærendus me rideo. Hæc fatua subito desit videre. Incredibilem tibi narro rem, sed veram: nescit esse se cæcam, subinde pædagogum suum rogat, ut migret: ait domum tenebrosam esse. Nemo se auarum intelligit, nemo cupidum. Cæci tamen ducem quærun: nos sine duce erramus, & dicimus, Non ego ambitiosus sum: sed nemo aliter Romæ potest viuere. Non ego sumptuosus: sed vrbs ipsa magnas impensas exigit. Non est meum vitium quod iracundus sum, quod nondum constitui certum genus vitæ: adolescentia hæc facit. Quid nos decipimus? Non est extrinsecus malum nostrum intra nos est, in visceribus ipsis sedet. Et ideo difficulter ad sanitatem peruenimus: quia nos ægrotare nescimus. Epist. 51.

Simile.

Nemo istorum quos diuitiæ honorésque in altiore fastigio ponunt, magnus est. Quare ergo magnus videtur? Cum basi illum sua metuis. non est magnus pumilio, licet in monte constiterit. Colossus magnitudinem suam seruabit, etiamsi steterit in puteo. Hoc laboramus errore, sic nobis imponitur, quod neminem æstimamus eo quo est: sed aduicimus illi & ea quibus adornatus est. Atqui cum voles veram hominis æstimationem inire, & scire qualis

fit, nudum inspicere: ponat patrimonium, ponat honores, & alia fortunæ mendacia: corpus ipsum exuat: animam intueri qualis quantusque sit, alieno an suo magnus. Epistola 77.

Omnes sensus perducendi sunt ad firmitatem. Natura patientes sunt, si animus illos desinat corrumpere, qui quotidie ad rationem reddendam vocandus est. Faciebat hoc Sextus, ut consumato die, cum se ad nocturnam quietem recepisset, interrogaret animum suum, quod hodie malum tuum sanasti: cui vitio obstitisti? qua parte melior es? Desinet ira, & erit moderatior: quæ sciet sibi quotidie ad iudicem esse veniendum. Quid ergo pulchrius hac consuetudine excutiendi totum diem? Qualis ille somnus post recognitionem sui sequitur: quam tranquillus, altus, ac liber: cum aut laudatus est animus, aut admonitus: & speculator sui, censorque secretus cognoscit de moribus suis? Vtor hac potestate, & quotidie apud me causam dico. Cui sublatum est conspectu lumen est, & conticuit vxor moris iam mei conscia, totum d' est mecum scrutator facta, ac dicta mea remittor. Nihil mihi ipse abscondo, nihil transeo: quare enim quidquam ex erroribus meis timeam, cum possum dicere. Vide ne istud amplius facias, nunc tibi ignosco? In illa disputatione pugnatius locutus es. Non postea congregari cum imperitis. Nolunt discere, qui nunquam didicerunt: illum liberius admonuisti quam debebas: itaque non emendasti, sed offendisti. De cætero vide, non tantum an verum sit, quod dicis, sed an ille cui dicitur, veri patiens sit. Lib. 3 de Ira. c. 36

Quid ad hoc homo Christianus dicet?

Familiariter domestica aspiciamus, & semper iudicio favor officit. Puto multos potuisse ad sapientiam peruenire, nisi putassent se peruenisse nisi quædam in se dissimulassent, quædam apertis oculis transfussissent. Non est enim quod magis aliena iudices adulatione perire, quam nostra. Quis sibi verum dicere ausus est? Quis non inter adulantium blandientiumque positus greges, plurimum tamen sibi ipse assentatus est?

Victoria sui: quam quidam mortificationem, vel abnegationem sui vocant.

Quem magis admiraberis, quam qui imperat sibi quam qui se habet in potestate? Gentes facilius est barbaras impatientes alieni arbitrii regere, quam animum

suum continere, & tradere sibi. Li. 5 de Ben cap 8.

Tenes utique memoria: quantum senseris gaudium, cū prætexta posita sumpsisti virilem togam, & in forum deductus es. Maius expecta, cū puerilem animum deposueris, & te in vnum philosophia transcripserit. Adhuc enim non pueritia in nobis, sed quod est grauius puerilitas remanet. & hoc quidem peius est, quod auctoritatem habemus senum, vitia puerorum nec puerorum tantum, sed infantium. Illi leuia, & hi falsa formidant: nos vtraque. Epistola 4.

*Tit. Consola
tio.*

Nullum bonum iuuat habentem, nisi ad cuius amissionem præparatus est animus. Nullius autem rei facilior amissio est, quàm quæ desiderari amissa non potest. Ep. 4.

Hæc de primis animi motibus accipienda sunt.

Nulla sapientia naturalia corporis aut animi vitia ponuntur: quicquid infixum & ingetum est, lenitur arte, non vincitur. Quibusdam etiam constantissimis in conspectu populi sudor eiumpit, non aliter quam fatigatis & estuantibus solet: quibusdam tremunt genua dicturis: quorūdam dentes colliduntur, lingua titubat, labra concurrunt. Hæc nec disciplina, nec vsus vnquam excurit: sed natura vim suam exercet. & illos vitij sui etiam robustissimos, admonet. Hæc vt dixi, nulla sapientia abigit: alioquin haberet rerum naturam sub imperio, si omnia erraderet vitia. Quæcunque attribuit conditio nascendi & corporis temperata, cum multum se diūque animus composuerit, hærebunt: nihil horum vitari potest, non magis, quàm accersiri. Epist. 11.

Simile.

Interpone aliquot dies, quibus contentus minimo ac vilissimo cibo, diua atque horrida veste, dicas tibi, Hoc est quod timebatur? In ipsa securitate animus, ad difficilia se præparet, & contra iniurias fortunæ inter beneficia firmetur. Miles in media pace decurrit sine vlllo hoste, vallum iacit, & superuacuo labore lassatur, vt sufficere necessario possit. Quem in ipsa re trepidare nolueris, ante rem exerceas. Hoc secuti sunt, qui omnibus mensibus paupertatem imitati, propè ad inopiam accesserunt, ne vnquam expauescerent, quod sæpe didicissent. Hoc tri duo, & quatri duo fer: interdum pluribus diebus: vt non lusus sit, sed experimentum. Tum mihi crede Lucili exultabis di pondio satur: & intelliges, ad satuitatem non opus esse fortuna: hoc enim quod necessitati satis est, dabit etiam irata. Epist. 18.

Si vis (ait Epicurus) Pythodea diuitem facere, non est pecuniæ adiciendum, sed cupiditatibus detrahendum. Et apertior ista sententia est, quàm vt interpretanda sit: & discretior, quàm vt adiuuando. Hoc vnum te admoneo, ne istud tandem existimes de diuitis dictum: quòcunque trāstuleris, idē poterit. Si vis Pythodea honestum facere, non honoribus adiciendum est, sed cupiditatibus detrahendum. Si vis Pythodea esse in perpetua voluptate, non voluptatibus adiciendum est, sed cupiditatibus detrahendum. Si vis Pythodea senem facere, & implere vitam, non annis adiciendum est, sed cupiditatibus detrahendum. Epist. 21.

Hoc tibi soli putas accidisse, & miraris quasi rem nouam, quod peregrinatione tam longa, & tot locorum varietatibus non discussisti tristitiam grauitatēque mentis? Animū debes mutare, non cælum. Licet vastum traieceus mare, licet (vt ait Vergilius noster) terræque urbēque recedant, sequentur te, quòcunque perueneris, vitia. Quid terrarum iuuare nouitas potest? Quid cognitio urbium aut locorum? In irutum cedit ista iactatio. Quare te fuga ista non adiuuet? tecum fugis. Onus animi deponendum est. Epist. 28.

Satis diu cum Baio litigauimus, nunquam satis cū vitis: quæ oro te mi Lucili persequere, sine modo, sine fine: nam illis quoque nec finis est, nec modus Proiicis quæcunque cor tuum laniant: quæ si aliter extrahi nequirent, cor ipsum cum illis reuellendum erat. Epist. 52.

Quando continget contemnere vtrāque fortunā? quando continget omnibus oppressis affectibus, & sub arbitriū adductis, hanc vocem emittere? Vici. Quem vicerim quæuis? Non Persas, nō extrema Medorū, nec si quid vltra Dacas bellicosum iacet: sed auaritiā, sed ambitionem, sed metum mortis, qui victores gentium vicit. Epi. 72.

Subitò nobis hodie Alexandrinę naues apparuerunt, quæ præmitti solent, & nuntiare secuturę classis aduentum. Omnis in pilis Puteolorum turba consistit. In hoc omnium discursu properantium ad litus, magnam ex pigritia mea sensi voluptatē: quod epistolas meorum accepturus non properaui scire, quis illic esset rerum mearum status, quid afferrent. Olim iam nec periret quicquam mihi, nec acquirere. Hoc etiam si senex non essem, fuerat

T. Profectus
iudicium.

1 „ sentiendum . Nunc verò multo magis : quia quantulum-
cunque haberem , tamen plus iam mihi superesset viati-
ci,quàm viæ. Epist.78.

Incipio toto animo studere . Non multum ad hoc lo-
cus confert , nisi se sibi præstet animus : qui secretum &
„ in occupationibus medus, si volet, habebit. At ille qui re-
„ giones eligit, & otinm captat , vbiq; quo dstringatur
inueniet. Nam Sociatē quarenti cuidam, quod nihil si-
bi peregrinationes profuissent , respondisse ferunt , Non
immo hoc tibi euenit. Tecum enim peregrinabar. O quam benè cum quibusdam ageatur, si à se aberrarent!
Nunc primum se ipsos sollicitant, corrumpunt , territant.
Quid prodest mare traicere, & vias mutare ? Si vis ista
quibus vigetis effugere , non alibi sis oportet, sed alius.
Putā venisse te Athenas , putā Rhodū. Elige arbitrio tuo
ciuitatem. Quid ad rem pertinet, quos illa mores habeat?
Tuos afferes, diuitias iudicabis bonum. Torquebit te pau-
peritas , & (quod est miserimum) falsa. Quamuis enim
multum possideas, tamen quia aliquis plus habet, tanto ti-
bi videtis deficere, quanto vincetis. Honores iudicabis bo-
„ num. Malè te habebit ille consul factus , ille etiam refe-
„ ctus: ringetis, quoties aliquem in fastis legeris. Tantus
„ erit ambitionis fauor, vt nemo tibi post te videatur, si ali-
„ quis ante te fuerit. Maximum malum iudicabis mortem,
cum in illa nihil sit mali, nisi quod ante ipsam est, timeri.
„ Grauius iudicabis malum , aliquem ex his quos a-
„ mabis amittere: cum interim hoc tam ineptum erit, quàm
„ flere, quod arboribus amœnis , & domum tuam ornanti-
bus, decidant folia. Quicquid te delectat æquè viret. Vi-
uunt dum viuent. Vniq; alium alio die casus excutiet. E-
pist.105.

Bis vincit, qui se vincit in victoria. Ex Pub. Mi.

Effugere cupiditatem, regnum est vincere. Ex eod.

Fer difficilia, facilia vt leuius feras. Ex eod.

Putandus est rectè fortior , qui cupiditates, quàm qui
hostes subiecit. Ex eodem.

Vis habere magnum honorem ? dabo tibi magnum im-
penum: impera tibi. Ex eod.

Hoc domi, hoc foris, hoc omni genere vitæ tenèamus:
vt nobis inexorabiles simus, exorabiles illis, qui non nisi
sibi dare ventam nesciunt. Ex eod.

Libertas vera & falsa, itémque vera, & falsa seruitus.

Philosophiæ seruias oportet, vt tibi contingat vera libertas. Epist. 8.

Ex eo licet stupor noster appareat, quòd ea sola putamus emi, pro quibus pecuniam soluimus: ea gratuita vocamus, pro quibus nos ipsos impendimus. Sæpe maximum pretium est, pro quo nullum datur. Multa possum tibi ostendere, quæ acquisita acceptaque, libertatem nobis extorserunt. Nostri essemus, si ista nostra non essent. Epist. 42.

Vaco mi Lucili vaco, & vbicunque sum, meus sum. Rebus enim non me trado, sed commodo: nec confector perdendi temporis causas, & quocunque constitui loco, ibi cogitationes meas trado, & aliquid in animo salutare verso. Epist. 63.

Quid est præcipuum? In primis liberum animum habere. Hæc res efficit non è iure. Quiritum, vt sis liber, sed à iure naturæ. Liber autem est, qui seruitutem effugit suam. Hæc est assidua seruitus & ineluctabilis, & per diem ac noctem æqualiter premens, sine intervallis, sine commectu. Sibi seruire, grauissima seruitus est: quam discutere facile est, si desieris multa te poscere, si desieris tibi referre mercedem, si ante oculos & naturam tuam posueris & ætatem: ac tibi ipse dixeris. Quid infans? quid anhelos? quid sudo? quid terram verso? quid forum verso? In Prefatione lib. 3. Nat. Quæst.

In primis autem respiciendæ sunt voluptates: enervant & effœminant, & multum petunt: multum autem à fortuna pendendum est. Deinde spernendæ opes: auctoraménta sunt seruitutum. Aurum & argentum & quicquid aliud fœlices domos onerat, relinquatur. Non potest gratis consistare libertas. Hanc si magno æstimas, omnia pauo æstimanda sunt. Epist. 105.

Omnes cum fortuna copulati sumus. Aliorum aurea cathena est, & laxa, aliorum aucta & sordida. Sed quid refert? Eadem custodia vniuersos circundedit, alligatque sunt etiam qui alligauerunt. Nisi tu fortè leuiorem in sinistra cathenam putas. Alium honores, alium opes vni-

"

"

T. Contèplatio.

Christiana vox.

"

"

Ti. Cupiditas seruum facit.

"

"

"

"

"

Ti. Voluptas & Avaritia seruum faciunt.

"

"

"

"

TRANQUILLITAS.

ciunt. Quosdam nobilitas, quosdam humilitas premit. Quibusdam aliena supra caput impendunt, quibusdam sua, quosdam exilia vno loco tenent, quosdam sacerdotia. Omnis vita seruitium est. Assuescendum itaque conditioni suae, & quam minimum de illa querendum, & quicquid habet circa se commodi, apprehendendum est. Nihil tam acerbum est, in quo non æquus animus solatium inueniat.

Lib. 1. de Tran. vitæ. ca. 10.

Semiliberum se dixit Cicero: at mehercules nunquam sapiens in tam humile nomē procedet: nunquā semiliber erit. Integræ semper libertatis, & solidæ: solutus, & sui iuris, altior cæteris. Quid enim supra eum potest esse, quī supra fortunam est? Lib. de beuit. vitæ. cap. 5.

Seruus est, sed fortassè liber animo. Seruus est: hoc illi non nocebit. Ostende quis non sit. Alius libidini seruit, alius auaritiæ, alius ambitioni, omnes timori. Dabo cōsularem anniculæ seruientem. Nulla seruitus turpior est, quàm voluntaria. Epist. 47.

Beneficium accipere, libertatem vendere est. Ex Publ. Mi.

Tranquillitas vera & falsa.

Vobis voluptas ista est, inerti otio assuefacere corpusculum, & securitatem sopitis simillimam appetere, & sub depressa umbra latitare: tenerrimisque cogitationibus (quas tranquillitatem vocatis) animi marcentis oblectate torporem: & cibus potionibusque inertia horroium latebras corpora ignavia pallentia, saginatae: nobis virilis voluptas est, dare beneficia, vel laboriosa, dum aliorum labores leuent: vel periculosa: dum alios à periculis extrahant. Lib. 4. de bene. cap. 13.

Cogita quàm multa temere pro pecunia, quàm multa laboriosè pro honore tentaueris: aliquid & pro otio audendum est. Epist. 19.

Animum cogo sibi intentum esse, nec aduocari ad externa: omnia licet foris resonent, dum intus nihil tumultus sit, dum inter se nō rixentur cupiditas & timor: dum auaritia luxuriaque non dissideant, nec altera alteram vexet. Nam quid prodest totius regionis silentium, si affectus fremunt? Omnia noctis erant tacita composita quiete. Falsum est: nulla placida quies est, nisi quam ratio cōposuit.

Nox exhibet molestiam, non tollit, & sollicitudines mutat. Nam dormientium quoque insomnia tam turbulenta sunt, quàm dies. Illa tranquillitas vera est, in quam bona mens explicatur. Aspice illum, cui somnus laxæ domus silentio queritur: cuius aures, ne quis agitet sonus, omnis seruatorum turba conticuit, & suspensum accedentium propius vestigiū ponitur. Huc nempè versatur ac illuc, somnum inter agitudines leuem captans, quæ non audit, audisse se queritur. Quid in causa putas esse? animus illi obstreperit, hic placandus est, huius compescenda est seditio, quem non est quòd existimes placidum, si iacet corpus. Epist. 57.

Si bona fide sumus, si receptui cecinimus, si speciosa contempsimus, nulla res nos auocabit, nullus hominum aurumque concentus interumpet cogitationes bonas, solidasque, & iam certas. Leue illud ingenium, nec se adhuc reduxit introrsus, quod ad vocem, & accidentia eiigitur. Habet intus aliquid sollicitudinis, & habet aliquid concepti pauoris, quod illū curiosum facit. Vt ait Vergilius noster:

Et me, quem dudum non vlla iniecta mouebant
Tela, nec aduerso glomerati ex agmine Graij,
Nunc omnes terrent auiæ, sonus excitat omnis
Suspensum: & pariter comitique onerique timentem.

Timidum illum sarcinæ faciunt. Quemcunque ex istis foelicibus elegeris, multa trahentibus, multa portantibus, videbis illum comitique onerique timentem. Epist. 57.

Quod desideras, magnum & summum est Deoque vicinum, non concuti. Lib. de Tranq. vit. cap. 2.

Ille vir syncerus ac purus, qui relinquit & curiam & forum, & omnem administrationem Reipublicæ, vt ad ampliora secederet: diligit eos per quos hoc ei facere tuto licet: solúmque illis gratuitū testimonium reddit, & magnā rem nescientibus debet. Sed quemadmodū Neptuno plus debere se iudicat ex his qui eadem tranquillitate vsi sunt, qui plura & pretiosiora illo manu vexit, & animosius à mercatore, quàm à vectore soluiti votum sic huius pacis beneficium ad omnes pertinēs, altius ad eos peruenit, qui illa benè vtuntur. Epist. 74.

Solitudo.

“
Ti. Timor
vnde.

“

“

“

“

“

“

“

SOLITUDO.

Quid tibi vitandum præcipuè existimem quæris? Turbam. Non dum illi te tuto commiseris. Ego certè cōfiteor imbecillitatem meam. Nunquam mores quos extuli, fero. Aliquid ex eo quod composui turbatur, aliquid ex his quæ fugavi, redit. Auarior ideo, ambitiosior, luxuriosior, imoueriò crudelior, & inhumanior: quia inter homines fui. Subducendus populo est tener animus, & parum tenax recti. Facile transitur ad plures. Socrati, Catoni, & Lælio excutere mentem suam dissimilis multitudo potuisset, adeo nemo nostrum qui maximè concinnamus ingeniū, ferre impetam vitiorum tam magno committatu venientium potest. Vnum exemplum luxuriæ, aut auaritiæ, multum mali facit. Conuictor delicatus paulatim eneruat, & emollit. Vicinus diues cupiditatem iritat: malignus comes quamuis candido & simplici, rubiginem suam affricuit. Quid tu accidere his moribus credis, in quos publicè factus est imperas? Necessè est aut imiteris, aut oderis. Vtrunque autem vitandum est, ne vel similis malis fias, qui multi sunt: neue inimicus multis, quia dissimiles sunt. Recede in te ipsum quantum potes: cum his versare qui te meliorem facturi sunt. Illos admitte, quos tu potes facere meliores. Mutuo ista fiunt, & homines dum docent, discunt. Epist. 7.

Sic est, non muto sententiam: fuge multitudinem, fuge paucitatem, fuge etiam vnum. Non inuenio cum quo te malim esse quàm tecum. Epist. 10.

Animalia quædam ne inueniri possint, vestigia sua circa cubile ipsum confundunt. Idem tibi faciendum est: alioquin non deerunt qui persequantur. Multi aperta trāseunt: condita & obstrusa rimantur. Furem signata sollicitant. Vile videtur quicquid paret. Epist. 69.

Scio quàm sis ambitioni alienus, quàm familiaris otio & literis. Turbam rerum hominūque desiderant, qui se pati nesciunt. Tibi tecum optimè conuenit. Nec mirum paucis istud contingere: imperiosi nobis ipsi molestique sumus: modo amore nostri, modo tædio laboramus, infœlicem animum nunc superbia inflammas, nunc cupiditate distendimus, aliàs voluptate laxamus, aliàs solitudine exurimus. Quod est miserrimum nunquam sumus singuli. Necessè est itaque assidua vtamur in tam magnorum vitiorum contubernio, rixa. In Præfatione lib.

T. Vulgus.
Ti. Societas
improborum.

Simile.

Tit Vita misera.
Ti. Vitiorum molestia.


lib. 4. Natur. Quæst.

Fugiendum ergo, & in se redeundum est, immo etiam à se recedendum. Vbi sup.

Magna pars sanitatis est, hortatores insanix reliquisse, & ex isto cœtu inuicem noxio procul abiisse. Hoc esse verum scias, aspice quanto aliter vnusquisque populo uiuat, aliter sibi. Non est per se magistra solitudo innocentiæ, nec frugalitatem docent rura, sed vbi testis ac spectator abcessit, vitia subsidunt, quorum monstrari & cōspici, fructus est. *T. Vulgum.* Quis eam quam nulli ostenderet, induit purpuram? Quis posuit secretā in auro dapem? Quis sub alicuius rusticæ arboris proiectus vmbra, luxuriæ suæ pompam solus explicuit? Nemo oculis suis laetus est: nec paucorum quidem & familiarium: sed apparatus vitiorum suorum pro modo turbæ spectantis expandit. Itaque irritamentum est omnium in quæ insanimus, admirator & conscius. Ne consupiscamus efficies, si ne offendamus effeceris. Ambitio, luxuria, & impotentia scenam desiderant. Sanabis ista si absconderis. Epist. 95.

Solitudinem quærit, qui vult cum innocentibus viuere. Ex Publ. Mi.

Tres tituli precedentes Libertas, Tranquillitas, & Solitudo affinitatem inter se quandam habent, ideo simul collocati sunt.



TERTIA CLASSIS LOCORUM
COMMUNIVM, QUAE
varia continet loca.

Sapiens, Sapientia.



*T. Perfecti
viri mores.*

NON MULTUM tibi nocebit transisse quae
nec licet scire, nec prodest. Involuta veri-
tas in alto latet. Nec de malignitate natu-
rae queri possumus: quia nullius rei diffi-
lis inventio est, nisi cuius hic vnus inuen-
tae fructus est, inuenisse. Quicquid nos me-
liores beatosque facturum est, aut in aperto, aut in proxi-
mo posuit. Si animus fortuita contempsit, si se supra me-
tum sustulit; nec auida spe infinita complectitur, sed di-
ditit a se petere diuitias, si Deorum hominumque formi-
dinem eiecit, & scit non multum esse ab homine timen-
dum, a Deo nihil: si contemptor omnium, quibus tor-
quetur vita, dum ornatur, eò perductus est, vt illi liqueat
mortem nullius mali esse materiam, multorum finem, si
animum virtuti consecrauit, & quocumque vocat illa, pla-
num putat, si sociale animal est, & in commune genitus,
mundum vt vnã domum spectat, & conscientiam suam Diis
aperuit, semperque tanquam in publico viuit, se magis
veritus quam alios, subductus illis tempestatibus, in soli-
do ac sereno stetit, cõsumauit scientiam vtilem atque ne-
cessariam. Reliqua, oblectamenta otij sunt. Licet enim iam
in tutum retracto animo, ad hæc quoque excurrere: cul-
tum, non robur ingeniis afferentia. Hæc Demetrius no-
ster, vtraque manu tenere proficietem iubet, nec vsquam
dimittere, imò affigere & partem sui facere, eoque quo-
tidiana meditatione perducere, vt sua sponte occurrant sa-
lutaria, & vbique ac statim desiderata præsto sint, & sine
mora vlla veniat illa turpis honestique distinctio: sciât-
que nec malum esse vllum nisi turpe, nec bonum nisi ho-
nestum. Hæc regula vitæ opera distribuat: ad hæc legem
& agat cuncta, & exigat. Lib. 7. de Bene. cap. 1. & 2.

Mutationem sapientis tantam; hoc est in maxima vitia;
natura non patitur. Nam in pessima ab optimis lapsus,

nēcesse est etiam in malo vestigia boni teneat. Nunquam in tantum virtus extinguitur, vt non certiores animo notas imprimat, quā vt illas eradat vlla mutatio. Ferae inter nos educatae, cum in syluas eruperunt, aliquid mansuetudinis pristinae retinent: tantūque à placidissimis absunt, quantum à venis feris, & nunquam humanam manum patris. Nemo in summam nequitiam incidit, qui vnquam hāsit sapientiae. Altius infectus est, quā vt ex toto elui, & transire in colorem alium possit. Lib. 7. de Bene. cap. 19.

Simile.

Liquere tibi hoc scio Lucili, neminem posse beatè vivere, ne tolerabiliter quidem, sine sapientiae studio: & beatam vitam perfectā sapientia effici: ceterum tolerabilem, etiam inchoata. Illud ante omnia vide, vtrum in philosophia, an in ipsa vita profeceris. Non est philosophia populare artificium, nec ostentationi paratum. Non in verbis, sed in rebus est. Nec in hoc adhibetur, vt cum aliqua oblectatione consumatur dies, vt dematur ocio nausea. Animum format & fabricat, vitam disponit, actiones regit, agenda & omittenda demonstrat: sed ad gubernaculum, & per ancipitia fluctuantium duigit, cursum: sine hac nemo securus est. Epist. 16.

Sapientis viri animum ac veluti faciem his verbis describit Seneca. Animus intuens vera, peritus fugiendorum ac petendorum, non ex opinione, sed ex natura praecia rebus imponens, toti se inferens mundo, & in omnes eius actus contemplationem suam mittens, cogitationibus actionibusque intentus, ex aequo magnus ac vehemens, asperis blandisque pariter inuictus, neutri se fortunae submittes, supra omnia quae contingunt acciduntque eminent, pulcherrimus cum decore, cum viribus sanus ac siccus, imperturbatus, intrepidus: quem nulla vis frangat, quem nec attollant fortuita, nec deprimant. Talis animi virtus est, haec eius facies, si sub vnum veniat aspectum, & semel tota se ostendat. Epist. 67.

T. Perfecti.

T. Virtus.

Vide etiam sequentes Ti. Philosophiam, Scientiam, quae huic sunt affines.

Philosophia.

P ij

55
T. Doctor. Illud autem mi Lucili te rogo atque hortor, ut philosophiam in præcordia ima demittas, & experimentum tui profectus capias, non oratione, nec scripto, sed animi firmitate & cupiditatum diminutione: verba rebus proba. Aliud propositum est declamantibus, & assensionem coronæ captantibus, aliud his qui iuuenum & octosorum aures disputatione varia aut volubili detinent. Facere docet philosophia, non dicere: & hoc exigit, ut ad legem suam quisque viuat, nec ab oratione vita dissentiat: ut ipsa inter se vita vnus sine omnium actionum dissensione coloris sit. Epist. 20.

Aequabilis vite.

Inuenissent forsitan priores necessaria, nisi & superflua quæssissent. Multum illis temporis verborum cauillatio eripuit, & captiosæ disputationes: quæ acum irritum exercent. Nectimus nodos, & ambiguum significationem verbis alligamus: deinde dissoluimus, ac tantum nobis vacat: iam viuere, iam mori scimus. Tota illò mente pergendum est, ubi prouideri debet, ne res nos, non verba decipiant.

T. Tentatio.

Quid mihi vocum similitudines distinguis, quibus nemo vnquam, nisi qui disputat, captus est? Res fallunt, illas discerne. Pro bonis mala amplectimur. Optamus contra id quod optauimus: pugnant vota nostra cum votis, consilia cum consiliis. Adulatio quàm similis est amicitia?

T. Adulatio.

Non imitatur tantum illam, sed vincit & præterit: apertis ac propitiis auribus recipitur, & in præcordia ima descendit, eo ipso gratiosa, quo lædit. Doce quæ admodum hanc similitudinem dignoscere possim: venit ad me pro amico blandus inimicus: vitia nobis sub virtutum nomine obrepunt. Temeritas sub titulo fortitudinis latet. Moderatio vocatur ignauia, pro cauto timidus accipitur. In his magno periculo erratur, his certas notas imprime. Epist. 45.

In remedium cedunt honesta solatia, & quicquid animi exiit, etiam corpori prodest. Studia mihi nostra saluti fuerunt, philosophiæ acceptum fero quod surrexi quod conualui: illi vitam debeo. Epist. 79.

Vna se consumatur animus, scientia bonorum ac malorum immutabili, quæ soli philosophiæ competit. Nulla autem ars alia de bonis ac malis quarit: singulas habet circumire virtutes. Fortitudo contemptrix timendorum est,

T. Fortitudo.

terribilia & sub iugum libertatē nostram mittentia, despi-

cit, prouocat, frangit. Nunquid ergo hanc liberalia studia corroborat? Fides sanctissimum humani pectoris bonum est: nulla necessitate ad fallendum cogitur: nullo corrumpitur premio. Vre, inquit, caede, occide, non prodam: sed quo magis secreta quaeret dolor, hoc illa altius condam. Nunquid liberalia studia hos animos facere possunt? Temperantia voluptatibus imperat, alias odit atque abigit, alias dispensat, & ad sanum modum redigit: nec unquam ad illas propter ipsas venit. Sit optimum esse modum cupitorum, non quantum velis, sed quantum debeas sumere. Humanitas vetat superbum esse aduersus socios, vetat avarum verbis, rebus, affectibus: comem se facilemque omnibus praestat: nullum alienum malum putat, bonum autem suum ideo maxime (quod alicui bono futurum est) amat. Numquid liberalia studia hos mores praecipunt? non magis quam simplicitatem, ac modestiam, ac frugalitatem, ac parsimoniam: non magis quam clementiam: quae alieno sanguini tanquam suo parcat, & scit homini non esse homine prodigere utendum. Epist. 89.

Faciam ergo quod exigit, & philosophiam in partes non in frustra diuidam. Diuidi enim illam, non concidi, utile est. Nam comprehendere quemadmodum maxima, ita minima, difficile est. Idem enim vitij habet nimia, quod nulla diuisio. Simile confuso est, quicquid usque in puluerem sectum est. Primum itaque sicut videtur tibi, dicam inter sapientiam & philosophiam quid intersit. Sapientia perfectum bonum est mentis humanae. Philosophia, sapientiae amor est, & affectatio. Haec ostendit, quod illa peruenit. Philosophia unde dicta sit apparet: ipso enim nomine fateatur. Quidam sapientia ita finierunt, ut dicerent eam diuinorum & humanorum scientiam. Quidam ita, Sapientia est nosse diuina & humana, & horum causas. Cohærent ergo inter se philosophia virtusque. Philosophiae tres partes esse dixerunt, & maximi, & plurimi autores. Moralem, Naturalem, & Rationalem. Prima componit animum. Secunda rerum naturam scrutatur. Tertia proprietates verborum exigit, & structuram, & argumentationes, ne pro vero falsa surrepant. Epicurei, duas partes philosophiae putarunt esse, Naturalem, ac moralem: rationalem remouerunt. Deinde cum ipsis rebus cogere ambigua discernere, falsa sub specie veri latentia coagere: ipsi quoque locum quem de iudicio & regula appellant, alio nomine rationalem indu-

“
T. Fides.

“

“

“

“

T. Temperantia.

“

T. Humanitas siue charitas.

“

“

“

“

“

“

“

Diuisio non debet esse minuta.

“
T. Sapientia.

“

“

“

“

“

xerunt. Cyrenaiici, naturalia cum rationalibus sustulerunt, & contenti fuerunt moralibus. Sed hi quoque que remouent, aliter inducunt. In quinque enim partes moralia diuidunt, vt vna sit de fugiendis, altera de affectibus, tertia de actionibus, quarta de causis, quinta de argumentis. Causæ rerum ex naturali parte sunt, argumenta ex rationali, actiones ex morali. Ergo cum tripartita sit philosophia, moralem eius partem primum incipiamus disponere. Quam in tria rursus diuidi placuit: vt prima esset inspectio iurum cuique distribuens, & æstimans quantum quidque dignum sit, maxime vtilis. Quid enim est tam necessarium, quam pretia rebus imponere? Secunda de impetu,

T. Aestimatio verum.

» Tertia de actionibus. Primum enim est, vt quantum quidque sit, iudices. Secundum, vt impetum ad illa capias ordinatum temperatumque. Tertium, vt inter impetum tuum actionemque conueniat: vt in omnibus istis tibi ipsi consentias.

T. Affectum moderatio.

» Quidquid ex his tribus defuerit, turbat & cætera. Quid enim prodest intus æstimata habere omnia, si sis impetu nimius? Quid prodest impetus repressisse, & habere cupiditates in tua potestate, si in ipsa rerum actione tempora ignores, nec scias quando quidque, & vbi, & quemadmodum agi debeat? Aliud est enim dignitates & pretia rerum nosse, aliud impetus refrenare, & ad agenda ire, non ruere. Tunc ergo vita sibi concors est, vbi actio non destituit impetum. Impetus ex dignitate rei cuiusque concipitur, perinde remissus aciorque prout illa digna est peti. Epist. 90.

» Quis dubitare mi Lucili potest, quin Deorum immortalium munus sit, quod viuimus, philosophiæ quod rectè viuimus? Itaque tanto plus nos debere huic, quam Diis, quanto maius beneficium est, bona vita, quam vita. Pro certo deberetur, nisi ipsam Diis philosophiam tribuissent, cuius scientiam nulli dederunt, facultatem omnibus. Epist. 91.

Philosophie finis officium & argumentum.

» Ad beatum statum philosophia tendit, illò ducit, illò vias aperit. Quæ sint mala, quæ videantur ostendit: vanitatem exuit manibus, dat magnitudinem solidam: inflatam verò, & ex manu speciosam reprimit, nec ignorari sinit inter magna quid lateat sit & tumida: totius naturæ notitiam ac suæ tradit. Quid sint Diis, qualésque declarat: quid infert, quid laes, & genij. Hæc eius iuramenta sunt: per que non municipale sacrum, sed ingens omnium Deorum templum mundus iste reseratur: cuius vera simulachra,

verasque facies cernendas mentibus protulit. Nam ad spectacula tam magna hebes visus est: ad initia deinde rerum redit, & æternam rationem toti inditam, & vim omnium seminum singula propriè figurantem. Tum de animo cepit inquirere: vnde esset, vbi, quandiu, in quot membra diuisus. Deinde à corporalibus se ad incorporalia transtulit, veritatémque & argumenta eius excussit. Epist. 91.

Quid sapiens inuestigauerit, quid in lucem protraxerit, quæris? Primum veram naturam: quam non vt cætera animalia oculis secutus est, tardis ad diuina. Deinde vitæ legem, quam ad vniuersa direxit nec nosse tantum, sed se- *T. Aestimatio rerum.*
qui docuit Deos, & accidentia non aliter excipere, quàm
imperata. Vetuit parere opinionibus falsis, & quanti quid- *“*
que esset, vera æstimatione perpendit, damnauit mixtas *“*
pœnitentiæ voluptates. Et bona semper placitura laudauit *T. Fœlicitas.*
& palam fecit, fœlicissimum esse, cui fœlicitate non opus *T. Victoria*
est: potentissimum esse, qui se habet in potestate. Epist. 91. *sui.*

Quantum inter Philosophiam interest Lucili virorum optime & cæteras artes, tantum interesse existimo in ipsa Philosophia, inter illam partem quæ ad homines, & hanc quæ ad Deos spectat. Altior est hæc & animosior: multum promisit sibi: non fuit oculis contenta. Maius esse quiddã suspicata est ac pulchrius, quod extra conspectum natura posuisset. Denique tantum inter duas interest, quantum inter Deum & hominem. Altera docet, quid in terris agendum sit, altera quid agatur in cœlo. Altera errores nostros discutit, & lumen admouet, quo discernantur ambigua vitæ: altera caliginẽ in qua volutamur excedit, & è tenebris erutos, illò perducit, vnde lucet. In præfatione li. i. Nat. q.

Philosophia & contemplatiua est, & actiua: Spectat, simulque agit. Erras enim si illam putas tantum terrestres operas promittere altius spirat. Totum, inquit, mundum scrutor, nec me intra contubernium mortale contineo: suadere vobis ac dissuadere contenta: Magna me vocant supraque vos posita.

*Nam tibi de summa cœli ratione Deumque,
Disserere incipiam, & rerum primordia pandam:
Vnde omnis natura creat res, hauritque, alitque.*

Quæque eadem rursus natura perempta resoluat:

vt ait Lucretius. Sequitur ergo, vt cū cõtēplatiua sit, habeat decreta sua. Antiqua, inquit, sapiētia nihil aliud quã faciē-

PHILOSOPHIA.

da & vitanda præcepit. Et tunc longè meliores erant viri.
T. Doctor. Postquam docti prodierunt, boni defunt. Simplex enim il-
T. Gula. la & aperta virtus in obscuram & solertem scientiam versa
 est: docemurque disputare, non viuere. Ex variis cibis nõ
 singulares morbi nascuntur, sed inexplicabiles, diuersi,
 multiformes: aduersus quos & medicina armare se cœpit
 multis generibus, multis obseruationibus. Idem de Philo-
T. Corrupti phia dico. Fuit aliquando simplicior intra minora peccan-
mores. tes, & leui quoque cura medicabiles. Aduersus tantam mo-
 rum euersionem omnia conanda. Et vtinam sic denique
 hæc ista vinceretur. Non priuatim solū, sed publicè furi-
 mus. Homicidas compescimus, & singulas cædes. Quid
 bella, & occisarum gentium gloriosum scelus? Non auari-
 tia, non crudelitas modum nouit: & ista quandiu furtim &
 à singulis fiunt, minus noxia, minusque monstruosa sunt.
 Ex senatus consultis, plebísque scitis sæua exercentur, &
 publicè iubetur vetita priuatim: quæ commissa capite lue-
 rent: tamen quia paludati fecere, laudamus. Non pudet ho-
 mines, mitissimum genus, gaudere sanguine alterno, bella
 gerere, gerendaque liberis tradere: cum inter se etiam mu-
 tis ac feris pax sit. Aduersus tam potentem explicitumque
 latè furorem, operosior philosophia facta est, & tantum si-
 bi virium sumpsit, quantum his aduersus quæ parabatur,
 accesserat. Epist. 96.

Illud ante omnia mihi dicendum est, opiniones veterum
 parum exactas esse & rudes. Circa verum adhuc errabatur.
 Noua omnia erant, primo tentantibus. post eadem illa li-
 mata sunt: & si quid inuentum est, illis nihilominus re-
 ferri debet acceptum. Magni animi res fuit, rerum naturæ
 latebras dimouere, nec contentum exteriori eius conspe-
 ctu, introspicere, & in Deorum secreta descendere. Pluri-
 mum ad inuentendum contulit, qui sperauit posse reperi-
 ri. Cum excusatione itaque veteres audiendi sunt. Nulla
 res consumata est, dum incipit. Nec in hac tantum re om-
 nium maxima ac inuolutissima (in qua etiam cum multum
 actum erit, omnis tamen quod agat inueniet) sed in omni
 alio negotio, longè semper à perfecto fuere principia. Lib.
 6. Nat. Quæst. cap. 4. & 5.

*Quanta sit Philosophiæ dignitas, colligit Seneca ex Callisthe-
 nis Philosophi indigna nece: quem Alexander interemit: his ver-
 bis. Hoc est Alexandri crimen æternum, quod nulla virtus*

nulla bellorum foelicitas redimet. Nam quoties quis dixerit. occidit Persarum multa millia, opponetur, & Callisthenem. Quoties dictum erit, occidit Darium, penes quem tunc magnum regnum erat, opponetur, & Callisthenem. Quoties dictum erit, omnia Oceano tenus vicit, ipsum quoque tentauit nouis classibus, & imperium ex angulo Thraciae vsque ad Orientis terminos protulit, dicetur, sed Callisthenem occidit. Omnia licet antiqua ducum regumque exempla transferat, ex his quae fecit, nihil tam magnum erit, quam scelus Callisthenis. Lib. 6. Nat. Quæst. cap. 23.

Consumpsere se quidam dum acta regum externorum componunt, quæque passi inuicem ausique sunt populi. Quanto satius est sua mala extinguere, quam aliena posteris tradere? Quanto potius Deorum opera celebrare, quam Philippi & Alexandri latrocinia, cæterorumque (qui extio gentium clari) non minores fuerunt pestes mortalium, quam inundatio, qua planum omne perfusum est, quam conflagratio, qua magna pars animantium exaruit? Quemadmodum Hannibal superauerit Alpes scribunt, quemadmodum confirmatum Hispaniæ cladibus, bellum Italiæ inopinatus intulerit, fractisque rebus etiam post Carthaginem, pertinax reges pererrauerit, contra Romanos ducem se promittens, etiam sine exercitu. Quemadmodum non desierit senex omnibus angulis bellum querere, adeo sine patria esse pati poterat, sine hoste non poterat. Quanto satius, quid faciendum sit, quam quid factum sit querere: ac docere eos qui sua permisere fortunæ, nihil stabile ab illa datum esse: eius omnia fluere aura mobilius? nescit enim quiescere, gaudet lætis tristitia substituere, & vtraque miscere. Lib. 3. Nat. Quæst. cap. 1.

Vide etiam affines huic titulos. Sapientia, Scientia, Studium, Lectio. Horum enim inuentio penè communis est.

De vtili & inutili scientia.

MVs syllaba est, syllaba autem caseum non rodit, mus T. Curiositas
 ergo caseum non rodit. O pueriles ineptias! in hoc su
 percilia subduximus? in hoc barbam demisimus? hoc est
 quod tristes docemus & pallidi? Etiam si multum superes-
 set ætatis, parè iam dispensandum erat, vt sufficeret neces-
 sariis. Nunc, quæ dementia est, superuacua discere in tan-
 ta tēporis egestate? Indignor aliquos ex hoc tēpore (quod

Simile.

„ sufficere nec ad necessaria quidem potest, etiam si custodi-
 „ tum diligentissimè fuerit) in superuacua maiorem partem
 „ erogare. Demens meritò omnibus viderer, si cùm laxa in
 „ munimentum murorum senes fœminæque congererent,
 „ cum iuuentus intra portas armata signum eruptionis ex-
 „ pectaret, aut posceret, cum hostilia in portis tela vibrarêt,
 „ & ipsum solùm suffossionibus & cuniculis tremeret, sede-
 „ rem ociosus, & eiusmodi quæstiunculas pœrens. **Quod**
 „ non perdidisti habes: cornua autem non perdidisti, cornua
 „ ergo habes: aliaque ad exemplum huius acutæ deliratio-
 „ nis concinnata. Ingens negotium in manibus est. **Quid a-**
 „ „ gam? mors me sequitur, fugit vita: aduersus hæc me doce
 „ „ aliquid: effice ne mortem fugiam, vita me non effugiat.
 „ „ Doce non esse positum bonum vitæ in spatio eius, sed in
 „ „ vsu: posse fieri, imò sæpè fieri, vt qui diu vixit, parum vi-
 „ „ xerit. Dic mihi dormituro, potes non expergisci: dic ex-
 „ „ perrecto, potes non dormire amplius. Dic exeunti, potes
 „ „ non reuerti. Dic redeunti, potes non exire. Erras si in na-
 „ „ uigatione tantùm existimas minimum esse, quo morte vi-
 „ „ ta diducitur. In omni loco æquè tenue interuallum est. Nã
 „ „ vbique se mors tam propè ostendit, vbique tam propè est.
 „ „ Has tenebras discute, & facilius ea trades ad quæ præpa-
 „ „ ratus sum. Dociles natura nos edidit, & rationem dedit im-
 „ „ perfectam, sed quæ perfici posset. Epist. 49. & 30.

T. Doctor.

„ Obsecro vos cur tam necessariam curam maioribus me-
 „ „ lioribusque debitam, in re nescio an falsa, certè inuiti te-
 „ „ rimus? **Quid** mihi profuturum est scire, an aliud sit sapi-
 „ „ tia aliud sapere? Potius id age, vt mihi viam monstres, qua
 „ „ ad ista perueniam. Dic mihi quid vitare debeam, quid ap-
 „ „ petere, quibus animum labantem studiis firmem, quemad-
 „ „ modum quæ me ex transuerso feriunt aguntque, procul à
 „ „ me repellam. **Quomodo** par esse tot malis possim, quo-
 „ „ modo istas calamitates remoueam, quæ ad me irruerunt,
 „ „ quomodo illas ad quas ego irrupi. Doce quomodo feram
 „ „ ærumnam sine gemitu meo, fœlicitatem sine alieno, quo-
 „ „ modo vltimum & necessarium vitæ terminum non expe-
 „ „ ctem, sed ipse me, cum visum erit, profugiam. Hæc mi Lu-
 „ „ cili tractemus, his formemus animum. Hæc est sapientia,
 „ „ hoc est sapere, non disputatiunculis inanibus subtilitatem
 „ „ vanissimam agitare. Tot quæstiones tibi fortuna posuit,
 „ „ non dum illas soluisti. **Quam** stultum est, cum signum pu-

gnæ acceperis, ventilare. Remoue ista luxuriæ arma, de-
 cietoris opus est. Dic qua ratione nulla animum tristitia,
 nulla formido perturbet: qua ratione hoc secretarum cu-
 piditatum pondus effundam. Transcurramus solertissimas
 nugas, & ad illa quæ nobis aliquam opem sunt latura pro-
 peremus. Nemo qui obstetricem parturienti filix sollicitus
 accersit, edictum, & ludorum ordinem perlegit. Nemo qui
 ad incendium domus suæ currit, tabulam latrunculariam
 perspicit, vt sciat quomodo alligatus exeat calculus. At
 mehercules omnia tibi vndique nuntiantur, & incendium
 domus, & periculum liberorum, & obsidium patriæ, & bo-
 norum direptio. Adice istis naufragium, motusque terra-
 rum, & quidquid aliud timeri potest. Inter ista districtus,
 rebus, nihil aliud quam animum oblectantibus, vacas?
 Quid inter sapientiam & sapere interfit, inquiris? Nodos
 nectis ac soluis tanta mole impendente capiti tuo? Non
 tam benignum ac liberale tempus natura nobis dedit, vt
 aliquid ex illo vacet perdere: & vide quàm multa etiam
 diligentissimis pereant. Aliud valetudo sua cuique abstu-
 lit, aliud suorum, aliud necessaria negotia, aliud publica
 occupauerunt. Vitam nobiscum diuidit somnus: ex hoc
 tempore tam angusto, & rapido, & nos auferente, quid iu-
 uat maiorem partem mittere in vanum? Adice nunc quod
 assuescit animus delectare se potius, quàm sanare: & Phi-
 losophiam oblectamentum facere, cum remedium sit. In-
 ter sapientiam & sapere quid interfit nescio. Scio mea non
 interesse sciam ista, aut nesciam. Dic mihi, cum quid inter
 sapientiam & sapere interfit, didicero, sapiam? Cur ergo
 potius inter vocabula me sapientiæ detines, quàm inter o-
 pera? Fac me certiozem, fac me securiozem, fac fortunæ pa-
 rem, fac superiozem. Possum autem superior esse, si fecero
 omne quod disco. Epist. 118.

Nihil est iniquius his qui nusquam putant esse subtili-
 tatem, nisi vbi nihil est præter subtilitatem. *Et mox.* Nescio
 an maximum vitium subtilitatis sit, nimis se ostendere.
 Magis nocent insidix, quæ latent. Vtilissima est dissimula-
 ta subtilitas, quæ effectû apparet, habitu latet. In Prologo
 Declamationum.

Paucis opus est ad mentem bonam vti literis: sed nos vt
 cætera in superuacuum diffundimus, ita Philosophiam i-
 psam. Quemadmodum omnium rerum, sic literarum

CURIOSITAS.

quoque in temperantia laboramus. Non vitæ, sed scholæ
discimus. Epist. 17.

Vide etiam hac de re Titulum sequentem, & antecedentes.

Curiositas probanda & improbanda.

T. Doctor.

» **Q**uid annos Patrocli & Achillis inquirere ad rem
» existimas pertinere? Quæris Vlysses vbi errauerit,
» potius quam efficias ne nos semper erremus? Non
» vult audire vtrum inter Italiam & Siciliam iactatus sit,
» an extra notum nobis orbem. Tempestates animi nos quo-
» tidie iactant, & nequitia in omnia Vlyssis mala impellit:
» non deest forma quæ sollicitet oculos, non hostis hinc
» monstra effera, & humano cruore gaudentia: hinc insidio-
» sa blandimenta aurium, hinc naufragia & tot varietates
» malorum. Monstra mihi qui sint modi flebiles: monstra
» potius quomodo inter aduersa non emitiam flebilem vo-
» cem. Metiri me Geometra docet latifundia: potius doceat
» quomodo metiar quantum homini sit satis. Numerare do-
» cet me Arithmetica, & auaritiæ commodare digitos: po-
» tius doceat, nihil ad rem pertinere istas computationes:
» non esse feliciorum cuius patrimonium tabularios las-
» sat: immò quàm superuacua possideat, qui infelicissimus
» futurus est, si quantum habeat per se computare cogatur.
» Doces me quomodo nihil perdam ex finibus meis, at ego
» discere volo quomodo totos hilaris amittam. Epist. 27.

Ista liberalium artium consecratio molestos, verbosos,
intempestiuos, sibi placentes facit: & ideo non discerent
necessaria, quia superuacua didicerunt. Quatuor millia li-
brorum Didymus grammaticus scripsit: miser erat si tam
multa superuacua legisset. In his libris de patria Homeri
queritur: in his de Anæ matre vera: in his libidinosior
Anacreon, an ebriosior vixerit: in his an Sappho publica
fuerit: & alia quæ erant dediscenda, si scires. Talia sciat o-
portet, qui multa vult scire: non cogitare quantum tempo-
ris auferat mala valetudo, quantum occupatio publica,
quantum occupatio priuata, quantum occupatio quoti-
diana, quantum somnus: metire ætatem tuam, tam multa
non capit: de liberalibus studiis loquor. Philosophi quan-
tum habent superuacui, quantum ab usu recedentis?
Epist. 89.

Nauigant quidam, & labores peregrinationis longis-

simæ vna mercede perpetuuntur; cognoscendi aliquid ab- *T. Contem-*
ditum. Hæc res ad spectacula populos contrahit, hæc co- *platio natu-*
git præclusa rimari, secretiora exquirere, antiquitates e- *re.*
uoluere, mores barbararum audire gentium. Curiosum *“*
nobis natura ingenium dedit, & artis sibi ac pulchritudi- *“*
nis suæ conscia, spectatores nos tantis rerum spectaculis *“*
genuit, perditura fructum sui, si tam magna, tam clara, tam *“*
subtiliter ducta, tam nitida, & non vno genere formosa, *“*
solitudini ostenderet.

Eloquentia.

AD res auditores commoueantur, non ad verba com-
posita. Alioquin nocet illis eloquentia, si non rerum
cupiditatem facit, sed sui. Epist. 53.

Audi quid me in epistola tua delectauerit: Habes ver-
ba in potestate, non effert te oratio, nec longius quam de-
stinasti, trahit. Multi sunt qui ad id quod non proposue-
rant scribere, alicuius verbi decore placentis vocentur:
quod tibi non euenit: pressa sunt omnia, & rei aptata. Lo-
queris quātum vis, & plus significas quam loqueris. Hoc
maioris rei indicium est, apparet animum quoque nil ha-
bere superuacui, nil tumidi. Inuenio tamen translationes
verborum, vt non temerarias, ita non indecoras: quæ peri-
culum sui fecerint. Inuenio imagines: quibus si quis nos
vti vetat, & Poëtis illas solis iudicat esse concessas, nemi-
nem mihi videtur ex antiquis legisse, apud quos nondum
captabatur plausibilis oratio. Illi qui simpliciter & de-
monstrandæ rei causa eloquebantur, parabolis referti
sunt: quas existimo necessarias, non ex eadem causa qua
Poëtis, sed vt imbecillitatis nostræ adminicula sint: &
vt discentem & audientem in rem præsentem adducant.
Epist. 60.

Non me hercules ieiuna esse & arida volo, quæ de re-
bus tam magnis dicentur. Neque enim philosophia inge-
nio renuntiat: multum tamen operæ impendi verbis non
oportet. Hæc sit propositi nostri summa, quod sentimus
loquamur, quod loquimur, sentiamus. Concordet sermo
cum vita. Ille promissum suum impleuit, qui & cum vi-
deas illum, & cum audias, idem est. Videbimus qualis sit, *T. Doctior.*
quantus sit, an vnus sit. Non delectent verba nostra, sed
profint. Si tamen contingere eloquentia non sollicito po-

Simile.

» sufficere nec ad necessaria quidem potest, etiam si custodi-
 » tum diligentissimè fuerit) in superuacua maiorem partem
 » erogare. Demens meritò omnibus viderer, si cum saxa in
 » munimentum murorum senes foeminaeque congererent,
 » cum iuuentus intra portas armata signum eruptionis ex-
 » pectaret, aut posceret, cum hostilia in portis tela vibrarèt,
 » & ipsum solùm suffossionibus & cuniculis tremeret, sede-
 » rem ociosus, & eiusmodi quæstiunculas ponens. Quod
 » non perdidisti habes: cornua autem non perdidisti, cornua
 » ergo habes: aliaque ad exemplum huius acutæ deliratio-

T. Vita mors

» nis concinnata. Ingens negotium in manibus est. Quid a-
 » gam? mors me sequitur, fugit vita: aduersus hæc me doce
 » aliquid: effice ne mortem fugiam, vita me non effugiat.
 » Doce non esse positum bonum vitæ in spatio eius, sed in
 » vsu: posse fieri, imò sæpè fieri, vt qui diu vixit, parum vi-
 » xerit. Dic mihi dormituro, potes non expergisci: dic ex-
 » perrecto, potes non dormire amplius. Dic exeunti, potes
 » non reuerti. Dic redeunti, potes non exire. Erras si in na-
 » uigatione tantùm existimas minimum esse, quo morte vi-
 » ta diducitur. In omni loco æquè tenue interuallum est. Nã
 » vbique se mors tam propè ostendit, vbique tam propè est.
 » Has tenebras discute, & facilius ea trades ad quæ præpa-
 » ratus sum. Dociles natura nos edidit, & rationem dedit im-
 » perfectam, sed quæ perfici posset. Epist. 49. & 30.

T. Doctor.

» Obsecro vos cur tam necessariam curam maioribus me-
 » lioribusque debitam, in re nescio an falsa, certè inutili te-
 » rimus? Quid mihi profuturum est scire, an aliud sit sapien-
 » tia aliud sapere? Potius id age, vt mihi viam monstres, qua
 » ad ista perueniam. Dic mihi quid vitare debeam, quid ap-
 » petere, quibus animum labantem studiis firmem, quemad-
 » modum quæ me ex transuerso feriunt aguntque, procul à
 » me repellam. Quomodo par esse tot malis possim, quo-
 » modo istas calamitates remoueam, quæ ad me irruerunt,
 » quomodo illas ad quas ego irrupi. Doce quomodo feram
 » ærumnam sine gemitu meo, foelicitatem sine alieno, quo-
 » modo vltimum & necessarium vitæ terminum non expe-
 » ctem, sed ipse me, cum visum erit, profugiam. Hæc mi Lu-
 » cili tractemus, his formemus animum. Hæc est sapientia,
 » hoc est sapere, non disputatiunculis inanibus subtilitatem
 » vanissimam agitare. Tot quæstiones tibi fortuna posuit,
 » non dum illas soluisti. Quam stultum est, cum signum pu-

gnæ acceperis, ventilare. Remoue ista luxuriæ arma, de-
 cietoriis opus est. Dic qua ratione nulla animum tristitia,
 nulla formido perturbet: qua ratione hoc secretarum cu-
 piditatum pondus effundam. Transcurramus solertissimas
 nugas, & ad illa quæ nobis aliquam opem sunt latura pro-
 peremus. Nemo qui obstetricem parturienti filix sollicitus
 accersit, edictum, & ludorum ordinem perlegit. Nemo qui
 ad incendium domus suæ currit, tabulam latrunculariam
 perspicit, vt sciat quomodo alligatus exeat calculus. At
 mehercules omnia tibi vndique nuntiantur, & incendium
 domus, & periculum liberorum, & obsidium patriæ, & bo-
 norum direptio. Adice istis naufragium, motusque terra-
 rum, & quidquid aliud timeri potest. Inter ista districtus,
 rebus, nihil aliud quam animum oblectantibus, vacas?
 Quid inter sapientiam & sapere interfit, inquiris? Nodos
 nectis ac soluis tanta mole impendente capiti tuo? Non
 tam benignum ac liberale tempus natura nobis dedit, vt
 aliquid ex illo vacet perdere: & vide quàm multa etiam
 diligentissimis pereant. Aliud valetudo sua cusque abstu-
 lit, aliud suorum, aliud necessaria negotia, aliud publica
 occupauerunt. Vitam nobiscum diuidit somnus: ex hoc
 tempore tam angusto, & rapido, & nos auferente, quid iu-
 uat maiorem partem mittere in vanum? Adice nunc quod
 assuescit animus delectare se potius, quàm sanare: & Phi-
 losophiam oblectamentum facere, cum remedium sit. In-
 ter sapientiam & sapere quid interfit nescio. Scio mea non
 interesse sciam ista, aut nesciam. Dic mihi, cum quid inter
 sapientiam & sapere interfit, didicero, sapiam? Cur ergo
 potius inter vocabula me sapientiæ detines, quàm inter o-
 pera? Fac me certiozem, fac me securiozem, fac fortunæ pa-
 rem, fac superiozem. Possum autem superior esse, si fecero
 omne quod disco. Epist. 118.

Nihil est iniquius his qui nusquam putant esse subtili-
 tatem, nisi vbi nihil est præter subtilitatem. *Et mox.* Nescio
 an maximum vitium subtilitatis sit, nimis se ostendere.
 Magis nocent insidiæ, quæ latent. Vtilissima est dissimula-
 ta subtilitas, quæ effectû apparet, habitu latet. In Prologo
 Declarationum.

Paucis opus est ad mentem bonam vti literis: sed nos vt
 cætera in superuacuum diffundimus, ita Philosophiam i-
 psam. Quemadmodum omnium rerum, sic literarum

quoque in temperantia laboramus. Non vitæ, sed scholæ
discimus. Epist. 17.

Vide etiam hac de re Titulum sequentem, & antecedentes.

Curiositas probanda & improbanda.

T. Doctor.

Quid annos Patrocli & Achillis inquirere ad rem
existimas pertinere? Quæris Vlysses ubi errauerit,
potius quam efficias ne nos semper erremus? Non
vult audire utrum inter Italiam & Siciliam iactatus sit,
an extra notum nobis orbē. Tempestates animi nos quo-
tidie iactant, & nequitia in omnia Vlyssis mala impellit:
non deest forma quæ sollicitet oculos, non hostis hinc
monstra effera, & humano cruore gaudentia: hinc infidio-
sa blandimenta aurium, hinc naufragia & tot varietates
malorum. Monstra mihi qui sint modi flebiles: monstra
potius quomodo inter aduersa non emittam flebilem vo-
cem. Metiri me Geometra docet latifundia: potius doceat
quomodo metiar quantum homini sit satis. Numerare do-
cet me Arithmetica, & auaritiæ commodare digitos: po-
tius doceat, nihil ad rem pertinere istas computationes:
non esse fœliciores cuius patrimonium tabularios las-
sat: immò quàm superuacua possideat, qui infœlicissimus
futurus est, si quantum habeat per se computare cogatur.
Doces me quomodo nihil perdam ex finibus meis, at ego
discere volo quomodo totos hilaris amittam. Epist. 27.

Ista liberalium artium consecratio molestos, verbosos,
intempestiuos, sibi placentes facit: & ideo non discerentes
necessaria, quia superuacua didicerunt. Quatuor millia li-
brorum Didymus grammaticus scripsit: miser erat si tam
multa superuacua legisset. In his libris de patria Homeri
quæritur: in his de Æneæ matre vera: in his libidinosior
Anacreon, an ebriosior vixerit: in his an Sappho publica
fuerit: & alia quæ erant dediscenda, si scires. Talia sciat o-
portet, qui multa vult scire: non cogitare quantum tempo-
ris auferat mala valetudo, quantum occupatio publica,
quantum occupatio priuata, quantum occupatio quoti-
diana, quantum somnus: metire ætatem tuam, tam multa
non capit: de liberalibus studiis loquor. Philosophi quan-
tum habent superuacui, quantum ab usu recedentis?
Epist. 89.

Nauigant quidam, & labores peregrinationis longif-

simæ vna mercede perpetuuntur; cognoscendi aliquid ab- *T. Contem-*
ditum. Hæc res ad spectacula populos contrahit, hæc co- *platio nasu-*
git præclusa rimari, secretiora exquirere, antiquitates e- *ra.*
uoluere, mores barbararum audire gentium. Curiosum *cc*
nobis natura ingenium dedit, & artis sibi ac pulchritudi- *cc*
nis suæ conscia, spectatores nos tantis rerum spectaculis *cc*
genuit, perditura fructum sui, si tam magna, tam clara, tam *cc*
subtiliter ducta, tam nitida, & non vno genere formosa, *cc*
solitudini ostenderet.

Eloquentia.

AD res auditores commoueantur, non ad verba com-
posita. Alioquin nocet illis eloquentia, si non rerum
cupiditatem facit, sed sui. Epist. 53.

Audi quid me in epistola tua delectauerit: Habes ver-
ba in potestate, non effert te oratio, nec longius quam de-
stinasti, trahit. Multi sunt qui ad id quod non proposue-
rant scribere, alicuius verbi decore placentis vocentur:
quod tibi non euenit: pressa sunt omnia, & rei aptata. Lo-
queris quâtum vis, & plus significas quam loqueris. Hoc
maioris rei indicium est, apparet animum quoque nil ha-
bere superuacui, nil tumidi. Inuenio tamen translationes
verborum, vt non temerarias, ita non indecoras: quæ peri-
culum sui fecerint. Inuenio imagines: quibus si quis nos
vti vetat, & Poëtis illas solis iudicat esse concessas, nemi-
nem mihi videtur ex antiquis legisse, apud quos nondum
captabatur plausibilis oratio. Illi qui simpliciter & de-
monstrandæ rei causa eloquebantur, parabolis referti
sunt: quas existimo necessarias, non ex eadem causa qua
Poëtis, sed vt imbecillitatis nostræ adminicula sint: &
vt discentem & audientem in rem præsentem adducant.
Epist. 60.

Non me hercules ieiuna esse & arida volo, quæ de re-
bus tam magnis dicentur. Neque enim philosophia inge-
nio renuntiat: multum tamen operæ impendi verbis non
oportet. Hæc sit propositi nostri summa, quod sentimus
loquamur, quod loquimur, sentiamus. Concordet sermo
cum vita. Ille promissum suum impleuit, qui & cum vi-
deas illum, & cum audias, idem est. Videbimus qualis sit, *T. Doctior.*
quantus sit, an vnus sit. Non delectent verba nostra, sed
profint. Si tamen contingere eloquentia non sollicito po-

test, si aut parata est, aut paruo cōstat, adsit: & res pulcher-
rimas prosequatur. Sit talis, vt res potius quam se osten-
dat. Aliæ artes ad ingenium totæ pertinent: hic animi ne-
gotium agitur. Non quærit æger medicum eloquentem,
sed sanantem: sed si ita competit, vt idem ille qui sanare
potest, comptè de his quæ facienda sunt disserat, boni con-
sulet: non tamen erit quare gratuletur sibi, quòd incidit
in medicum etiam disertum. Hoc enim tale est, quale si pe-
ritus gubernator etiam formosus sit. Epist. 76.

Simile.

Simile.

Quare quibusdam temporibus prouenerit corrupti ge-
neris oratio, quæris, & quomodo in quædam vitia inclina-
tio ingeniorum facta sit, vt aliquando inflata explicatio
vigeret, aliquando infracta, & in morem cantici ducta?
Quare aliàs sensus audaces, & fidem egressi placuerunt, a-
liàs abruptæ sententiæ, & suspiciosa: in quibus plus in-
telligendum est, quam audiendum? Quare aliqua ætas
fuerit, quæ translationis iure vteretur inueterandæ. Hoc
quod audire vulgo soles, quod apud Græcos in prouerbiū
cessit, talis hominibus fuit oratio, qualis vita. Quemad-
modum autem vnus cuiusque actio dicenti similis est, sic
genus dicendi aliquando imitatur publicos mores. Si dis-
ciplina ciuitatis laborauit, & se in delicias dedit, argumen-
tū est luxuriæ publicæ orationis lasciuia: si modo non in
vno aut in altero fuit, sed approbata est & recepta. Nō po-
test alius esse ingenio, alius animo color. Si ille sanus est,
cōpositus, grauis, tēperans, ingenium quoque siccū, ac so-
briū est. Illo vitiato, hoc quoque afflatur. Nō vides si ani-
mus lāguet, trahi mēbra, & pigre moueri pedes si ille effœ-
minatus est, in ipso incessu apparere mollitiem: si ille acer
est & velox, cōcitari gradum? Si furit, aut (quod furori si-
mile est) irascitur, turbatum esse corporis motū, nec ire, sed
ferri? Quāto hoc magis accidere ingenio putas quod totū
animo permixtum est? Ab illo fingitur, illi patet, inde le-
gē petit. Itaque vbicunque videris orationem corruptam
placere, ibi mores quoque ac recto descuisse, non erit du-
biū. Quomodo conuiuiorū luxuria, quomodo vestium æ-
græ ciuitatis indicia sunt. sic orationis licētia (si modo fre-
quens est) ostendit animos quoque, à quibus verba exeūt,
procidisse. Adice nunc, quòd oratio certam regulam non
habet. Consuetudo illam ciuitatis, quæ nunquam diu ste-
tit, versat. Multi ex alieno seculo petunt verba. Quidam

Simile.

Simile.

contra, dum nihil nisi tritum & vsitatum volunt, in sordes incidunt. Vtrúmque diuerso genere corruptú est. Alter se iusto plus colit, alter se iusto plus negligit. Ad cõpositionem transeamus: quot genera tibi dabo in hac, quibus peccetur. Quidã præfractam & asperam probant, disturbât de industria si quid placidius effluxit, nolunt sine sale bra esse iuncturã: virilem putant & fortem, quæ aurẽ in æqualitate percutiat. Quorundam non est compositio, modulatio est: adeo plauditur. Quid de illa loquar, in qua verba differuntur? & diu expectata, vix ad clausulas redeunt? Quid de illa in exitu lenta, qualis Ciceronis est, deuexa, & molliter desinẽs, nec aliter quam solet ad morem suum pedẽmque respõdens? Hæc vitia vnus aliquis inducit, sub quo tunc eloquentia est. Cæteri imitantur, & alter alteri tradunt. Sic Sallustio vigente, amputatæ sententiæ, & verba ante expectatum cadẽtia, & obscura breuitas fuere pro cultu. Aruntius vir raræ frugalitatis, qui historias belli Punici scripsit, fuit Sallustianus, & in illud genus nitẽs. Est apud Sallustium, exercitum argento fecit, id est pecunia parauit. Hoc Aruntius amare cœpit. Posuit illud omnibus paginis. Epist. 115.

Simile.

Animus curetur, ab illo sensus, ab illo verba exeunt, ab illo nobis est habitus, vultus, incessus. Illo sano ac valẽte, oratio quoque robusta, fortis, virilis est. Si ille procubuit, & cætera sequuntur ruinam. Rege incolumi, mens omnibus vna est: amisso, rupere fidem. Epist. 115.

Ti de ratione study.

Nimis anxium esse te circa verba & compositionem mihi Lucili nolo. Habeo maiora quæ cures. Quære, quid scribas, non quemadmodum: & hoc ipsum non vt scribas, sed vt sentias: vt illa quæ senseris, magis applices tibi, & veluti signes. Cuiuscunque orationem videris sollicitam, & politã, scito animum quoque non minus esse pusillis occupatum. Magnus ille, remissius loquitur, & securius. Quæcunque dicit, plus habent fiducię, quàm curę. Nosti cõplures iuuenes barba & coma nitidos, discapsulatos: nihil ab illis speraueris forte, nihil solidum. Oratio cultus animi est: si circumtonsa est, & fucata, & manu facta, ostendit illum quoque non esse syncerum, & habere aliquid fracti. Non est ornamentum virile concinnitas. Si nobis animum boni viri liceret inspicere, ô quàm pulchrã faciem, quàm sanctam, quàm ex magnifico placidõque fulgentem,

videremus: hinc iustitia, illinc fortitudine, hinc temperantia, prudentiâque lucentibus. Epist. 116.

Lege Ciceronem: Compositio eius vna est, pedem seruat, curata, lenta, & sine infamia mollis. At contra Pollionis Asinii salebrosa, & exiliens, & vbi minime spectes, relictura. Denique apud Ciceronem omnia desinunt, apud Pollionem cadunt: exceptis paucissimis: quæ ad certum modum, & ad vnum exemplar astricta sunt. Humilia præterea tibi videri dicis omnia, & parum erecta, quo vitio carere cum iudico. Non sunt humilia illa, sed placida, & ad animi tenorem quietum compositumque formata: nec depressa, sed plana. Deest illis oratorius vigor. Stimuli quoque quos quæris, & subiti ictus sententiarum. Sed totum corpus vide, quamuis non sit comprum honestumque. Non est fortis oratio eius, quamuis elata sit: non est violenta, nec torrens, quamuis effusa sit, non est perspicua, sed pura. Desideres, inquit, contra vitia aliquid asperè dici, contra pericula animosè, contra fortunam superbè, contra ambitionem contumeliosè. Volo luxuriam obiurgari, libidinem traduci, impotentiam frangi. Sit aliquid oratoricè, acerbè, tragicè grande, comicè exile. Vis illum assidere pusillæ rei verbis? Ille rerum se magnitudini addixit, eloquentiam velut vmbra, non hoc agens trahit. Non erunt sine dubio singula circumspecta; nec in se collecta; nec omne verbum excitabit ac punget. Fateor, exhibunt multa, nec ferient, & interdum otiosa præterlabetur oratio. Sed multum erit in omnibus lucis: sed ingens sine tædio spatium. Denique illud præstabit, vt liqueat tibi, illum sensisse, quæ scripsit. Intelliges actum hoc, vt tu scires quid ille placeret, non vt ille placeret tibi. Ad profectum omnia tendunt, & ad bonam mentem: non quæritur plausus. Talia esse scripta eius non dubito, etiam si magis reminiscor, quam teneo: hæretque mihi color eorum, non ex recenti conuersatione familiariter, sed summatim; vt solet, ex vetere notitia. Cum audirem certè illum, talia mihi videbantur, non solida, sed plena: quæ adolescentem indolis bonæ attolerent, & ad imitationem sui vocarent, sine desperatione vincendi. Quæ mihi adhortatio videtur efficacissima. Deterret enim qui imitandi cupiditatem fecit, spè abstulit. Ceterum verbis abundabat sine commendatione partium singularum, in vniuersum magnificus. Epist. 101.

In stu;

In studiis puto mehercule melius esse res ipsas iatueri, & harum causa loqui. Cæterum verba rebus permittere, vt quæ duxerint, hac inelaborata sequatur oratio. Quid opus est sæculis duratura componere? Vis tu nunc id agere, ne te posteri taceant? Morti natus es. Minus molestiarum habet funus tacitum. Itaque occupandi temporis causa in vsum tuum, non in præconium aliquid simplici stilo scribe. Minore labore opus est studentibus in diem. Rursus, vbi se animus cogitationum magnitudine leuauit, ambitiosus in verba est: altiùsque vt sperare, ita eloqui gestit, & ad dignitatem rerum exit oratio, oblitus tunc lenis pressiorisque iudicij, sublimius feror. Lib. 1. de Tranq. c. 1.

Comes facundus in via pro vehiculo est. Ex Publ. Mi.

Habet suum venenum blanda oratio. Ex eod.

Iucundum est nihil nisi quod reficit varietas. Ex eod.

Oratorem te puta, si tibi ipsi, quod oportet persuaseris. Ex eodem.

Studium & discendi ardor.

Egregiè hoc dicere Demetrius Cynicus, vir meo iudicio magnus, etiam si maximis comparetur, solet: plus prodesse, si pauca præcepta sapientiae teneas, sed illa in promptu tibi, & in vsu sint, quàm si multa quidem didiceris, sed illa non habeas ad manum. Quemadmodum, *Simile* inquit, magnus luctator est, non qui omnes numeros nixusque perdidicit, quorum vsus sub aduersario rarus est, sed qui in vno se, aut altero benè, & diligenter exercuit, & eorù occasiones intentus spectat (nec enim refert quàm multa sciat, si scit quantum victoriæ satis est) sic in hoc studio multa delectant, pauca vincunt. Libro 7. de Bene. cap. 1.

Inimicitias mihi denūtiat si quicquam ex his quæ quotidie facio, ignoraueris. Vide quàm simpliciter tecum viuam: hoc quoque tibi committam. Philosophum audio, & quidem quintus iam dies abiit, ex quo in scholam eo, & ab octaua disputantem audio. Bona, inquis, ætate. Quid ni bona? quid autem stultius est, quàm quia diu non didicis, nō discere? Tandiu discendum est, quandiu nescias, & si prouerbio credimus, quandiu viuas. Nec vlli hoc rei *T. Exom* magis conuenit, quam huic: tandiu discendum est, quæad *plum.* modum viuas, quandiu viuis. Ego tamen hic aliquid &

doceo. *Quæris. quid doceam? Etiam seni esse discendum.*
Epist. 77.

T. Doctor.

*Ti. Lectio
qualis esse
debeat.*

Aliquid præcipientium vitio peccatur; qui nos docent disputare, non vivere: aliquid discendum, qui propositum adferunt ad præceptores suos, non animum excolendi, sed ingenium. Itaque quæ philosophia fuit, facta philologia est. Multum autem ad rem pertinet, quo proposito ad quam rem accedas. Qui grammaticus futurus, Vergilium scrutatur, non hoc animo legit illud egregium, Fugit irreparabile tempus tacitus intra se dicat, Vigilandum est: nisi properamus, relinquimur: agit nos agiturque velox dies, insciji rapimur: Omnia in futurum disponimus, & inter præcipitia lenti sumus: sed ut obseruet quoties Vergilius de celeritate temporum dicit, hoc uti verbo illud, Fugit,

*Optima quæque dies miseris mortalibus æui
Prima fugit: subeunt morbi, tristiisque senectus,
Et labor, & dura rapit inclementia mortis.*

Ille qui ad philosophiã spectat, hæc eadẽ quò debet, adducit. Nunquam Vergilius, inquit, dies dicit ire, sed fugere: quod currẽdi genus concitatissimũ est & optimos quòque primos rapi. Quid ergo cessamus nos ipsi cõcitare, ut velocitatem rapidissimæ rei possimus equare? Non est quod mireris, ex eadẽ materia suis quẽmque studiis apta colligere: In eodem prato bos herbam quærit, canis leporem, ciconia lacertam. Epi 109.

Simile.

*T. Contem-
platio.*

Ti. Pœnitentia.

Non præterit me Lucili virorum optime, quã magnarũ rerum fundamẽta ponã senex, qui mundum circumire cõstitui, & causas secretaque eius eruere, atque aliis noscẽda producere. Quãdo tam multa cõsequar? tam sparsa colligã? tã oœulta perspiciam? Premit à tergo senectus, & obiicit annos inter vana studia consumptos. Tanto magis urgemus, & damna ætatis malè exacte labor farciat. Nox ad diẽ accedat. Occupationes patrimonij præcidantur: longe ambitio, longe iactantia curis solvatur, sibi totus animus vacet, & ad contẽplationem sui saltem in ipso fine respiciat. Faciet, ac sibi instabit, & quotidie breuitatẽ temporis metuetur. Quicquid amissum est, id diligẽti vsu præsentis vitæ recolliget: fidelissimus est ad honesta ex pœnitentia transitus. Libet mihi exclamare illum Poetæ inclyti versum. Tollimus ingentes animos, & maxima paruo Tempore molimur. In Præfatione lib. 3. Natur. quæst.

Illud prius scribam, quemadmodum tibi ista cupiditas discendi qua flagrare te video, dirigenda sit, ne ipsa se impediatur. Nec passim carpenda sunt, nec auidè inuadenda vniuersa. Per partes peruenitur ad totum. Aptari onus viribus debet, nec plus occupari, quàm cui sufficere possumus. Non quantum vis, sed quantum capis hauriendum est: bonum tantum habe animus, capies quantum voles. Quo plus recipit animus, hoc se magis laxat. *Et Ti. Auditor.* Ea philosophiæ vis est, vt non solum studentes, sed etiam conuersantes inuet. Qui in Solem venit, licet non in hoc venerit, colorabitur. Qui in vnguentaria taberna resederunt, & paulo diutius commorati sunt, odorem secum loci ferunt. Et qui apud philosophum fuerunt, traxerunt aliquid necesse est, quod prodesset etiam negligentibus. Attende quid dicam, negligentibus, non repugnantibus. Quid ergo? Non nouimus quosdam, qui multis apud philosophiam annis resederunt, & ne colorem quidem duxerunt? Quid ni nouerim? Pertinacissimos quidem & assiduos: quos ego non discipulos philosophorum, sed inquilinos voco. Quidam veniunt, vt audiant, non vt discant, sicut in theatrum voluptatis causa, ad delectandas aures oratione, vel voce, vel fabulis ducimur. Magnam hanc auditorum partem videbis, cui philosophi schola diuersorium oculi fit. Non id agunt, vt aliqua illò vitia deponant, vt aliquam legem vitæ accipiant, ad quam mores suos exigant, sed vt oblectamento aurium perfruantur. Aliqui tamen & cum pugillaribus veniunt, non vt res excipiant, sed verba: quæ tam sine profectu alieno discant, quam sine suo audiunt. *Epist. 109.*

Similia.

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

Confusis oculis profunt virentia, & quibusdam coloribus infirma acies acquiescit: quorundam splendore præstringitur: sic mentes ægras, studia læta permulcent. *Lib. 3. de Ira. cap. 9.*

Simile.

Studiorum tandiu rationem habemus, quandiu modum. Quo mihi innumerabiles libros & bibliothecas, quarum dominus vix tota vita sua indices perlegit? Onerat discen- tem turba, non instruit: multòque satius est, paucis te auctoribus tradere, quàm errare per multos. Quadraginta milia librorum Alexandria arserunt, pulcherrimum regni opulentie monumentum, alius laudauit, sicut Lilius, qui elegantie regum curæque egregium id opus ait fuisse. Nō

Q 11

L E C T I O.

fuit elegantia illud, aut cura, sed studiosa luxuria: imò ne studiosa quidem, quoniam non in studium, sed in spectaculum comparauerat: sicut plerisque ignaris etiam seruilium literarum libri non studiorum instrumenta, sed conationum ornamenta sunt. Li. 1. de Tran. vitæ. c. 9.

Vide etiam Tit. sequentem Lectio. Præcedentes quoque loci huic affines sunt.

Lectio.

A Egri animi iactatio ista est. Primum argumentum bene compositæ mentis existimo, posse consistere, & secum morari. Illud autem vide, ne ista lectio multorum autorum, & omnis generis voluminum habeat aliquid vagum, & instabile. Certis ingenis immorari & innutiri oportet, si velis aliquid trahere, quod in animo fideliter sedeat. Nusquam est, qui vbiq; est. In peregrinatione vitam agentibus hoc euenit, vt multa hospitia habeant, nullas amicitias. Idē accidat necesse est iis qui nullius se ingenio familiariter applicant: sed omnia cursim & properanter transmittunt. Non prodest cibus, nec corpori accedit, qui statim sumptus emittitur. Nihil æque sanitatem impedit, quàm remediorum crebra mutatio: non veniit vulnus ad cicatricem, in quo crebra medicamenta tentantur. Non conualescit planta quæ sæpius transfertur: nihil tam vtile est quod in transitu proficit. Distrahit animum librorum multitudo. Itaque cū legere non possis quantum habueris, sat est habere quantum legas. Sed modo, inquis, hunc librum euoluere volo, modo illum. Fastidietis stomachi est multa degustare, quæ vbi varia sunt, & diuersa, coinquinant, non alunt. Probatos itaque semper lege: si quando ad alios diuerti libuerit, ad priores redi. Aliquid quotidie aduersus paupertatē, aliquid aduersus mortem auxilii cōpara: nec minus aduersus cæteras pestes. Et cū multa percurris, vnū excerpe, quod illo die cōcoquas. Hoc ipse quoque facio: ex pluribus quæ lego, aliquid apprehēdo. Hodierinū, hoc est, quod apud Epicurum nactus sum. Soleo enim & in alia castra transire, non tanquam transfuga, sed tanquam explorator. Honestam inquit, res est læta paupertas. Illa vero non est paupertas, si læta est. Epi. 2.

Similia.

Simile.

T. Paupertas.

Lectio certa prodest, varia delectat. Qui quò destinavit peruenire vult, vnā sequatur viam: non per multas vage-

tur. Non ire istud, sed errare est. Epist. 45.

Quorundam scripta clarū habent tantum nomen, cetera exangua sunt. Instituunt, disputant, cauillantur. Non faciunt animum, quia non habēt. Cū legeris Sextium, dices, viuit, viget, liber est, supra hominem est, dimittit me plenum ingentis fiducia. In quacūque positione mentis sum, cū lego hunc (fatebor tibi) libet omnes casus prouocare, libet exclamare. Quid cessas fortuna? congregere paratum vides: Illius animum induo, qui quærit vbi se experiatur, vbi virtutem suam ostendat.

Spumantēque dari pecora inter inertia votis,

Optat aprum, aut fuluum descendere monte leonem. Libet aliquid habere quod vincā, cuius patiētia exercear. Nā hoc quoque egregiū Sextius habet, quod & ostendet tibi beatę vitę magnitudinē, & desperationem eius nō facit. Scies illā esse in excelsis, sed volenti penetrabilem. Sed etiā si omnia à veteribus inuenta sunt, hoc semper nouum erit, vsus, & inuentorum ab aliis sciētia, & dispositio. Multum egerunt qui ante nos fuerunt, sed non peregerunt. Suspiciendi tamen sunt, & ritu Deorum colendi. Quid ni ego magnorū virorum & imagines habeam incitamenta animi, & natales celebrem? Quid ni illos honore causa semper appellem? Epist. 65.

Alit lectio ingenium, & studio fatigatū, non sine studio tamen reficit. Nec scribere tantum, nec tantū legere debemus. Altera res cōtristabit, & vires exhauriet (de stilo dico) altera soluet ac diluet. Inticē hoc illo commutandum est, & alterū altero temperandū, vt quicquid lectione collectū est, stilus redigat in corpus. Apes (vt aiunt) debemus imitari, quę vagantur, & flores ad mel faciendum idoneos carpūt. Deinde quicquid attulere, disponunt, ac per fauos digerūt: & (vt Vergilius noster ait) liquētia mella stipant, & dulci distendunt nectare cellas: Nos quoque has apes debemus imitari, & quæcūque ex diuersa lectione congefferimus, separare melius enim distincta seruātur. Deinde adhibita ingenij nostri cura & facultate, in vnū saporem varia libamēta confundere vt etiā si appauerit vnde sumptū sit, aliud tamē esse, quā vnde sumptū est, appareat: quod in corpore nostro videmus sine vlla opera nostra facere naturā. Alimenta quę accepimus quādiu in sua qualitate perdurāt, & solida innatāt stomacho, onera sūt. At cū ex eo quod

Ti. De ratione studij.

“

“

“

“ Simile.

“

“

“

“

Communes locos commendat.

“

“

“

“

Simile.

erāt, mutata sunt, tunc demū in vires & in sanguinem tran-
seunt. Idē in his quibus alūtur ingenia præstemus, vt quę-
cūque hausimus, nō patiamur integra esse, nec aliena sint,
sed concoquamus illa: alioqui in memoriam ibunt, non in
ingeniū. Assentiamur illis fideliter, & nostra faciamus, vt
vnum quiddam fiat ex multis, sicut vnus numerus fit ex
singulis Epist. 75.

Hæc Lucili virorum optime, quominus legas non de-
terreo, dū modo quidquid legeris, ad mores statim referas.
Illos compesce. marcentia in te excita, soluta constringe,
contumacia doma, cupiditates tuas publicasque quantum
potes vexa: & istis dicentibus, quousque eadem responde,
Ego debeo dicere, quousque eadem peccabitis? Remedia
ante vultis, quàm vitia desinere. Epist. 90.

T. Audi-
tor.

Illud admoneo, auditionem philosophorum, lectionem-
que ad propositum beatæ vitę trahenda, non vt verba ficta
aut prisca captemus, & translationes improbas figuratque
dicēdi, sed vt profutura præcepta, & magnificas voces, &
animosas, quę mox in rem transferantur. Sic ista discamus,
vt quę fuerunt verbā, sint opera. Epist. 109.

Soli omnium otiosi sunt, qui sapientię vacant, soli viuūt:
nec enim suā tantum ætatem bene tuentur, omne æuum suo
adiiciūt. Quicquid annorum ante illos actū est, illis acqui-
sitū est. nisi ingratiſſimi suus. Illi clarissimi sacrarū opi-
nionū cōditores, nobis nati sunt, nobis vitā præparauerūt.
Ad res pulcherimas ex tenebris ad lucem erutas, alieno la-
bore deducimur, nullo nobis sæculo interdictū est, in om-
nia admittimur: & si magnitudine animi egredi humanę
imbecillitatis angustias libet, multū per quod spatiemur,
tēporis est: Disputare cū Socrate libet, dubitare cū Carne-
ade, hominis naturā cum Stoicis vincere, cū Cynicis exce-
dere, cum rerum natura in consortium omnis qui pariter
incedere. Quid ni ab hoc exiguo, & caduco tēporis trāsitu,
in illa nos toto demus animo, quę immensa, quę æterna
sunt, quę cum melioribus communia? Hos in, veris officiis
morari licet dicamus, qui Zenonem, qui Pythagoram quo-
tidie ceterosque antistites bonarum artium, qui Aristote-
lem & Theophrastum volent habere quàm familiarissi-
mos: nemo horum non vacauit, nemo non venientem ad
se beatiorē, amarioremque sui dimittet, nemo quęquam
vacuis à se manibus abire patietur. Nocte conueniri, & in-

T. Contem-
platio.

terdiu ab omnibus mortalibus possūt. Horū te mori nemo coget, omnes docebunt: horū nemo annos tuos conteret, suos tibi cōtribuet, nullius ex his sermo periculosus erit, nullius inimici capitalis suspiciosa obseruatio. Feres ex his quicquid voles, per illos non stabit, quominus plurimum quantum ceperis, haurias. Quæ illum fœlicitas, quam pulchra senectus manet, qui se in horum clientelā contulit? Habebit cum quibus de minimis maximisque rebus deliberet, quos de se quotidie consulat, à quibus audiat verum sine contumelia, laudetur sine adulatione, ad quorum se similitudinem effingat. Solemus dicere non fuisse in nostra potestate, quos sortiremur parentes sorte nobis datos vero ad nostrum arbitrium nasci licet, nobilissimorum ingeniorum familiæ sunt. Elige in quam ascisei velis, non in nomen tantum adoptaberis, sed in ipsa bona, quæ non erunt sordidè, nec malignè custodienda: maiora fiunt, quò illa pluribus diuiseris. Hi tibi dabunt ad æternitatem iter, & te in illum locum ex quo nemo eiicietur, subleuabunt: hæc vna ratio est extendendæ mortalitatis, imo in immortalitatem vertendæ. Libr. de Breuitate vitæ cap. 14. & 15.

Exercitatio.

Pars virtutis disciplina constat, pars exercitatione. Et discas oportet, & quod didicisti, agendo confirmes. Philosophia diuitur in hæc, scientiam, & habitum animi. Illam qui didicit, & facienda & vitanda percepit, nõdum sapiens est, nisi in ea quæ didicit animus eius transfiguratus est. Pueri ad præscriptū discunt, digiti illorum tenentur, & aliena manu per literarum simulacra ducuntur. Deinde imitari iubentur proposita, & ad illa reformare chirographum. Epist. 95.

13
Simile.

Veritas.

In arduo est veri exploratio, sed eā imus, qua ducit verisimilitudo. Omne hac via procedit officium. Sic serimus, sic nauigamus, sic militamus, sic vxores ducimus, sic liberos tollimus: cum omnium incertus sit euentus. Ad ea accedimus de quibus benè sperandum esse credimus. Quis enim pollicetur serenti prouentum? nauiganti portum? militanti victoriam? marito pudicam vxorē?

Similiū ludu
Etco.

patri pius liberos? Sequimur quâ ratio, non quâ veritas trahit. Fallaces enim sunt rerum species, quibus credimus. Quis negat? Sed nihil aliud inuenio, per quod cogitationem regam. His veritas mihi vestigiis sequenda est. Certiora non habeo. Hæc, ut quàm diligentissime æstimmem, operam dabo, nec cito illis assentiar. Lib. de Bene. cap. 33. & 34.

Si omnia argumenta ad lancem cœperimus exigere, silentium indicetur. Pauca enim admodum sunt sine aduersario. Cætera etiâ si vincunt, litigant. Lib. 4. Nat. Quæst. cap. 5.

Bonum tametsi supprimitur, non extinguitur. Ex Publ. Mim.

Nunium altercando, veritas amittitur. Ex eod.

Lex.

IN omni quæstione propositum sit nobis bonum publicum. Præcludendæ sunt omnes excusationes ingratas, ad quas refugere possint, & sub quibus inficiationem suâ tegere. Omnia feci. Fac etiam. Quid tu tam imprudentes iudicas maiores nostros fuisse, ut non intellerent iniquissimum esse eodem loco haberi cum qui pecuniam, quam à creditore acceperat, libidine, aut alea absumpsit: & cum qui incendio, aut latrocinio, aut aliquo casu tristiore aliena cum suis perdidit? Nullam tamen excusationem receperunt: ut homines scirent fidem utique præstendam. Satius enim erat à paucis etiâ iustam excusationem non accipi, quàm ab omnibus aliquam tentari. Lib. 7. de Bene. cap. 16.

Maiora legibus precipiuntur, ut quod satis est fiat.

Quoties parum fiducia est in his quibus imperas, amplius est exigendum quàm satis est, ut præstetur quântum satis est. In hoc omnis hyperbole excedit, ut ad verum mendacio veniat. Itaque ille dixit, Qui candore niuis anteirent, cursibus auras: quod non poterat fieri dixit, ut crederetur quantum plurimum posset. Et qui dixit, His immobilior scopulis, violentior anne: hoc quidem se persuasurum putavit, aliquem tam immobilem esse, quàm scopulum. Nunquam tantum sperat hyperbole, quântum audet: sed incredibilia affirmat, ut ad credibilia perueniat. Legem breuem esse oportet, quò facilius ab imperitis teneatur: velut emissa diuinitus vox sit. Iubeat, non dispu-

ter. Nihil videtur mihi frigidius, nihil ineptius, quam lex cum prologo. Mone, dic quid me velis fecisse. Non disco, sed parco. Epist. 95.

Natura.

Tardum est & varium quod vsus docet. Quicquid natura tradit & æquale est omnibus, & statim. Epist. 122.

Naturale est magis noua quam magna mirari. Lib. 7. Nat. Quæst cap. 1.

Malæ naturæ nunquam doctore indigent. Ex Publ. Mim.

Consuetudo bona & mala.

Quemadmodum lana quosdam colores semel ducit: quosdam, nisi sæpius macerata & recocta, non perhibet: sic alias disciplinas ingenia cum acceperit, protinus præstant: at sapientiæ professio nisi altè descendit, & diu sedit, animum non colorauit, sed infecit: nihil ex his quæ promiserat, præstat. Epist. 72.

Non cum vacaueris, philosophandum est: omnia alia negligenda, vt huc assideamus, cui nullum tempus satis magnū est: etiamsi à pueritia vsque ad lōgissimos humani æui terminos vita protenditur. Nō multum refert, vtrum omittas philosophiam, an intermittas. Epist. 73.

Non quælibet insitionem vitis patitur, si vetus & exesa est, si infirma gracilisque, aut non recipiet surculum, aut non alet. Hic de quo scribis & mandas, non habet vires. Indulsi vitiis simul & emarcuit, & induruit. Non potest recipere rationē, nō potest nutrire. At cupit ipse. Noli credere. Nō dico illū mentiri tibi, putat se cupere. Stomachū illi fecit luxuria, cito tamen cum illa redibit in gratiam. Sed dicit se offendi vita sua. Non negauerim. Quis enim non offenditur? Homines vitam suam & amant simul & oderunt. Tunc itaque de illo feramus sententiam, cum fidem nobis fecerit, inuisam iam esse luxuriam. Nunc illis malè conuenit. Epist. 113.

Ne ipsa quidē vniuersæ philosophiæ vis, licet tota in hoc vires suas aduocet, duram iam & veterem animis extrahet pestem. Epist. 95.

Nihil est tam difficile & arduum, quod non humana

Simile.

T. Perseuerantia.

T. Sapientia.

“

T. Perseuerantia.

“

“

“

Simile.

T. Labor, industria.

mens vincat, & in familiaritatem perducatur assidua medi-
 tatio : nullique sunt tam feri & sui iuris affectus , vt non
 disciplina perdomentur . Quodcumque sibi imperauit a-
 nimus, obtinuit. Quidam ne vnquam riderent, consequu-
 ti sunt. Vno quidam, alij Venere, quidam omni humo-
 re interdixere corporibus. Alius contentus breui somno,
 vigilia se indefatigabilem ostēdit. Didicerunt alij tenuis-
 simis & aduersis funibus currere, & ingentia, vixque hu-
 manis toleranda viribus onera portare , & in immensam
 altitudinem mergi, ac sine vlla respirādi vice perpeti ma-
 ria. Mille sunt alia , in quibus pertinacia impedimentum
 omne transcendit, ostenditque nihil esse difficile, cuius si-
 bi ipsa mens patientiā indiceret. Istis quos paulo antē re-
 tuli, aut nulla causa pertinacis studij , aut indigna merces
 fuit. Quid enim magnificū consequitur ille, qui meditatus
 est per intensos funes ire ? qui sarcinæ ingenti ceruices
 supponere ? qui somno non submittere oculos ? qui pene-
 trare in imum mare ? & tamen ad finem operis non magno
 autoramento labor peruenit : nos non aduocabimus pa-
 tientiam, quos tantum præmium expectat, fœlicis animi
 immota tranquillitas ? Quantum est effugere maximum
 malum iram, & cum illa rabiem ? sœuitiam, crudelitatem,
 furorem, & alios comites affectus eius ? Lib. 2. de Ira.
 cap. 12.

T. Perseue-
 rantia.

Virtutis phi-
 losophica fi-
 nis.

Cogita compeditos, primo ægre ferre onera, & impedi-
 menta crurum. Deinde vbi non dedignari illa sed pati
 proposuerunt, necessitas fortiter ferre docet, consuetudo
 facile. Lib. 1. de Tranq. vit. c. 10.

Fer difficilia, facilia vt leuius feras. Ex P. Mi.

Grauiissimum est imperium consuetudinis. Ex eod.

T. Necessi-
 tas.

Quid eo infœlicius cui iam malum esse necesse est ? Ex
 eodem.

Vita .

Nemo quam bene viuatur, sed quandiu curat, cum om-
 nibus possit contingere vt bene viuatur, vt diu nulli.
 Epist. 22.

Quæcumque videmus ac tangimus, Plato in illis, non
 numerat, quæ esse propriè putat, Fluunt enim, & assidua
 diminutione atque adiectione sunt. Nemo nostrū idē est
 in senectute, qui fuit iuuenis. Nemo est mane, qui fuit

pidie. Corpora nostra rapiuntur fluminū more: quicquid vides, currit cū tempore. Nihil ex iis quæ videm⁹ manet. Ego ipse dū loquor mutari ista, mutat⁹ sum. Hoc est quod ait Heraclitus. In idem flumen bis non descendimus. Manet enim idē fluminis nomen, aqua transmissa est. Hoc in anime manifestius est, quàm in homine. Sed nos quoque non minus velox cursus præteruehit: & ideo admiror dementiā nostram, quàm tantopere amamus rē fugacissimā, corpus: timem⁹que nequando moriamur, cū omne momentū, mors prioris habitus sit. Quid ex istis trahā, quod cupiditates meas comprimat? vel hoc ipsum, quod omnia ista, quæ sensibus seruiunt, quæ nos accendunt, & iritat, negat Plato ex his esse quæ verè sint. Igitur ista imaginaria sunt, & ad tempus aliquam faciem ferūt: nihil horum stabile ac solidum est: & nos tamen cupimus tanquam aut semper futura, aut sēper habituri, imbecilli fluidique per interualla constituimus. Mittamus animū ad illa quæ æterna sunt: miremur in sublime volitantes rerum formas, Deūque inter illas versantem. Epist. 59.

*T. Contem-
platio.*

Prænaugauimus Lucili vitam, & quemadmodum in mari, vt ait Vergilius noster, terræque urbēque recedūt: sic cursu rapidissimi temporis primum pueritiam abscondimus, deinde adolescentiam, deinde quicquid est illud inter iuuenem & senem medium, in vtriūque cōfinio positum. Deinde ipsius senectutis optimos annos. Nouissimè incipit ostendi publicus finis generis humani. Scopulum esse illū putamus? Clementissimus portus est, aliquādo petendus, nunquam recusandus: In quem si quis intra primos annos delatus est, non magis queri debet, quàm qui cito nauigauit. Alium enim (vt scis) venti segnes ludūt, ac detinet, & tranquillitatis lentissimo tædio lassant: alium pertinax flatus celerrime perfert. Idem euenire nobis puta: alios vita velocissimè adduxit quo veniendum erat etiam cunctantibus: alios maceravit, & coxit: quæ vt scis, non semper retinenda est. Non enim viuere bonum est, sed bene viuere. Itaque sapiens viuit quantum debet, non quantum potest. Videbit vbi victurus sit, cum quibus, quomodo, quid acturus. Cogitat semper qualis vita, non quanta sit. Epist. 71.

Quid mutationis periculo exceptum? non terra, non cœlū, non totus hic rerum omnium contextus, quamuis

Deo agente ducatur. Non semper tenebit hunc ordinem: sed illum ex hoc cursu aliquis dies deiiciet. Certis eunt cuncta temporibus: nasci debent, crescere, extinguui. Quæcūque vides supra nos currere, & hæc quibus innixi atque impositi sumus veluti solidissimis, carpentur, atque desinent. Nulli non senectus sua est: inequalibus ista spaciis, eodema natura demittit: quidquid est, non erit, nec peribit, sed resoluetur. Nobis solui, perire est. Proxima enim intuemur, ad vltiora non prospicit mens hebes, & quæ se corpori addixerit: alioqui fortius finem sui suorūque pateretur, si speraret omnia illa sic in vitam mortemque per vices ire, & composita dissolui, dissoluta componi: alias vrbes destruent bella, alias dissidia, paxque ad inertiam versa cōsumet, & magnis opibus exitiosa res luxus. Epist.

” 72.

Simile.

” Quomodo fabula, sic vita, non quā diu sed quā bene acta sit, refert. Nihil ad rem pertinet, quo loco definas, quocūque voles desine: tantum bonam clausulam impone. Epist. 78.

Simile.

Meliora preteruolant, deteriora succedunt. Quemadmodum ex amphora primum quod est syncerissimum effluit, grauiissimum quoque turbidūque subsidit: sic in ætate nostra, quod est optimum, primum est. Id exhauriri in aliis potius patimur, vt nobis fecem reseruemus. Inhæreat istud animo, & tanquam missum oraculo placeat,

*Optima quæque dies miseris mortalibus eui
Prima fugit.*

T. Inuentus.

Quare optima? Quia restat quod incertum est. Quare optima? Quia iuuenes possumus discere, possumus facilem animum, & adhuc tractabilem ad meliora conuertere: quia hoc tempus idoneum est laboribus, idoneum agitando per studia ingenis, & exercendis per opera corporibus. Epist. 109.

† Ad eum transeamus qui consenuit, quantulo vincit infantem? Propone profundi temporis vastitatem, & vniuersum complectere: deinde hoc quod ætatem vocamus humanam, compara immenso: videbis quā exiguum sit, quod optamus, quod extēdimus. Ex hoc quantum lachrymæ, quantum sollicitudines occupant, quantum mors, antequam veniat optata, quantum valetudo, quantum timor, quantum teneri, aut rudes, aut inutiles anni. Dimidium ex

hoc edormitur. Adice labores, luctus, pericula: & intelliges etiam in longissima vita, minimum esse quod vivitur. Epist. 100.

O quanta dementia est spes longas inchoantim! Emā, ædificabo, credam, exigam, honores geram, tum demū lassam & plenam senectutem in otium referam. Omnia, mihi crede, etiam fœlicibus dubia sunt. Nihil sibi quisquam de futuro debet promittere. Id quoque quod tenetur, per manus exit, & ipsam quam preminis horam casus incidit. Voluitur tempus rata quidem lege: sed per obscurū. Quid autem ad me, an naturæ certum sit, quod mihi incertum est? Ad latus mors est: quæ, quoniam nunquam cogitatur, nisi aliena, subinde nobis ingeruntur mortalitatis exempla, non diutius quàm dum miramur, hæc sora. *Et max; contra æmulum vite amorem, sic ait.* Inde turpissimum est illud Mæcenatis votum, quod & debilitatem non recusat, & deformitatem, & nouissimè acutam crucem, dum modo inter hæc mala spiritus prorogetur. Debilem facito manu, debilem pede, debilem coxa, tuber astrue giberum, lubricos quate dentes, vita dum superest, benè est. Hanc mihi vel acutam si subdas crucem, sustineo. Quid huic optes nisi Deos faciles? Quid sibi vult ista carminis effœminati turpitude? quid timoris dementissimi pæctio? quid tam fœda vitæ cõmendatio? Executienda vitæ cupido est, discendūque nihil interesse, quando patiaris, quod quandoque patiendum est. Quàm benè viuas referre, non quamdiu. Sæpè autem in hoc esse benè, ne diu. Epist. 102.

Maior pars mortalium Pauline de naturæ malignitate conqueritur, quod in exiguum æui gignimur; quòd hæc tam velociter, tam rapidè dati nobis temporis spatia decurrant: adèò vt exceptis admodum paucis, ceteros in ipso vitæ apparatu vita destituat. Nec huic publico, vt opinantur, malo turba tantum & imprudens vulgus ingemuit. Clarorum quoque virorum hic affectus querelas euocauit. Inde illa maxima medicorum exclamatio est, Vitam breuem esse, longam artem. Aiunt animalibus tantum naturam indulnisse, vt quina aut dena secula edurent: homini in tam multa ac magna genito, tanto celeriore terminū stare. Non exiguum temporis habemus, sed multum perdimus. Satis longa vita & in maximarum rerum consumationem largè data est, si tota bene collocatur. Sed vbi per

T. *Fortuna
inconstantia.*

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

Verba sunt

Mæcenatis.

“

“

T. *Fortitudo.*

“

“

“

“

“

“

Ad Paulinū

de breuitate

vite.

luxum ac negligentiam defluit, vbi nulli rei bonæ impeditur, vltima demum necessitate cogente, quam ire non intelleximus, transisse sentimus. Ita est: non accepimus breuem vitam: sed fecimus: nec inopes eius, sed prodigi sumus. Sicut amplæ & regiæ opes vbi ad malum dominum peruenerunt, momento dissipantur. At quantumuis modicæ, si bono custodi traditæ sunt, vsu crescunt: ita ætas nostra bene disponenti, multum patet. Quid de rerum natura quærimus? Illa se benignè gessit. Vita, si scias vti, lōga est. Alium insatiabilis tenet auaritia, alium in superuacuis laboribus operosa sedulitas: alius vino madet, alius inertia torpet, alium defatigat ex alienis iudiciis suspensa semper ambitio: alium mercandi præceps cupiditas circa omnes terras, omnia maria spe lucri ducit. Quosdam torquet cupido militiæ, nunquam non aut alienis periculis intentos, aut suis anxios. Multos aut affectatio alienæ fortunæ, aut suæ odium detinuit. Plerosque nihil certum sequentes, vaga, & inconstans, & sibi displicens leuitas, per noua consilia iactauit. Quibusdam nihil quo cursum dirigant placet: sed marcentes oscitantésque fata deprehendunt: adeò vt quod apud maximum Poëtarum more oraculi dictum est, verum esse non dubitem. Exigua pars est vitæ, quàm viuimus. Cæterum quidem omne spatium, non vita, sed tempus est. Virgenua circumstant vitia vndique, nec resurgere, aut in dispectum veri attollere oculos, sinunt: sed emersos, & in cupiditatibus infixos præmunt. Nunquam illis recurrere ad se licet: sed si quando aliqua quies fortuito contingit, veluti profundo mari, in quo post ventum quoque volutatio est, fluctuantur: nec vnquam illis à cupiditatibus suis otium instat. De istis me putas disserere, quorum in cōfesso mala sunt? Aspice illos ad quorum fœlicitatem concurritur, bonis suis effocantur. Quam multis graues sunt diuitiæ? Quam multorum eloquentia quotidiano ostentandi ingenij spacio sanguinem educit? Quam multi continuis voluptatibus pallent? Quam multis nihil liberi reliquit circumfusus clientium populus? Ille istius cultor est, iste illius, suus nemo. Deinde, dementissima quorundam indignatio est. Quærentur de superiorum fastidio, quod ipsos adire volentibus, non vacauerint. Audet quisquam de alterius superbia quæri: qui sibi ipsi nunquam vacat? Ille tamen quisquis est, insolenti quidem vultu, sed a-

• *Simile.*

T. Corrupti mores.

Simile.

liquando respexit. Tu non inspicere te vnquam, non au- *T. Cognitio*
 dire dignatus es. Omnia licet quæ vnquam ingenia fulse- *sui.*
 runt, in hoc vnum consentiant, nunquam satis hanc huma- *“*
 narum mentium caliginem mirabuntur. Nemo inuenitur *“*
 qui pecuniã suam dividere velit. Vitam vnusquisque quã *“*
 multis distribuit? Astricti sunt in continẽdo patrimonio: *T. Tempus.*
 simul ad temporis iacturam ventum est, profusissimi in eo
 cuius vnus honesta auaritia est. Libet itaque ex seniorum
 turba comprehendere aliquem. Peruenisse te ad vltimum
 humanę ætatis videmus. Centesimus tibi vel supra premi-
 tur annus. Agedum, ad computationem ætatem tuam reuo-
 ca. Dic, quantum ex isto tempore creditor, quantum ami-
 ca, quantum reus, quantum cliens abstulerit, quantum lis
 vxoria, quantum seruorum coërtio, quantum officiosa per
 urbem discursitatio. Adice morbos quos manu fecimus,
 adice quod & sine vsu iacuit. Videbis te pauciores annos
 habere quàm numeras. Repete memoria tecum, quando
 certior consilij fueris, quotus quisque dies vt destinaue-
 ras, recesserit: quando tibi vsus tui fuerit, quando in statu
 suo vultus, quando animus intrepidus, quod tibi in tam
 longo xuo facti operis sit: quàm multi vitam tuam diri-
 puerint, te non sentiente quid perderes: quantum vanus
 dolor, stulta lætitia, auida cupiditas, blanda conuersatio
 abstulerit, quàm exiguum tibi de tuo relictum sit, intelli-
 ges te immaturum mori. Quid ergo est in causa? Tanquam *“*
 semper victuri, viuitis. Nunquam vobis fragilitas vestra *“*
 succurrit. Non obseruatis quantum temporis transierit: ve-
 lut ex pleno & abundanti perditis: cum interm fortasse il-
 le ipse alicui vel homini vel rei donatus vltimus dies sit.
 Omnia tanquam mortales timetis. Omnia tanquã immor- *“*
 tales concupiscitis. Audies pleròsque dicentes, à quinqu- *“*
 gesimo in ocium secedam, sexagesimus annus ab officiis *T. Pœnitentia fera.*
 me dimittet. Et quem tandem longioris vitæ prædem ac- *“*
 eipis? Quis ista sicuti disponis ire patietur? Non pudet te *“*
 ad reliquias vitæ te tibi reseruare, & id solùm tempus bo- *“*
 næ mentis destinare, quod in nullam rem conferri possit? *“*
 Quam serum est tunc viuere incipere, cùm desinendum *“*
 est. Quæ tam stulta mortalitatis obliuio, in quinqu- *“*
 gesimum & sexagesimum annum differre sana consi- *“*
 lia, & inde velle vitam inchoare, quo pauci perduxer- *“*
 unt? Potentissimis & in altum sublatis hominibus exci- *“*

- T. *Otium.* » dere voces videbis, quibus otium optent, laudent, omni-
 bus bonis suis præferant. Diuus Augustus, cui Dij plura
 T. *Quies.* » quàm vlli præstiterunt, non desit quietem sibi precari,
 » vacationem à Repub. petere. Omnis eius sermo ad hoc
 » semper reuolutus est, vt sibi pararet otium. Hinc labores
 » suos etiam si falso, dulci tamen oblectabat solatio: aliquã
 » do se victurum sibi. Tanta visa est res otium, vt illam quia
 » vsu non poterat, cogitatione præsumeret. Qui omnia vide-
 » bat ex se vno pendentia, qui omnibus gentibus fortunam
 » dabat, illum diem lætissimus cogitabat, quo magnitudi-
 nem suam exueret. Hoc votum erat eius, qui voti compo-
 tes facere poterat. Lib. de breuit. vitæ. à. i. vsque ad 5. cap.
- T. *Regum labores.* » Inter omnes conuenit nullam rem bene exerceri posse
 ab homine occupato. Non eloquentiam, non liberales di-
 » sciplinas, quando districtus animus nihil altius recipit, sed
 » omnia velut inculcata respuit. Nihil minus est hominis
 » occupati quàm viuere: nullius rei difficilius est scientia.
 Professores aliarum artium vulgò multique sunt. Quaf-
 dam vero ex his pueri admodum ita percepisse visi sunt,
 vt etiam præcipere possint. Viuere tota vita discendum est:
 T. *Mors.* » & quod magis fortasse miraberis, tota vita discendum est
 » mori. Tot maximi viri relictis omnibus impedimentis,
 » cum diuitiis, officiis, voluptatibus renuntiassent, hoc vnũ
 » in extremam vsque ætatem egerunt, vt viuere scirent. Plu-
 » res tamen ex his non dum se scire confessi, è vita abierũt,
 ne dum vt isti sciant. Magni mihi crede, & supra humanos
 T. *Tempus.* » errores eminentis viri est, nihil ex suo tempore delibare:
 » & ideo vita eius longissima est, cui quantuncũque paruit,
 » totum ipsi vacauit. Nihil inde incultum ociosũque ia-
 » cuit. Nihil sub alio fuit: nec enim quicquam reperit di-
 » gnum, quod cum tempore suo permutaret, custos pacifis-
 » simus: itaque satis illi fuit. His verò necesse est defuisse, ex
 » quorum vita multum populus tulit. Præcipitat quisque vi-
 » tam suam, & futuri desiderio laborat, præsentium tædio.
 » At ille qui nullum non tempus in vsus suos confert, qui
 » omnes dies tanquam vitam ordinat, nec optat crastinum,
 » nec timet. Non est itaque quòd quemquam propter canos
 » aut rugas putes diu vixisse. Nõ ille diu vixit, sed diu fuit.
 Simi'e. » Quid enim illum multum putas nauigasse, quem sæua tẽ-
 » peltas à portu exceptum, huc & illuc tulit: ac vicibus vè-
 » torum ex diuerso furentium, per eadem spatia in orbem e-
 git?

git? Non ille multum nauigauit, sed multum iactatus est. Mirari soleo cum video aliquos tempus petere, & eos qui rogantur facillimos. Illud uterque spectat, propter quod tempus petiturum est, ipsum quidem neuter. Quasi nihil petitur, quasi nihil datur. Res omnium preciosissima luditur. At eosdam ægros vide, si mortis periculum admotum est propius, medicorum genua tangentes: si metuunt capitale supplicium, omnia sua ut uiuant, paratos impendere. Tanta in illis discordia affectuum est. Quod si posset quemadmodum præteritorum annorum cuiusque numerus proponi, sic futurorum: quomodo illi qui paucos viderent superesse, trepidarēt, quomodo illis parcerent? Atqui facile est, quamuis exiguum, dispensare, quod certum est. Id debet seruari diligentius, quod nescias quando deficiat. Ibit quæ cœpit ætas, nec tursum suum, aut reuocabit, aut supprimet: nihil tumultu abitur, nihil admonebit velocitatis suæ tacita labetur. Non illa regitur imperio, non fauore populi longius procedet. Sicut iussa est, à primo decurret, nusquam diuertet, nusquam remorabitur. Quid fiet? Tu occupatus es, vita festinat. Mors interim aderit, cui velis nolis vacandum est. Maxima porro vitæ iactura, dilatio est. Illa primū quemque extrahit diem, illa eripit præsentia, dum vltiora promittit. Maximum viuendi impedimentum est, expectatio, quæ pendet ex crastino. Perdis hodiernum: quod in manu fortunæ positum est, disponis: quod in tua, dimittis. Quò spectas? quo te extendis? Omnia quæ ventura sunt, in incerto iacent. Protinus uiue: clamat ecce maximus vates, & velut diuino ore instinctus, salutare carmen canit.

Optima quæque dies miseris mortalibus æui,

Prima fugit.

Quid cunctaris, inquit, quid cessas? Nisi occupas, fugiet: cum occupaueris tamen fugiet. Itaque cum celeritate temporis, utendi velocitate certandum est: velut ex torrente rapido, nec semper casuro, cito hauriendum est. Hoc quoque pulcherrimè ad exprobandum infinitam cogitationem, quod non optimam quanque ætatem, sed diem dicit. Quid securus & in tanta temporum fuga lentus, menses tibi & annos & longam seriem (utouque auiditati tuæ visum est) exporrigis? De die tecum loquitur, & de hoc ipso fugiente. Non dubium est ergo, quin prima quæque optima dies fugiat mortalibus miseris & occupatis: quorum

T. Pœnitentia
sera.
Simile.

pueriles adhuc animos senectus opprimit, ad quam imparati, inermesque veniunt. Nihil enim prouisum est, subito in illam, nec opinantes inciderunt. Accedere eam quotidie non sentiebant. Quemadmodum quos aut sermo, aut lectio, aut aliqua interior cogitatio iter facientes decipit: & peruenisse ante sciunt, quam appropinquasse: ita hoc iter vitæ assiduum, & citatissimum, quod dormientes vigilantisque eodem gradu facimus, occupatis non apparet, nisi in fine. Lib. de Breuitate vitæ, à 6. vsque ad 9. cap.

Si velis credere altius veritatem intuentibus, omnibus vita supplicium est. In hoc profundum inquietumque projecti mare alternis æstibus reciprocum, & modo alleuans nos subitis incrementis, modo maioribus damnis deserens, assidueque iactans, nunquam stabili consistimus loco: pedemus, & fluctuamur, & alter in alterum illidimur, & aliquando naufragium facimus, semper timemus. In hoc tam procelloso & in omnes tempestates exposito mari navigantibus, nullus portus nisi mortis est. Lib. de Consolat. cap. 28.

Al Martiã
consolatio.

Nihil de hodierna die promittitur. Nimis magnam aduocationem dedi. Nihil de hac hora: festinandum est. Instat à tergo mors, iam deficiet te iste comitatus. Iam contubernia ista sublato clamore soluentur. Rapina rerum omnium est (miseri nescitis) & fuga viuere. Si mortuum tibi filium doles, eius temporis quo natus est, crimen est. Mors enim illi nascenti determinata. In hanc legem datus est. Hoc illum fatum ab utero statim profecutum est. In regnum fortunæ & quidem durum atque inuictum peruenimus, illi arbitrio digna atque indigna passuri, corporibus nostris impotenter, contumeliosè, crudeliter, abutetur: alios ignibus peruret, vel in pœnam admotis, vel incertis: alios nudos maniactabit, & luctatos cum fluctibus, ne in arenam quidem aut litus explodet, sed in alicuius ventrem immensæ belluæ detrudet. Alios morborum variis generibus emaceratos, diu inter vitam mortemque detinebit: ut varia, & libidinosa, mancipiorumque suorum negligens domina, & pœnis & muneribus erubescit. Quid opus est partes deflere? Tota vita flebilis est. Vigebunt noua incommoda, priusquam veteribus satisfeceris. Moderandum est itaque vobis maximè, qui immoderate fertis, & in multis doloribus humanum pectus dispensandum. Quæ

demum ista tuæ publicæque conditionis obliuio est? Mortalis nata es, mortales peperisti, putre ipsa fluidumque corpus, & casibus morbisque repetita, sperasti ex tam imbecilla materia, solida & æterna gestasse? Decessit filius tuus, id est, decurrit ad hunc finem, ad quem, quæ feliciora partu tuo putas, properant. Huc omnis ista quæ in foris litigat, in theatris desidet, in templis precatur turba, dispari gradu vadit. Et quem diligis, veneraris, & quem despicias, vnus exæquat vox Chilonis, hæc videlicet illis pythiis oraculis ascripta, Nosce te ipsum. Quid est homo? quodlibet quassum vas, & quodlibet fragile iactatu, non tempestate vt dissiparis est opus. Quid est homo? Imbecillimum corpus, & fragile, nudum, suapte natura inerme, alienæ opis indigens, ad omnem fortunæ contumeliam proiectum: cum bene laceitos exercuit, cuiuslibet feiæ pabulum, cuiuslibet victima: ex infirmis fluidisque contextum, & lineamentis exterioribus nitidum, frigoris, æstus, & laboris impatiens: ipso rursus situ & otio iturum in tabem: & semper alimenta metuens sua: quorum modò inopia laborat, modo copia rûpitur: anxie sollicitæque tutelæ precarij spiritus, & malè inherentis. Miramur in hoc mortem vnus, qua singulis opus est. Nunquid enim vt concidat, res magni momenti est? Odor illi, saporque, & lassitudo, & vigilia, & humor, & cibus, & sine quibus viuere non potest, mortifera sunt. Quòcunque se mouet infirmitatis suæ statim conscius, non omne cælum ferens, aqua umouitatibus, flatuque non familiaris auræ, & tenuissimis causis atque offensionibus morbidum, putre, cassum, à fletu vitam auspicatum. Ceterum quantos tumultus hoc tam contemptum animal mouet? in quantas cogitationes oblitum conditionis suæ venit? Immortalia, æterna volutat animo, & in nepotes pronepotique disponit: cum interim longa conantem eum, mors opprimit, & hoc quod senectus vocatur, pauci sunt circuitus annorum. Lib. de Consolat. ad Martiam à cap. 10. vsque. 11.

Plena & infesta variis casibus vita: à quibus nulli longa pax, vix inducix sunt. Lib. de Consol. ad Martiam. cap. 16.

Comprehende quantum plurimum procedere homini licet: quantum est ad breuissimum tempus editis, cito cessuris loco? De nostris ætatibus loquor, quas incredibile celeritate conuolui constat. Computa vrbium secula, vide-

*T. Cognitio
sui.*

T. Homo.

*T. Hominis
descriptio.*

Simile.

bis quàm non diu steterint, etiam quæ vetustate gloriantur. Omnia humana breuia & caduca sunt: infiniti temporis nullam partem occupantia. Terram hanc cum populis vrbibusque & fluminibus, & ambitu maris puncti loco ponimus, ad vniuersa referentes. Minorem portionem habet ætas nostra quàm punctum, si temporì comparetur omni, cuius maior est mensura quàm mundi: vt pote cum ille semper huius spatium toties remittatur. Quid ergo interest id extendere, cuius quantuncùnque fuerit incrementum, non multum aberit à nihilo? imò multum est quod viuimus, si satis est. Licet noues centenos percenseas annos, cum ad omne tempus demiseris animum, nulla erit illa longissimi breuissimique æui differètia, si inspecto quanto quies vixerit spatio, comparaueris, tanto non vixerit. In hoc omnes errore versamur, vt non putemus ad mortem nisi senes inclinatosque iam vergere, cum illò infantia statim & iuuenta omnisque ætas ferat. Urgent opus suum fata, & nobis sensum nostræ necis auferunt, quoque facilius obrepat mors, sub ipso vitæ nomine latet. Infantiam in se pueritia conuertit, pueritiam pubertas, iuuentutem senectus abstulit. Incrementa ipsa, si bene computes, dàna sunt. Lib. de Consol. ad Mart. ca. 10.

Nihil est tam fallax quam vita humana, nihil tam infidiosum, non meherculè quisquam eam accepisset, nisi daretur insciis. Itaque fœlicissimum est non nasci, proximè puto breuitate vitæ defunctos, citò in integrum restitui. Lib. de Consola. ad Martiam. cap. 22.

Simile.

Quid tu Martia, cum videres senilem in iuvene prudentiam, victorem omnium voluptatum animum, emendatū, carentem vitio, diuitias sine auaritia, honores sine ambitione, voluptates sine luxuria appetentem, diu tibi putabas illum sospitem posse contingere? Quicquid ad summum venit, ad exitum propè est. Eripit se aufertque ex oculis perfecta virtus. Nec vltimum tempus expectant, quæ in primo maturuerunt. Ignis quo clarior fulsit, citius extinguitur. Vinacior est, qui cum lenta difficilique materia commissus, fumòque demersus, ex sordido lucet: eadem enim detinet causa, quæ malignè alit. Sic ingenia quò illustra, breuiora sunt. Nam vbi incremento locus non est, vicinus occasus est. Fabianus ait, quod nostri quoque parentes viderunt, puerum Romæ fuisse, statura ingentis vi-

ri: sed hic citò diceſſit, & moriturum breui nemo non prudens dixit. Non poterat enim ad illam ætatem peruenire, quam præceperat. Ita eſt. Indiciuſ eſt imminentis exitus maturitas, & appetit finis, vbi incrementa conſumpta ſunt. Lib. de Conſol. ad Mart. cap. 23.

Multos inueni æquos aduerſus homines, aduerſus Deos neminem. Obiurgamus quotidie fatum, Quare ille in medio curſu raptus eſt? quare ille non rapitur? Quare ſenectutem & ſibi & aliis grauem extendit? Vtrum, obſecro te æquius iudicas, te naturæ, an tibi parere naturam? Quid autem intereſt, quàm citò exeas, vnde vtrique exeundum eſt? Non vt diu viuamus curandum eſt, ſed vt ſatis. Nam vt diu viuas, fato opus eſt: vt ſatis, animo. Longa eſt vita, ſi plena eſt. Impletur autem cum animus ſibi bonum ſuum reddidit, & ad ſe poteſtatem ſui tranſtulit. Quid illum octoginta anni iuuant, per inertiam exacti? Non vixit iſte, ſed in vita moratus eſt: nec ſero mortuus eſt, ſed diu. Octoginta annis vixit. Intereſt, mortem eius ex quo die numeres. At ille obiit viridis, ſed officia boni ciuis, boni amici, boni filij executus eſt. In nulla parte ceſſauit, licet eius ætas imperfecta ſit, vita perfecta eſt. Octoginta annis vixit: imo octoginta annis fuit: niſi fortè ſic vixiſſe cum dicis, quomodo dicuntur arbores viuere. Obſecro te mi Lucili, hoc agamus, vt quemadmodum pretioſa rerum, ſic vita noſtra, non pateat multum, ſed multum pendat. Actum illam metiamur, non tempore. Vis ſcire quid inter hunc interſit vegetum contemptorèmq; fortunæ, functum omnibus vitæ humanæ ſtipendiis, atque in ſummum bonum eius euectum: & illum cui multi anni tranſmiſſi ſunt? Alter poſt mortem quoque eſt, alter ante mortem perit. Laudemus vtrique & in numero felicium reponamus eum, cui quantumcunq; temporis contigit, bene collocatum eſt. Vidit enim veram lucem, non fuit vnus è multis: & vixit, & vixit. Nec ideò plures mihi annos accidere recuſauerim: nihil tamen ad beatam vitam deſuiſſe dicam, ſi ſpatium eius inciditur. Non enim ad eum diem me apraui, quem vltimum mihi ſpes auida promiſerat: ſed nullum non tanquam vltimum aſpexi. Quemadmodum in minori corporis habitu poteſt homo eſſe perfectus, ſic & in minore temporis modo poteſt eſſe vita perfecta. Atas inter externa eſt. Quædiu ſim, alienum eſt: quædiu verò vir bonus ſim,

meum est. Quæris quod sit amplissimum vitæ spatium? Vtque ad sapientiam viuere. Qui ad illam peruenit, attingit non longissimum finem, sed maximum. Epist. 94.

Quotidie est deterior, posterior dies. Ex Publ. Mi.

Heu quàm multa pœnitēda incuriūt viuēdo diu. Ex co.

Malè viuunt, qui se semper victuros putant. Ex eodem.

Nescias quid optes, aut quid fugias, ita ludit dies. Ex co.

O vita misero longa, fœlici breuis! Ex eodem.

Vide etiam Tit. seq. Mors.

Mors.

Quis sine querela moritur? Quis extremo die dicere audeat. Vixi, & quem dederat cursum fortuna, peregi?

Quis non recusans? quis non gemens exit? Atque hoc ingrati est, non esse contentum præterito tempore. Semper pauci dies erunt. Quantuncunque est, boni consule. Vt

prolongetur tibi dies mortis, nihil proficit ad fœlicitatē: quoniam mora non fit beator vita, sed longior. Quanto

fatius est gratum aduersum perceptas voluptates, non aliorum annos computare, sed suos benigne æstimare, & in

lucro ponere? Hoc me dignum iudicauit Deus. Hoc satis est, Potuit plus: sed hoc quoque beneficium est, Lib. 5. de

Bene. cap. 17.

In hoc enim fallimur, quod mortem procul esse conuicimus: magna pars eius iam præterit: quicquid ætatis retro est, mors tenet. Dum differtur vita, transcurrit. Epist. 1.

Quotidie morimur, quotidie enim demitur aliqua pars vitæ: & tunc quoque cum crescimus, vita decrescit. Infantiam amisimus, deinde pueritiam, deinde adolescentiam: vsque ad hesternum, quicquid transit tēporis, perit. Hūc ipsum quem agimus diem, cum morte diuidimus. Quem-

admodum clesydram non extremum stillicidium exhaurit, sed quicquid ante defluxit: sic vltima hora qua esse de-

finimus, non sola mortem facit, sed sola consummat. Tunc ad illam peruenimus, sed diu venimus. Epist. 24.

Incertum est quo loco te mors expectet. Itaque tu illam omni loco expecta. Epist. 26.

Ante senectutem curavi vt bene viuerem: in senectute, vt bene moriar. Bene autem mori est libenter mori. Vt satis vixerimus, nec anni nec dies faciunt, sed animus. Epist. 62.

Cuius mori, aut tardius, ad rem non pertinet: benè mori,

Simile.

aut malè, ad rem pertinet: bene autem mori, est effugere male viuendi periculum. Ep 71.

Nemo nostrum cogitat quandoque sibi ex hoc domicilio exeundum. Sic veteres inquilinos, indulgentia loci, & consuetudo etiam inter iniurias detinet. Vis aduersus hoc corpus liber esse? Tanquã migraturus habita: propone tibi quandoque hoc contubernio caiendum, fortior eris ad necessitatem exeundi. Sed quẽadmodum suus finis veniet in mētem, omnia sine fine concupiscentibus? Nullius rei meditatio tam necessaria est. Alia enim exercentur fortasse in superuacuum: aduersus paupertatē preparatus est animus, per mansere diuitiæ: ad contemptum nos doloris amauimus, nūquam à nobis exegit huius virtutis experimētum integri ac sani fœlicitas corporis: vt tortiter amissorū desideria pateremur, præcepimus nobis: omnes quos amabamus superstites fortuna seruauit. huius vnus rei vsum qui exigit dies veniat. Epist 71.

Simile.

Non est res magna viuere: omnes serui tui viuunt, omnia animalia. Magnum est honestè mori, prudenter, fortiter. Nonne tibi videbitur stultissimus omnium, qui fleuerit quòd ante annos mille non vixerat? A Equè stultus est, qui flet quòd post annos mille non viuet. Hęc paria sunt, non eis, nec fuisti. Vtrūque tempus alienum est. In hoc punctū coniectus es: quòd vt extendas, quousque extendes? Eò ibis quòd omnia eunt. Quid tibi nouum est? ad hanc legem natus es, hoc patri tuo accidit, hoc matri, hoc maioribus, hoc omnibus ante te, hoc omnibus post te. Series inuicta & nulla mutabilis ope illigat ac trahit cuncta. Quantus te populus moriturorum sequetur, quantus comitabitur. Fortior, vt opinor, esses, si multa millia tibi commorerentur. Atqui multa hominum & animalium hoc ipso momento, quo tu mori dubitas, animã variis generibus emittunt. Tu autem non putabas te aliquando peruenturum ad id, ad quòd semper ibas. Nullum sine exitu iter est. Epist. 78.

Mors inter illa est, quæ mala quidem non sunt, tamen habent mali speciem. Sui amor est, & permanendi conseruandique se insita voluntas, atque aspernatio dissolutionis: quia videtur multa nobis bona eripere, & nos ex hac, cui assueuimus, rerum copia educere. Illa quoque res morti nos alienat, quòd hęc iam nouimus: illa ad quæ trāsituri

sumus, nescimus qualia sint: & horremus ignota. Naturalis præterea tenebrarum metus est, in quas adductura mors creditur. Epist. 83.

Æquat omnes cinis, impares nascimur, pares morimur. Idem de urbibus, quod de urbium incolis dico. Tam Ardea capta, quam Roma est. Conditor ille iuris humani, non natalibus nos, nec nominum claritate distinxit, nisi dum sumus. Vbi vero ad finem mortalium ventum est, discede inquit, ambitio, omnium quæ terram præmunt series vna est. Ad omnia patienda pares sumus: Nemo altero fragilior est, nemo in crastinum sui certior. Alexander Macedonum rex, discere Geometriam infelix cœperat: sciturus quam pusilla terra esset, ex qua minimum occupauerat. Ita dico infelix, ob hoc quod intelligere debebat, falsum se gerere cognomen. Quis enim esse magnus in pusillo potest? Epist. 92.

Non videmus quàm multa nos incommoda exagitent, quam malè nobis conueniat hoc corpus. Nunc de ventre, nunc de capite, nunc de pectore, ac faucibus quæritur. Aliàs nerui nos, aliàs pedes vexant. Nunc deiectio, nunc distillatio. Aliquando superest sanguis, aliquando deest. Hinc atque illinc tentamur, & expellimur. Hoc euenire solet in alieno habitantibus. At nos corpus tam putre sortiti, nihilominus æterna proponimus: & in quantum potest ætas humana protèdi, tantum spe occupamus, nulla contèti pecunia, nulla potentia. Quid hac re fieri impudentius, quid stultius potest? Nihil satis est morituris: imò moriètibus. Quotidie enim propius ab ultimo stamus, & illò vnde nobis cadeadum, hora nos omnis impellit. Vide in quanta cæcitate mens nostra sit. Hoc quod futurum dico, nunc maxime fit, & pars eius magna iam facta est. Nam quod viximus tempus eo loco est, quo erat antequam viximus. Erramus autem qui vltimum timemus diem. cum tantundem in mortem singuli conferant. Non ille gradus lassitudinè facit, in quo deficimus, sed ille profitetur. Ad mortem dies extremus peruenit, accedit omnis. Carpit nos illa, non corripit. Ideo magnus animus, conscius sibi melioris naturæ, dat quidem operam, vt in hac statione qua positus est, honestè se atque industriè gerat. Cæterum nihil horum quæ circa ipsum sunt, suum iudicat: sed vt commodatis vitur peregrinus & properans. Ep. 121.

Simile.

Minimum est de quo sollicitissimè agitur. Quid enim ad rem pertinet quandiu vites, quod curare non possis? Epist. 9.

Excessit filius tuus terminos, intra quos seruiit. Excepit illum magna & æterna pax, non paupertatis metu, non diuitiarum cura, non libidinis per voluptatem animos carpentis stimulis incessitur, non inuidia fœlicitatis alienæ tangitur, nec suæ premitur, nec conuitiis quidem vllis verecundæ aures verberantur: nulla publica clades conspicitur, nulla priuata, non sollicitus futuri pendet ex euentu, semper in deteriora dependenti. Tandem ibi constitit, vnde nihil eum depellat, vbi nihil terreat. O ignaros malorum suorum, quibus non mors vt optimum inuentum naturæ laudatur: quæ siue fœlicitatem includit, siue calamitatem repellit, siue societatem aut lassitudinem senis terminat, siue iuvenile æuum, dum meliora sperantur in flore deducit, siue pueritiam ante duriores gradus reuocat, omnibus finis, multis remedium quibusdam votum, de nullis melius merita, quàm de his ad quos venit antequam inuocaretur. Hæc seruitutem inuito domino remittit. Hæc captiuorum cathenas leuat, hæc è carcere educit, quos exire imperium impotens vetuerat. Hæc exulibus in patriam semper animum oculosque tendentibus, ostendit, nihil interesse in qua terra quis iacet. Hæc vbi res communes fortuna malè diuisit, & æquo iure genitos, alium aliis donauit, exæquat omnia. Hæc est quæ nihil quicquam alieno fecit arbitrio. Hæc est in qua nemo humilitatem sensit. Hæc est quæ nulli paruit. *Et infra.* Cogita quantum boni opportuna mors habeat, quàm multis diutius vixisse nocuerit. Si Cn. Pompeium decus istius firmamentumque imperij, Neapolis fortuna abstulisset, indubitatus populi Romani princeps excesserat. At nunc exigui tēporis adiectio, fastigio illū suo depulit. Vidit legiones in cōspectu suo cæsas, vidit Aegyptium carnificē, & sacrosanctum victoribus caput satelliti præstitit, etiã si incolumis, fuisset pœnitentiam salutis acturus. Quid enim erat turpius, quam Pompeiū viuere beneficio regis? M. Cicero si eo tēpore quo Catilinæ sicas deuitauit, quibus pariter cū patria petitus est, concidisset, liberata Rep. conseruator eius: si denique filix suæ funus secutus fuisset, tunc fœlix mori potuit. Non vidisset strictos in ciuita

capita mucrones, nec diuisa percussoribus occisorum bona, vt etiam de suo perirent, non hastam consularia spolia vendentem, nec cædes, nec locata publicè latrocinia, bella, rapinas trium Catilinarum. Lib. de Consolatione ad Martiam. cap. 19. & 20.

Lex vniuersi est, quæ iubet nasci, & mori. Ex Publ. Mi.
Mori est fœlicis antequam mortem inuocet. Ex eod.
Omnis dies velut vltimus ordinandus est. Ex eod.

Vide etiam T. huic contrarium. Vita.

Tempus.

Tvrpissima est iactura, quæ per negligentiam fit: & si volueris attendere, magna vitæ pais elabatur malè agentibus, maxima nihil agentibus. Quem mihi dabis qui aliquod precium tēpori ponat? qui diem æstimet? qui intelligat se quotidie mori? Epist. 1.

Omnia mi Lucili aliena sunt, tempus tantum nostrum est. Epist. 1.

Sera parsimonia in fundo est. Non enim tantum minimū in imo, sed pessimum remanet. Epist. 1.

Discipulus est prioris, posterior dies Ex Pub. Mi.

Vide etiam hac de re. T. Vita.

Fœlicitas vera & falsa.

T. Cupiditas
T. Avaritia.
T. Ambitio.

Nihil firmi habet, qui in incerta propensus est. Magnis itaque curis exemptus & distorquentibus mentem, nihil sperat aut cupit sapiens, nec se mittit in dubiū, suo contentus. Nec illum existimes paruo esse contentum, omnia illius sunt. Non sic quemadmodum Alexandri fuerunt: cui quanquam in littore maris rubri steterat, plus deerat, quàm quæ venerat. Illius ne ea quidem erant, quæ tenebat, aut vicerat: cum in Oceano Onesicritus præfectus classibus præmissus explorator erraret, & bella in ignoto mari quæreret. Non satis apparebat inopem esse, qui extra nature terminos arma proferret? qui se in profundum, inexploratum, & immensum auiditate cæca profus immitteret? Quid interest quod eripuerit regna, quòd dederit, quantum terrarum tributo premat? Tantū illi deest, quantum cupit. Nec hoc Alexandri tantū vitiū fuit quem per Liberi Herculisque vestigia fœlix temeritas egit: sed omnium quos fortuna irritauit implèdo. Cyrum, & Cam-

bysem, & totum regni Persici stemma percense: quem inuenies, cui modum imperij satietas fecerit: qui non vitam in aliqua vltius procedendi cogitatione finierit? Nec id mirum est. Quicquid cupiditati contigit, penitus hauitur, & conditur. Nec interest quantum in id quod inexplebile est, congeras: Vnus est sapiens, cuius omnia sunt, nec ex difficili tuenda. Non habet mittendos trans maria legatos, nec metanda in ripis hostilibus castra, non oportunit castellis disponenda praesidia: non opus est legione, nec equestibus tumis. Quemadmodum Dij immortales regnum inermes regunt: & illis rerum suarum ex aedito tranquilloque tutela est. ita hic officia sua quamuis latissime pateant, sine tumultu obit. Et omne humanum genus potentissimus eius optimusque infra se videt. Derideas licet, ingentis spiritus res est cum orientem occidentemque lustraueris animo (quo etiam remota, & solitudinibus interclusa penetrantur, cum tot animalia, tantam copiam rerum quas natura beatissime fundit, aspexeris) emitte hanc Dei vocem. Hec omnia mea sunt. Sic fit, vt nihil cupiat: quia nihil est extra omnia. Li. 7. de Be. c. 2. & 3.

Se contentus est sapiens. Hoc mi Lucili perperam plerique interpretantur. Sapientem vndique submouent, & intra cutem suam cogunt. Distinguendum est autem, quid & quatinus vox ista promittat, se contentus est sapiens ad beatè viuendum, non ad viuendum. Ad hoc enim multis illi rebus opus est: ad illud tantum animo sano, & erecto, & despiciente fortunam. Summum bonum extrinsecus instrumenta non quaerit: domi colitur: ex se totum est: incipit fortunæ esse subiectum, si quam partem sui foris quaerit. Epist. 9.

Huc ergo cogitationes tuæ tendant, hoc cura, hoc opta, omnia alia vota Deo remissurus, vt contentus sis temeripso, & ex te nascentibus bonis. Quæ potest esse fœlicitas propria? Redige te ad parua, ex quibus cadere non possis. Epist. 20.

Panem & aquam natura desiderat, nemo ad hæc pauper est: intia quæ, quisquis desiderium suum clausit, cum ipso Ioue de fœlicitate contendat. Epist. 25.

Si vis esse fœlix, Deos ora, ne quid tibi ex his quæ optatur eueniat. Epist. 31.

Quid est ergo in quo erratur? Cū omnes beatam vitam

» optare, quòd instrumenta eius pro ipsa habent, & illam
 » dum petunt, fugiunt. Nam cum summa beatæ vitæ sit so-
 lida tranquillitas, & eius inconcussa fiducia, solitudinis
 colligunt causas, & per insidiosum iter vitæ non tantum
 ferunt sarcinas, sed trahunt. Epist. 44.

Si vis utique verborum ambiguitates diducere, hoc nos
 doce, beatum eum non esse, quem vulgus appellat, ad
 quem pecunia magna confluxit: sed illum cui bonum om-
 ne in animo est, erectum, & excelsum, & mirabilia calcã-
 tem. Qui neminem videt cum quo se cõmutatum vellet:
 qui hominem ea sola parte æstimat, qua homo est: qui
 natura magistra vitur, ad illius leges componitur: sic vi-
 uit, quomodo illa præscripsit: cui bona sua nulla vis ex-
 cutit: qui mala in bonum vertit: certus iudicij, inconcus-
 sus, intrepidus: quem aliqua vis mouet, nulla perturbat,
 quem fortuna, cum in eum quod habuit telum nocentif-
 simum vi maxima intorsit, pungit, non vulnerat: & hoc
 raro. Epist. 45.

T. Sapiens.

Sapiens ille est, qui plenus gaudio, hilaris, & placidus,
 inconcussus cum diis ex pari viuit. Hoc ergo cogita, hunc
 esse sapientiæ effectum, hanc gaudij qualitatem. Talis est
 sapientis animus qualis mundi status super Lunam: sem-
 per illic serenum est. Epist. 60.

Simile.

*T. Tranquil-
 litas.*

» Apud Epicurum duo bona sunt, ex quibus summum illud
 beatumque componitur: ut corpus sine dolore sit, animus
 sine perturbatione. Epist. 67.

Xenocrates & Speusippus putant beatum vel sola virtu-
 te fieri posse: non tamen vnum bonum esse, quod hone-
 stum est. Epicurus quoque iudicat eum qui virtutem ha-
 beat, beatum esse: sed ipsam virtutem non satis esse ad
 beatam vitam: quia beatum efficiat voluptas: quæ ex vir-
 tute est, non ipsa virtus. Inepta distinctio. Idem enim ne-
 gat nunquam virtutem esse sine voluptate: ita, si ei iuncta
 semper est, atque inseparabilis, & sola satis est. E-
 pist. 86.

» Quis sit summi boni locus, quæris? Animus: hic nisi
 » purus ac sanctus est, Deum non capit. Epist. 88.

Puto inter me teque conueniat, externa corpori acquiri,
 corpus in honorem animi coli: in animo esse partes mix-
 tas, per quas mouemur, alimurque, propter ipsum princi-
 pale nobis datas. In hoc principali aliquid irrationale

est, & rationale. Illud huic seruit. Hoc vnum est, quod aliud non refertur, sed omnia ad se perfert. Nam illa quoque diuina ratio omnibus preposita est: ipsa sub nullo est. Et hæc autem nostra eadem est: quia ex illa est. Si de hoc inter nos conuenit, sequitur vt de illo quoque conueniat, in hoc vno positam esse beatam vitam, vt in nobis ratio perfecta sit. Quid est beata vita? Securitas & perpetua tranquillitas. Hanc dabit animi magnitudo, dabit constantia bene iudicati tenax. Ad hoc quomodo peruenitur? Si veritas tota perspecta est: si seruatus est in rebus gerendis ordo, modus decor, & innoxia voluntas, aut benigna, intenta rationi, nec vnquam ab ista recedens, amabilis simul mirabilisque. Denique vt breuiter tibi formulam describam. Talis animus sapientis esse viri debet, qualis Deum deceat. Quid potest desiderare, is cui omnia honesta contingant? Nam si possunt aliquid non honesta conferre ad optimum statum, in his erit beata vita, sine quibus non est. Et quid stultius, turpiusue, quam bonum rationalis animi, ex irrationalibus necere? Quidam tamen augeri summum bonum iudicant, quia parum plenum sit fortuitis repugnantibus. Antipater quoque inter magnos sectæ huius autores, aliquid se tribuere dicit externis, sed exiguum admodum. Vides autem quale sit, Sole te non esse contentum, nisi aliquis igniculus alluxerit? Quid potest in hac claritate Solis habere scintilla momentum? Si non es sola honestate contentus, necesse est, aut quietem adici velis, aut voluptatem. Horum alterum vtcunque recipi potest. Vacat enim animus molestia, liber ad conspectum vniuersi, nihilque illum auocat à contemplatione naturæ. Alterum illud voluptas bonum pecoris est. Adiciemus rationali irrationale, honesto, inhonestum. Quid ergo dubitatis dicere, bene esse homini, si palato bene est? Et hunc tu non dico inter viros numeras, sed inter homines, cuius summum bonum saporibus, ac coloribus, ac sonis constat? Exceedat ex hoc animalium numero pulcherimo, ac Diis secundo: mutis aggregetur animal pabulo lætum. Irrationalis pars animi duas habet partes: alteram animosam, ambiciosam, impotentem, positam in affectionibus: alteram humilem, languidam, voluptatibus deditam. Illam effrenatam, meliorem tamen, certè fortiolem ac digniorem, viro reliquerunt. Hanc neces-

ca.
ca.
Simile.

T. Voluptas.

ca.
ca.
ca.
ca.
ca.
ca.
ca.
ca.
ca.
ca.

sariam beatæ vitæ putauerunt, inermem, & abiectâ. Huic rationem seruire iusserunt, & fecerunt animalis generosissimi bonum, demissum & ignobile. Præterea mixtum, portentosumque, & ex diuersis animalium cõgruentibus mēbris. Nam vt ait Vergilius noster in Scylla.

Prima hominis facies, & pulchro pectore virgo

Pube tenus, postrema immani corpore pistrice

Delphinum caudas vtero comissa luporum.

Huic tamen Scyllæ, fera animalia iuncta sunt, horrenda, velocia: at isti sapientiam ex quibusdam composuere portentis. Prima hominis pars, est ipsa virtus. Huic committitur inutilis caro & fluida, & receptandis tantum cibus habilis, vt ait Posidonius. Virtus illa diuina, in lubricum defuit, & superioribus eius partibus venerandis atque cœlestibus, animal incis atque marcidū attextitur. Epist. 93.

Quid ergo inquit sapiens: Non est beatior qui diutius vixit: quem nullus auocauit dolor, quàm ille qui cum mala fortuna sæpe luctatus est? Responde mihi. Nunquid & melior est & honestior? Si hæc non sunt, nec beatior quidem est. Rectius viuat oportet, vt beatius viuat: si rectius non potest, ne beatius quidem. Quid porrò, non æquè incredibile videtur aliquem in summis cruciatibus positum, dicere, beatus sum? Atqui hæc vox in ipsa officina voluptatis est audita. Beatissimum, inquit, hūc & vltimum diem ago Epicurus, cum illum hinc vinee difficultas torqueret, hinc insanabilis exulcerati dolor ventris. Quare ergo incredibilia sunt ista apud eos, qui virtutem colunt, cum apud eos quoque reperiuntur, apud quos voluptas imperauit? Epist. 93.

T. Anima. Si cui virtus animusque in corpore præsens, hiẽ Deos æquat: illò tendit originis sui memor. Nemo improbe eò conatu ascendere, vnde descenderat. Quid est autem, cur non existimes in eo diuini aliquid existere, qui Dei pars est. Totū hoc quo continemur, & vnū est, & Deus, & socij eius sumus, & membra. Capax est noster animus: perfertur illò, si vitia non deprimant. Quemadmodum corporum nostrorum habitus erigitur, & spectat in cœlum: ita animus, cui in quantum vult, licet porrigi: in hoc à natura ierū formatus est, vt paria Diis velit, & se in spatiū suum extendat. Nam si aliena vi ad summa nitretur, ma-

gnus erat labor ire in cœlū. Redit, cum hoc iter, ad quod natus est, vadit audacter, & contemptor omnium, nec ad pecuniam respicit: aurum argentūque (illis, in quibus iacere, tenebris dignissima) non hoc æstimat splendore, quo imperitorum verberāt oculos, & auerterunt à cœlo, ex quo illa secreuit cupiditas nostra & effodit. Scit, inquam, aliubi positas esse diuitias, quam quo congeruntur, animum impleri debere non archam. Hunc imponere dominio omniū rerum licet. hunc in possessionem rerū naturæ inducere, vt suarum possessionū orientis occidentisque terminus fiat, Deorumque ritu cuncta possideat, cum opibus suis diuites supernè despiciat, quorum nemo tam lætus est suo, quàm tristis alieno. Cum se in hanc sublimitatē tulit, corporis quoque velut oneris necessarij nō amator sed procurator est: nec se illi, cui impositus est, subiicit. Nemo liber est qui corpori seruit. Nā vt alios dominos, quos nimia pro illo sollicitudo inuenit, trāscas, ipsius morosum imperiū delicatūque est. Ab hoc modò æquo animo exit, modo magno profilit, nec quis deinde reliquiis eius futurus sit exitus, quærit. Sed vt ex barba capillos detonsos negligimus: ita ille diuinus animus egressiuis hominem, quo acceptaculum suum conferatur, ignis illud exurat, an feræ distrahant, an terra contegat, nō magis ad se iudicat pertinere, quam secundas ad editum infantem Epist. 93.

T. Libertas.

Simile.

“

“

Simile.

Necessarium est admoneri, & habere aliquem aduocatum bonæ mentis, & que tanto fiemitu, tumultūque falsorum, vnā denique audire vocē. Quæ erit illa vxor? Ea scilicet, quæ tibi tantis clamoribus ambitiosis exurdato, salubria infusurret verba: quæ dicat, Non est quod inuideas istis, quos magnos felicēsque populus vocat. Non est quod tibi cōpositæ mentis habitum & sanitatē plausus excutiat. Non est quod tibi tranquillitatis suæ fastidium faciat ille sub illis facibus, & purpura cultus. Non est quod feliciorum cum iudices, cui submouetur, quam te, quem lector semita dencit. Si vis exercere tibi vtile, nulli autem graue imperium, submoue vitia. Epist. 93.

T. Fœlicitas.

falsa.

“

“

“

“

“

“

“

T. Sūp.

”

“

“

Diuitiæ sunt magnæ: ad legem naturæ composita paupertas. Res inquieta opulentorum fœlicitas est: ipso se exagitat, mouet cerebrū, non vno modo grauis. Alios in alio iritat, alios impotentia. illos inflat, alios mollit. Horū qui

FOELICITAS.

- » Felices vocantur, hilaritas ficta est: hic enim grauis &
- » sub purpura lucet: non palam tristitia est: eo quidem
- » grauior, quod non licet palam esse miseros: sed inter æ-
- » rumnas cor ipsum exedentes, necesse est agere felicem.
- » Lib. 1. de paupert.

Felix est, non qui aliis videtur esse, sed qui sibi. Vide autem quàm domi sit ista foelicitas rara. Lib. de Remed. Fortuit.

*Initium libri
de vita beata
ad Gallionē
fratrem.*

Viuere, Gallio frater, omnes beatè volunt: sed ad perui-
dendum quid sit, quod beatam vitam efficiat, caligant.
Adeoque non est facile consequi beatam vitam, vt ab ea
quisque eo longius recedat, quo ad illam concitatus fer-
tur. Si via lapsus est, quæ in contrarium ducit, ipsa velo-
citas maioris interualli causa sit. Proponendum est itaque
primum, quid sit quod appetamus. Tunc circumspecien-
dum est, quàm contendere illo celerrime possimus. Quan-
diu quidem passim vagamur, non ducem secuti, sed fremi-
tura & clamorem dissonum in diuersa vocantium, con-
teritur vita inter errores, breuis etiam si dies noctesque
bonæ menti laboremus. Decernatur itaque & quo tenda-
mus, & quàm, non sine perito aliquo, cui explorata sint
ea, in quæ procedimus. Quoniam quidem non eadē hic,
quæ in cæteris peregrinationibus conditio est. In illis
comprehensus aliquis limes, & interrogati incolæ non
patiuntur errare. At hic tutissima quæque via & celebra-
rissima maxime decipit. Lib. de vita beata. cap. 1.

*T. Foelicitas
falsa.*

- » Vides tu istos qui eloquentiã laudant, qui opes sequun-
 - » tur, qui gratiæ adulantur, qui potentiam extollunt? Om-
 - » nes aut sunt hostes, aut (quod in æquo est) esse possunt.
 - » Quam magnas inuicentium, tam magnus inuidentium po-
 - » pulus est. Quin potius quæro aliquid vsu bonum quod
 - » sentiam, nõ quod ostendam. Ista quæ spectantur, ad quæ
 - » consistitur, quæ alter alteri stupens monstrat, foris nitēt.
 - » introrsus misera sunt. Quæramus aliquid non in speciem
 - » bonum, sed in solidum, & æquale, & à secretiore parte
 - » formosius. Hoc eruamus. Nec longe positum est: inue-
 - » nitur. Et paulo post, Interim quod inter omnes Stoicos cõ-
 - » uenit, rerum naturæ assentior: Ab illa non deerrare, & ad
 - » illius legem exemplumque formari, sapientia est. Beata
 - » est ergo vita conueniens naturæ suæ: quæ non aliter con-
 - » iungere potest, quàm si primum sana mens est, & in per-
- petua

F O E L I C I T A S .

petua possessione sanitatis suæ. Potest aliter quoque defini-
 ri bonum nostrum, id est, eadem sententia, non iisdem
 comprehendi verbis. Libet itaque definire, ut beatum di-
 camus hominem illum, cui nullum bonum malumque sit;
 nisi bonus malusque animus. Honesti cultor, virtute con-
 tentus, quem non extollunt fortuita, nec frangunt: qui nul-
 lum maius bonum eo, quod sibi ipse dare potest, nouerit:
 cui vera voluptas erit, voluptatum contemptio.

Licet, si euagari velis, idem in aliam ac aliam faciem;
 salua & integra potestate, transferre. Quid enim prohi-
 bet nos beatam vitam dicere, liberum animum & erectum,
 & interritum, ac stabilem, extra metum, extra cupidita-
 tem positum? Cui vnum bonum sit honestas, vnum ma-
 lum turpitude? Cætera vilis turba rerum, nec detrahens
 quicquam beatæ vitæ, nec adiciens, sine auctu ac detri-
 mento summi boni veniens, ac recedens. Hunc ita funda-
 tum, necesse est, velit nolit, sequatur hilaritas continua, &
 lætitia alta, ac ex alto veniens, ut quæ suis gaudeat, ne
 maiora domesticis cupiat. Quid ni ista penset bene cum
 minutis, & fluuolis, & non perseuerantibus corpusculi
 motibus? Quo die infra voluptatem fuerit, & infra dolo-
 rem erit. Vides autem quam malam & noxiam seruitu-
 tem seruiturus sit, quem voluptates doloresque incertissi-
 ma dominia impotentissimæque alternis possidebunt? Er-
 go ex eundem ad libertatem est. Hanc non alia res tribuit,
 quam fortunæ negligentia. Tum illud oritur inæstima-
 bile bonum, quies mentis in tuto collocatæ, & sublimi-
 tas, expulsisque terroribus ex cognitione veri, gaudium
 grande & immotum: comitæque & diffusio animi, quibus
 delectabitur, non ut bonis, sed ut ex bono suo ortis.

Quoniam liberaliter agere cœpi, potest beatus dici, qui
 nec cupit nec timet, beneficio rationis. Quoniam & laxa
 timor & tristitia carent, nec minus pecudes: non ideo ta-
 men & felicia dixerit, quibus non est felicitatis
 intellectus. Eodem loco pone homines, quos in numerum
 pecorum & animalium redegit hebes natura & ignoratio
 sui. Nihil interest inter hos & illa. Quoniam illis nulla
 ratio est, his praua & malo suo atque in peruersum so-
 lers. Beatus enim nemo dici potest extra veritatem pro-
 iectus. Beata ergo vita est, in recto certoque iudicio
 stabilita, & immutabilis. Beatus est ergo iudicij re-

Est questus magnus pietas cum sufficientia, hoc est, animus sua sorte cōtētus. **Ad Timot. 1. T. Virtus.** *Simile.* **T. Voluptas.**

Beatus est presentibus (qualiacunque sunt) cōtētus, amicūsq; rebus suis. Lib. de Vit. bea. à 2. vsque ad 6. cap. Audacter licet profitearis, summum bonum esse animi concordiam. Virtutes enim ibi esse debebunt, vbi cōsentus ac vnitas erit: dissident vitia. Sed turquoque, inquis, virtutem nō ob aliud colis, quā quia aliquā ex illa spes voluptatem. Primum non si voluptatē præstatua virtus est, ideo propter hanc petitur. Non enim hanc præstat, sed & hanc. Nec huic laborat, sed labor eius quāuis aliud petat, hoc quoque assequetur. Sicut in aruo quod segeti proficissum est, aliqui flores internascuntur, non tamen huic herbulæ, quamuis delectet oculos, tantum operis insumptum est: aliud fuit serenti propositum: hoc superuenit. Sic voluptas non est merces, nec causa virtutis, sed accessio. Nec quia delectat, placet: sed quia placet, delectat. Summum bonum in ipso iudicio est & habitu optimæ mentis: quæ cum impleuit, & finibus se suis cinxit, consumatum est summum bonum, nec quicquam amplius desiderat. Nihil est extra totum, non magis quam ultra finem. Itaque erras, cum interrogas, quid sit illud, propter quod virtutem petam. Quæris enim aliquid supra summum bonum, interrogans, quid petam extra virtutem ipsam. Nihil enim habet melius: ipsa pretium sui est. An hoc parum magnum est? Cum tibi dicam, summum bonum est, infrangibilis animi rigor, & prouidentia, subtilitas, sanitas, & libertas, concordia, & decor: aliquid etiam nū exigis maius, ad quod ista referantur? Quid mihi voluptatem nominas? Hominis bonum quæro, non ventris, qui pecudibus ac belluis laxior est. *Et paulo post.* Tu voluptatem complecteris, ego compesco. Tu voluptate frueis, ego vtor. Tu illam summum bonum putas, ego nec bonum. Tu omnia voluptatis causa facis, ego nihil. Cum dico me nihil voluptatis causa facere, de illo loquor sapiente, cui soli concedis voluptatem. Non voco autem sapientem, supra quem quicquam est, nedum voluptas. Atqui ab hac occupatus, quomodo resistet labori, ac periculo, egestati, & tot humanā vitam circūstrepentibus minis? Quomodo cōspectum mortis, quomodo doloris feret? quomodo mundi fragores, & acerrimorum hostium, tam molli aduersario victus? Quidquid voluptas suaserit, faciet. Aspice Nomentanum, & Aspiciam,

terrarum ac maris (vt isti vocant) bona conquirentes; & super mensam recognoscentes omnium generum animalia. Vide hos eisdem è lectis suis spectantes popinam suam: aures vocum sono, spectaculis oculos, saporibus palatum suum delectantes: mollibus lenibusque fomentis totum laceſſitur eorum corpus. Et ne nares interim cessent, odoribus variis inficitur locus ipse, in quo luxurix parentatur. At contra sapientium remissæ voluptates, & modestæ, ac penè lâguidæ sunt, compressæque, & vix notabiles: vt quæ neque accersitæ veniant, nec quamuis per se accesserint, in honore sint, nec vlllo gaudio percipientium exceptæ. Miscent enim illas, & interponunt vitæ: vt ludû iocumque inter seria. Desinant ergo inconuenientia iungere, & virtuti voluptatē implicare: per quod vitium pessimis quibusque adulantur. Ille effusus in voluptates, atque vagabundus semper ac ebrius: quia scit se cû voluptate viuere, credit & cum virtute, audit enim voluptatem à virtute separari non posse. Deinde vitis suis sapientiã inscribit: & abscondenda profitetur. Ita non ab Epicuro impulsî luxuriantur, sed vitis dedit luxuriam suam in philosophiæ sinu absconderunt, & eò cûcurrunt, vbi audiant laudari voluptatem: & ad nomen ipsum aduolant: quærentes libidinibus suis patrocinium aliquod ac velamentum. Itaque, quod vnum habebant in malis bonum, perdüt, peccandi verecundiam. Laudant etenim ea, quibus erubescant, & vitio gloriantur. Ideoque ne resurgere quidem adolescentiæ licet, cum honestus turpi desidiæ titulus accessit. Lib. de vit. bea. à 19. vsque ad 22. cap.

Quid prohibet in vnum virtutem voluptatémque cõfundi, & ita effici summum bonum, vt idem & honestum & iucundum sit? Quia pars honesti non potest esse nisi honestum. Nec summum bonum habebit sinceritatem suam, si aliquid in se viderit dissimile meliori. Nec gaudium, quidem, quod ex virtute oritur, quamuis bonum sit, absoluti tamen boni pars est, non magis quam lætitiæ tranquillitas, quamuis ex pulcherrimis causis nascantur. Sunt enim ista bona, sed consequentia summum bonum, non cõsumantia. Qui vero voluptatis virtutisque societatem facit, libertatem illam (qua nihil preciosius est) in uictam sub iugum mittit. Nam (quæ maxima seruitus est)

T. V. d'uptat,

„ incipit illi opus esse fortuna. Sequitur vita anxia, suspi-
 „ ciosa, trepida, casuum patiens. Non das virtuti fundamē-
 „ tum graue, immobile: sed iubes illam in loco volubili
 „ stare. Quid autem tam volubile est, quam fortuitorum
 „ expectatio, & corporis, rerumque corpus afficientium,
 „ varietas? Quomodo hic potest Deo parere, & quicquid
 „ euenit bono animo excipere, nec de fato queri, casuum
 „ suorum benignus interpret, si ad voluptatum dolorum-
 „ que punctunculas concitatur? Sed nec patia quidem bo-
 „ nus tutor aut vindex est, nec amicorum propugnator, si ad
 „ voluptates verget. Illo ergo summum bonum ascendit,
 „ vnde nulla vi detrahitur: quò nec dolori, nec spei, nec ti-
 „ mori sit aditus, nec vlli rei quæ deterius summi boni ius
 „ faciat. Ascendere autem illo sola virtus potest. Illius
 „ gradu clius iste frangendus est. Illa fortiter stabit, &
 „ quicquid euenit feret: non patiens tantum, sed etiam
 „ volens, omnemque temporum difficultatem sciet legem
 „ esse naturæ. Et, vt bonus miles, feret vulneia, enume-
 „ rabit cicatrices, & transfuerberatus telis, moriens amabit
 „ eum, pro quo cadet, imperatorem. Habebit in animo
 „ illud vetus præceptum: Deum sequere. Quisquis au-
 „ tem queritur, & plorat, & gemit, imperata facere vi co-
 „ gitur, & inuitus rapitur ad iussa nihilominus. Quæ au-
 „ tem dementia est, potius trahi, quam sequi? Tam me-
 „ hercule quam stultitia & ignorantia conditionis suæ, do-
 „ lere, quod aliquid tibi incidit durius: aut mirari, vel in-
 „ dignè ferre ea, quæ tam bonis accidunt, quam malis.
 „ Morbos dico, funera, debilitates, & cætera ex transfuer-
 „ so in vitam humanam incurrentia. Quicquid ex vniuer-
 „ si constitutione patiendum est, magno nisu eripiatur ani-
 „ mo. Ad hoc sacramentum adacti sumus, ferre mortalia:
 „ nec perturbari his, quæ vitæ nostræ potestatis non est.
 „ In regno nati sumus, Deo parere libertas est. Ergo in
 „ virtute posita est vera fœlicitas. Quid hæc tibi suade-
 „ bit? Ne quid aut bonum, aut malum existimes, quod nec
 „ virtute, nec malitia continget. Deinde vt sis immobilis
 „ contra malum ex bono, vt quæ fas est, Deum effingas.
 „ Quid tibi pro hac expeditione promittitur? Ingentia &
 „ æqua diuinis. Nihil cogaris, nullo indigebis, liber eris,
 „ tutus, indemnis, nihil frustra tentabis, nihil prohiberis.
 „ Omnia tibi ex sententia cedent. Nihil aduersum accidet.

T. Virtus.

T. Virtus.

Nihil contra opinionem ac voluntatem. Quid ergo? Vir-
tus ad viuendum beatè sufficit, perfecta illa & diuina.
Quid ni sufficiat? imo superfluit. Quid enim deesse po-
test extra desiderium omnium posito? quid extrinsecus o-
pus est ei, qui omnia sua in se collegit? Lib. de vita beata,
à 15. vsque ad 16.

Mihi crede, is beator est, cui fortuna superuacua est,
quàm is, cui parca est. Omnia ista bona, quæ nos specio-
sa sed fallaci voluptate delectant, pecunia, dignitas, po-
tentia, aliæque complura, ad quæ generis humani cæca
cupiditas obstupescit, cum labore possidentur, cum inui-
dia conspiciuntur: cõsque ipsos, quos exornant, premunt:
plus minantur quam profunt. Lubrica & inceita sunt:
nunquam bene tenentur: nam vt nihil de tempore futuro
timeatur, ipsa tamen magnæ felicitatis tutela sollicita est.
Lib. de Consol. cap. 28.

Nulla est tam bona foelicitas, de qua nihil queri possis,
Ex Publ. Mi.

Nondum felix es, si nondum te turba deridet. Ex co-
dem.

Si vis beatus esse, cogita hoc primum, contemnere &
contemni. Ex eod.

Vide etiam *Ti. Tranquillitas animi. Ti. Diuitia. Ti. Pauper-
tas. T. Voluptas. T. Luxus: in his enim locis multa de falsa foeli-
citate inuenies.*

Beatarum mentium foelicitas.

Veniet qui te reuelet dies, & ex contubernio foedi, ac
solidi ventus educat. Hinc nunc quoque tu quan-
tum potes subuola, ab aliis, nisi quæ necessariò cohære-
bunt, alienus. Iam hinc altius aliquid sublimiùsque co-
gita intra te, quando naturæ tibi arcana reteguntur, dis-
cutietur ista caligo, & lux vndique clara percutiet. Ima-
ginate tecum, quantus ille sit fulgor, tot sydeibus inter
se lumen miscentibus. Nulla serenum vmbra turbabit,
æqualiter splendebit omnis cœli latus. Dies & nox, æuis
infimi vices sunt. Tunc in tenebris vixisse dicees, cum to-
tam lucem totus aspexeris: quam nunc per angustissimas
oculorum vias obscure intuearis: & tamen admiraris iam
procul Quid tibi videbitur diuina lux, cum illam suo lo-

BEATARVM MENTIVM FÆLICITAS.

» co videris? Hæc cogitatio nihil sordidum animo subssi-
» dere sinit, nihil humile, nihil crudele. Deos omnium
» rerum esse testes ait. Illis nos approbari, illis in futu-
» rum parari iubet, & æternitatem proponere: quam qui
» mente concepit, nullos horret exercitus, non terretur tu-
» ba, nullis ad timorem minis agitur. Quam qui mente
» teneat, quid mori expauct? Epist. 103.

F I N I S.



ALTER TOMVS.

COLLECTANEORVM

MORALIS PHILOSOPHIAE,

qui selectissimas sententias ex omnibus opusculis moralibus Plutar-
chi excerptas & per cōmunes locos di-
gitas, continet.

*PRIMA CLASSIS, IN QVA
ponuntur Tituli ad diuersa genera sta-
tuum, & personarum spectantes.*

DEVS.



Nvs autem Rex & princeps Deus est,
principium, medium, ac finem vniuersi te-
nens: qui via recta pergit, & secundū na-
turam cuncta circuit: quem iustitia sequi-
tur, omnium vltix qui diuinam legem
deseruerint, qua in omnes homines tan-

*T. Dei iusti-
tia.*

“

Qua ratione

*sic Deus i-
mitandus.*

“

“

T. Virtua.

quam ciues natura ipsa dictante, vtimur. Lib. de exilio.

Offenditur Deus his, qui tonitrua, fulmina, radiorum
iaculationes imitantur: delectatur autem his, qui suam æ-
mulantes virtutem, semet in honestate, & humanitate red-
dunt adsimiles: atque hos in maius prouehit, impertiens
suam æquitatem, iustitiam, veritatem, ac mansuetudinem.

Quibus rebus nihil est diuinius, neque ignis, neque lux,
nec solis cuius, nec exortus & occasus astroium, nec ipsa
æternitas, aut immortalitas. Non enim felix est Deus vitæ
spacio, sed eò quod est princeps virtutis. Lib. de doctrina
principum.

*Dei providentia & iustitia.**Simile.**T. Rex.**T. Pena.*

Quemadmodum hyænx fel, phocæque coagulum; æferæ aliæ quàm plurimæ aliquid salubre, ægritudinibusque humanis vtile in se continent: ita quibusdam, qui freno animaduersioneque indigere videntur, Deus amaritudinem quandam tyranni inexorabilem, vel sæuam principis cuiusdam asperitatem immittit: nec prius ab afflictione ac perturbatione desistit, quàm ægritudinem omnem expulerit, penitusque morbum purgauerit. Tale Acragantinis Phalaus, Romanis verò Marius erat pharmacum: Sicyoniis quoque palam Deus prædixit, flagellatoribus indigere ciuitatem. Lib. de sera Num. vind.

Simile.

Quemadmodum imperitus, medici consideratione curægrotum non pridem, sed postea incidere, siue heri non hodie lauerit, conicere haud potest: ita & de Deo firmum quid certum è asserere, non est hominis officium: præter hoc solùm, quod ipse tempus optimè nouit, quo malitiæ medicinam adhiberi conueniat, ac tanquam pharmacum vnicuique præbeat supplicium: quamuis non magnitudine, mensuræque æquali, seu tempore vno eodemque omnibus pariter medeatur delictis. Quod verò animæ medicina, quæ ius ac iustitia appellatur, omnium aliarum sit artium maxima, inter multos alios Pindarus quoque testatur, qui optimum appellat artificem, gubernatorem, & dominum rerum omnium Deum, utpote verè iustitiæ factorem & creatorem, cui soli definire conueniat, quando quomodo, ac quousque scelestorum vnusquisque plecti debeat. *Et paulò post.* Primum, inquit, considerate, quod ex Platonis sententia omnium bonorum se se Deus in medium constituit exemplar: ut humana virtus, quum illi admodum conformis esset, haberet quem imitaretur, totisque sequeretur viribus. Etenim rerum omnium natura confusa cum esset, hoc sortita est principium, ut similitudine ac cognatione quadam diuinæ virtutis & idææ transformaretur, fieretque mundus. Aspectu cuius vir ille naturam quoque nostram attolli asserit, ut rerum quæ sub cælo feruntur admirandarum contemplatione, animus decora & ordinata eligere & amare, discrepantia verò & errantia declinare consuescat. Nulla enim re magis Deo frui concessum est homini, quàm si imitando atque sequendo il-

*Deus imitandus.**T. Contemplatio.*

Jus bona & honesta opera, virtutem vsurpet. Quapropter *T. Mansuetudo & clemencia.*
 si tardè ac lentè illum flagitiosos corripere videmus, non ideo accidit, quoniam ob præproperam animaduersionis
 celeritatem, erroris vel pœnitentiæ crimen vereatur: sed ut
 à nobis feritatem, ac vindictę impetum auferat: doceátque
 non ira accensos, aut cum furor estuat & feruet, rationém-
 que exuperat (veluti cùm sitim ac famem exatiare cona-
 mur) inimicos, qui nos affecerunt iniuria, vlcisci, sed illius
 imitatos mansuetudinem ac cunctationem, deliberare, ac
 hora consultrice nos vindicare, ne protinus impetum sera
 & inutilis sequatur pœnitentia. Rapidæ enim quempiam
 se committere aquæ, leuius (vt Socrates aiebat) est pericu-
 lum, quàm in consanguinei aut contibulis cuiusdam per-
 turbati, ac furore & ira accensi, cadere vindictam, antequã
 deferbuerit, animique resederit affectus. Non enim cùm
 passiones vindictæ proximæ (vt Thucydides dicebat) sed
 quum admodum essent remotæ, honestum ac rectum di-
 scerni posse asserbat. Quam admodum enim ira (iuxta Me- *T. Ira.*
 lanthium) cùm mentem occupat, turpia, indecoraque per-
 petrat: ita ratio, quum furorem animique egritudinem pe-
 nitus sustulit, iusta & moderata peragit. Quare auditores
 quoque humanioribus mansueti reddantur exemplis, vt
 de Platone fertur: qui cùm contra seruulum baculum su-
 stulisset, lōgo sic constitit tempore, iram (vt ipse aiebat)
 puniens & coërcens. Et Archytas, cùm rudi domesticorum
 atque seruorum negligentiam ac ignauiam deprehendisset,
 & inde concitatiōri atque asperiori affectu erga illos se
 ferri intelligeret, nullo maiore eos affectu incommodo:
 sed tātisper abiens, Valet, inquit, quoniam vobis irascor.
 Proinde si hominum dicta memoratu digna factaque iam
 relata, irę asperitatem vehementiamque sedare valent, lō-
 gè æquius est (cùm Deum Opt. Max. qui neminem timet,
 nullius rei indiget, qui nulla pœnitentia duci potest, vin-
 dictam tamen suspendere cenamus, debitumque sceleribus
 expectare tempus) nos quoque illum imitari ac placidos
 reddi, mansuetudinémque ac tolerantiam, diuinæ
 virtutis censere particulam. Quam Deus ostendit, cū pau-
 ços puniendos corrigit, tardius verò animaduertendo,
 multos hortatur, iuuat, ac monet.

Secundò hoc animaduertamus necesse est humanam iu-
 stitiam leges habere, quæ scelera coërcant, & ob singula

DEI PROVIDENTIA.

male facta quid vnumquemque pati deceat, examussim ponderent: vltius verò progredi non audent. Deum verò, cum ægotam animam affligere statuit, longius introspecte, affectusque decernere decet, prudenterque considerare, num aliquando ad pœnitentiam flecti debeat: sicque tempus ad emendanda tribuere scelera. Vbi verò synceri nil inesse deprehendit, malitiàmque perdurare immutabilem cognoscit, protinus vindicare, & pro scelere vlcisci cõuenit. Quos verò ob honesti ignorantiam potius, quàm vitiorum delectu temerè peccare nouit, illis emendandi tempus tribuere solet. Qui si in flagitiis perseuerent, tandem eos quoque pro sceleribus iustè vlciscitur. Haud enim veretur, nequando sibi fuga consulant. Considerate etenim quantè in hominum vita & moribus acciderint mutationes, quòtque à sceleribus & flagitiis ad frugaliorem conuersi sunt vitam. Vnde & conuersio dicta est, cum quis à vitiis se auertit, sanioresque induit mores. *Deinde Plutarchus multorum subiicit exempla, qui hoc modo conuersi, clari imprimis & illustres euaserunt. Deinde subdit.* Siquidem haud mediocriter magnæ aliquando exorbitant naturæ: ob subtilem namque ingeniorum vehementiam efficaciamque quiescere non valent: sed in salo fluctuant, antequam ad stabiles sedatosque mores perueiant. Quemadmodum igitur agriculturæ inexpertus regionem, quam densis cernit obsitam virgultis, plantisque syluestribus incultam, feris refertam, fluminibus ac fontibus variis irriguam, cœnòque plurimo quoquo versum inuiam, flocci pendis: rei verò rusticæ gnarus hæc omnia fertilitatis inditia esse cognoscit, terræque vbertatem hinc discernit: ita & absurda, praua, ac importuna magnæ aliquando producant naturæ: quæ nos confestim (quandoquidem asperitatem ac stimulos haud ferre possumus) præcidi, penitusque eradicari oportere arbitramur. At optimus ille iudex vtile ac generosum ex his discernens, ætatem, horiamque rationis & virtutis cooperatricem (qua natura fructum debitum & opportunum ferat) benigne præstolatur. Et hæc ita se habent.

Simile ab exemplo.

Ægyptiacam verò legem, quæ gravidam, donec pariat, in mortis carcere custodiri iubet, nonne Græcorum quidam consultè transcripsisse videtur? Hac ergo de causa Deus sæpè sceleratos parentes seruat, quod ex eis clarissi-

mos filios nouit nascituros. Deinde Homërum dicentem audite,

Egregia est soboles scelerato nata parente.

Ecce quemadmodum ille, qui nihil decens aut clari vnquam operatus est, optimum genuit filium. Sisyphi quoque nec non Antolyçi & Phlegij genus in gloria & virtute magnorum florere iegum. Pericles quoque Athenis in scelestâ natus est domo. Et Romæ Põpeius Magnus Strabonis fuit filius: quem vita functum Popul. Rom. ob inoffensum odium pedibus conculcauit, insepultumque proiecit. Nunquid igitur absurdum, si quemadmodum rusticus spinas haud extirpet priusquam asparagos collegerit: ita Deus scelestam, ac perniciosam, ac regij generis stirpẽ haud antea euellat, quàm fructus debitus ex eo sit productus & generatus? Lib. de sera Num. vind.

Simile.

Obiciunt nonnulli aduersus æquitatem diuinę iustitię illud Euripidis.

Crimina sæpe luunt nati scelerata parentum

Si enim qui deliquerunt, iam pœnas exoluerunt, haud decet eos qui nihil iniusti egerunt, plecti. Quandoquidem nec illos qui facinora peregerunt, de vna eadẽque re bis supplicium subire, iustitię seu æquitati consonum esse cõsetur. Quo pacto ergo Deorum iræ confestim tanquam flumina nonnulla euanescent, ac longè post super alios emergentes, ad vltimas perducunt calamitates? Quid mihi cum præclara parentum facta nobilitent filios, scelerata dehonestent? Decet enim si virtutis ac nobilitatis honorẽ in genere nostro retinere cupiamus, rationabiliter quoque ob scelerum vltionem permanentem haud indignari, sed rectè hæc inuicem concurrere, ac æqualiter dignèque conuerti estimemus. Nam genitum ab eo ex quo genitum est, fecerni, seu abesse, tanquam opificium quoddam constructum, minimè potest. cum ex ipso, non ab ipso genitum sit, ita & pars quædam & debite honorandi, & iustè plectendi contineatur, circumferaturque in semetipsa. Non igitur mirum nec absurdum cum ex illis procedant, si ob eorum facinora vindictæ quoque partem desumant: quandoquidem quę apud homines beata censentur, propter illos cõsequuti sint ac possideant. Lib. de sera Num. vin.

Vt parentum nobilitas pro- manat ad filios, ita etiã p r. n. tum de- decora.

Præterea in vindicandis sceleribus, qui aliud quid iustum quàm improbitatem sanare existimat, indignaturque *Deus quos- dam iust,*

DEI PROVIDENTIA.

*ut alios emē
det, sicut me-
dicus aliis
mēbris pro-
pter aliorum
salutem me-
dicamentum
adhibet.
Simile.*

cūm medicum cernit per viam longe diuersam ad curan-
dum procedere morbum, medicamentaque ob alia per a-
lia insinuare (veluti qui venam incidunt, vt ab ophthal-
mia leuentur) ille profecto vltra sensum haud longe pro-
spicere videtur, nec considerat præceptorem (quum ex pue-
ris aliquem corripit) cæteros admonere, ac Imperatorem
(cum decimum quemque tollit) omnes ad officium redu-
cere. Proinde non solūm parti corporis ob partem aliam,
sed & animæ propter animam longe plusquàm corpori
ob corpus vexationes, passiones, ac emendationes accide-
re solent. Lib. de sera. Num. viii.

Bion, Deum cūm in sceleratorum animaduertit filios,
longè magis ridiculum esse asserit, quàm medicum, qui
ob aui & patris morbum nepoti seu filio medicamentum
ponigit. Cæterum alicubi res ineptè & absurdè se habent,
alicubi verò conuenientes ac similes existunt. Nam qui
oculorum dolore vexatur, seu febricitat, non ideo melius
habet, quoniam alteri emplastrum seu collyrium adhibe-
ri conspicit. At scelestorum supplicia ideo manifestè cun-
ctis ostenduntur, quoniam vindictæ cum ratione inflictæ
officium est, alios per aliorum animaduersiones compe-
scere ac cohibere. Proinde Bionis assimilatio si rectè dis-
cutiatur, cernere erit, veritatem illum latuisse. Lib. de sera.
Num. viii.

*Prepropera
Numini
dicta cur
fiat.*

Si quis tum scorpioni aculeum inseri credit, cūm pun-
git, aut echinis venenum infundi, cūm mordent, fatuè ac
stultè credit: ita non sit sceleratus quisque, cūm manife-
stus redditur: sed ab initio insitam retinet prauitatem: tem-
pore vero, datæque opportunitate ac facultate fur surri-
pit, tyrannusque leges transgreditur. At Deus vniuscui-
usque affectum ac naturam haud ignorat, vt pote qui ma-
gis animæ quam corporis scrutator existit. Quapropter
non eousque pœnam differt, quo ad violentia manibus,
impudentia voce, intemperantia pudendis perficiatur: sed
medicinæ gratia mœchum, auarum, & flagitiosum quan-
doque corripit; vt maliciam, tanquam morbum comitia-
lem, priusquàm cuncta occupet, tollit, ac penitus aufert.
Cæterum paulo antè indignabamur, quoniam tardè Deus
in scelestos animaduerteret: nunc vero quoniam nonnul-
lorum habitum & affectum (antequam iniuriam perfici-
ant) occupat ac præuenit, accusamus: ignorantem, sæpius

præterito futurum esse grauius, occultumque manifesto. *Judicia Dei*
 longè deterius ac terribilius. Vnde neque causas, ob quas *occulta.*
 aliquando improbos tolerare, aliquando veìò adhuc de-
 liberantes præuenire satius existat, intellectu nostro com-
 prehendere valemus. Cæterum non omnia parentum deli-
 cta in posteros Deus conuertit: sed quorum natura gene-
 ris cognationem imitari, aut referre solet; illos vindicta
 scelerum exagitare consuevit. *Simile.* Quemadmodum enim pro-
 genitorum acrochordones ac lenticulæ quandoque in fi-
 liis haud apparent, attamen in nepotum corporibus erum-
 punt (nam & mulier quædam Græca, cùm nigrum enixa
 esset infantem, ob idque adulterij damnata, progenies
 Aethyopis quæta inuenta est) ita plerumque mores ani-
 mæque passionés quas priores generationes celabant, na-
 tura longo post tempore producit, ac per alios ostentat &
 repræsentat. Lib. de fera. Num. vin.

Dei opificium.

Quis vero testudines docuit, posteaquam viperam co-
 mederint, origano pasci? Quis Creticas capras sagit-
 tis percussas dictamum, quo gustato, spicula statim
 è corporibus excidant, persequi monuit? Etenim si di-
 cas horum optimum naturam esse magistrum, in excel-
 lentissimum ac sapientissimum principium ferarum pru-
 dentiam refers.

Perdices pullos fugientes se occultare, ac supinos ia-
 centes se gleba terre pedibus apprehensa, cooperire docet.
 Ciconiarum quoque pullis vides in tectis parentes adesse,
 vt periti inexpertis præsto adsint ad volandum. Lucinæ
 veìo pullos suos cantare prædoent. Ac si qui capiantur *T. Educatio*
 adhuc rudes, in hominumque manibus nutriantur, peius *florum.*
 canunt: vt qui ante legitimum tempus à doctore subtrahiti
 sint. Lib. de liberis educandis.

Anima rationalis.

Quemadmodum si careamus Sole, per reliqua astra *Sensus nisi*
 perpetuam egerimus noctem, vt ait Heraclitus: ita *ratio adsit, ni-*
 quod ad sensuum virtutem attinet, nisi mens homi- *hil cõferunt.*
 nibus adsit, & ratio, nihil in hac vita à brutis differamus
 oportet. Lib. de fortuna.

Quam validissimum quodque animantium natura sua

ANIMA RATIONALIS

probè nouerit uti, aliis cornua armorum vice accipientibus, aliis stimulos, dentes aliis, & (ut scriptum reliquit Empedocles) Echinus acutis telis horrendoque dorso plurimum est formidabilis (ut addã in super alia vestiri squamis, alia villis, multaque armari unguis asperimis) solus homo (ut meminit Plato) nudus, inermis, nec calceatus, nec penulatus à natura relinquitur, contenta tamen unum illi dedisse, quod omnia moliat, nempe rationem, curam, & prudentiam. Iam dispiciamus quam tenue sit robur humanum, & tamen industria pluiima conficiuntur terra marique, & summis montium iugis, quæ miranda prorsus videntur. Equorum leuitas insignis, miraque perniciositas nunquid non hominis ingenio paret suo cursu? Et ca-

T. Prudẽtia. num iracundia in pugnam procliuis, nunquid non defendit hominem? Sic pisces & fues non modo cibant, sed & delicias præstant ad luxum. Præterea quid maius habet natura elephanto, aut quid terribilius? atqui ludis hominum iam dudum paruit ille in spectaculis. Discit enim saltare, tripudiat in choreis, & honorem exhibet geniculatione. Et hæc quidem recensere, existimauimus opere præcium, quo perspicuum fiat, quatenus hominem euehat prudentia, quatenus præstare etiam faciat ceteris, ac potenter dominari. Non enim pugiles & palestritæ sumus, atque cursores omnium optimi, sed animantibus aliis longe inferiores planè vincimur in iis rebus. Porro experientia, vsuque longo, memoria, sapientia, & bonis artibus, Anaxagora teste, bona illorum nobis vsurpamus. Mel colligimus, & lac mulgemus, conferimus ac tradueimus omnia in usum nostrum, ita, ut nullæ hic sint fortunæ partes, sed totum agit consilium & industria. Lib. de fort.

T. Sup. Perinde atque dux Iphicrates respondit ad reprehensionem sibi indicatã, quod non esset armiger, non sagittarius, aut scutifer (Noui, inquit, omnibus iis imperare, & illorum uti opera) sic ratio atque prudentia non est aurum, vel argentum, non gloria, aut opum ingens vis, neque ite sanitas, robur, aut famæ præstantia. Quid est igitur? Nimirum ipsa, quæ iis omnibus rectè atque decenter uti potest, & cuius beneficio quodlibet horum plurimum suaue redditur ac iucundum, nec minus utile & honorificum. Quod si in rebus omnibus hac sola careas, acerba, infrugifera, molestaque fiant protinus reliqua necesse est; ita, ut domi-

num rerum suarum etiam pudeat. Lib. de fort.

Non est adeo pusillus ac leuicularum rerum curiosus Deus, ut si nihil diuini nobis inesset, seu ad illius similitudinem firmi quid ac durabilis inditum foret (sed foliorum instar, ut Homerus ait, marcesceremus, breuique omnino corruperemur) tantam nostri curam gereret, ac rationem haberet.

Et mox. Si placet, alios omittamus Deos, solumque huc nostrum consideremus, qui ut primum animas mortuorum a corporibus tanquam fumum aut nebulam exhalasse nouit, placationes varias defunctis instaurare, honorisque ingentes ac uenerationes solenes tribuere iubet: scilicet ut credentes circumueniat ac decipiat? Ego equidem animae immortalitatem asserere haud desinam.

Et paulo post. Vna igitur est ratio, quae diuinam pariter prouidentiam humanamque animae immortalitatem ostendit ac confirmat, nec alterum repudiare, alterum vero amplecti. Cum enim post obitum anima supersit, admodum decet, imò necesse est, illam aut praemiis, aut affici supplicis. In vita enim quemadmodum athleta decertat: cum vero certamen peregerit, tum debitum ex merito consequitur.

Ceterum quo pacto anima, cum illic existit, ob antea actam vitam remuneretur, siue plectatur, nil certi, siue quod affirmare audeamus, viuentes habemus. Id enim penitus nos cecelatum est ac latet. Vindictam vero, quae ob maiorum facinora in filios ac uniuersum debacchatur genus, manifeste aliquando cernimus. Quandoquidem multos a sceleribus auertit, ac ne similia audeant, deterret ac admonet. Cum vero nulla alia magis acerba, nec quae anxio afficiat tristitia, sit poena, quam cum quis cernit suos ob sua ipsius male acta pati incommoda & affligi, admodum ueritati consonum ac credibile esse uidetur, animam impij ac flagitiosi uiri grauius torqueri, cum post obitum conspicit non statuas aut honores quosdam subuerti, sed liberos, amicos, genere propinquos, ac domesticos maximis subiici tormentis, & ob suam scelestam vitam poenas luere grauissimas. Lib. de seia. Num. Vind.

Affectus & passionibus animae.

Philosophi quidam mihi ignorasse videntur, quod quisque nostrum uere duplex compositusque est: nec illam animi dupliciter prauidisse: sed tantum perspicuam illam quae est animi & corporis commixtionem.

T. Hominis dignitas.

T. Dei prouidentia.

Dei prouidentia & Anima immortalitas simul defenduntur.

Ti. Insignis damnatorum poena.

AFFECTVS ANIMAE.

Et mox. Humanus animus pars vel seētum quum sit vni-
 uersi & rationibus numerisque ad illorum cœlestium e-
 xemplum compactus, nec est simplex, nec vnius modi. Sed
 alterum habet intelligentiam & rationem (quam præstare
 naturaliter imperarēque homini conueniens est) alterum
 vero turbulentiā affectum habet, impōsque rationis
 est, & erroribus refertum, & sua vi suāque sponte inordi-
 natum. Quæ verò animi pars affectionibus obnoxia est,
 quanquam propria caret ratione, alioqui tamen vt eam
 audiret, ad ipsāque se conuerteret, cederet, & informare-
 tur, natura facultatem concessit, nisi in totum perdita pro-
 fligatāque existat. Qui autem admirantur, quomodo pa-
 rere rationi possit, id quod rationem non habet, hi mihi
 non videntur mente complecti, quantē sint rationis vires,
 quò penetrent, occupando & ducendo non duris quidem,
 nec renitentibus modis, sed informantibus, & ad ceden-
 dum parendūque disponentibus. Quæ res est omni ne-
 cessitate ac violentia efficacior. Quandoquidem spiritus,
 ac nerui, & ossa, & reliquæ corporis partes ratione carent.
 sed cū animi motus oritur, quatiēte quasi habenas ratio-
 ne, omnes intenduntur, & expediūtur, & parent. Pedes ad
 cursum parati, manūsque ad iaciēdū atque capiendū id ani-
 mo cogitante, sunt præstō. *Et post pauca.* Sed his præter-
 missis libenter eos interrogarē, si canes, & equos, auēsque
 domesticas vident consuetudine quadā, & educatione ac
 præceptione voces prudentes reddere, rationique obtem-
 perantes, motus, & habitus, actionēsque moderationem
 quandam & vtilitatem nostram continentes, Homerūm-
 que dicentem audiunt, Achillem equos hominēsque hor-
 rari solitum ad pugnam: cur adhuc admirantur, ac dubi-
 tant, id quod irascitur in nobis, & cupit, & dolet, & lata-
 tur, obedire prudentiæ, ab eaque affici, cū & incola sit,
 nec abscisum, nec extrinsecus factum, neque vlla necessita-
 te aut plagis formatum: sed à natura dependeat, cum eo
 semper versetur, educetur, & consuetudine compleatur ac
 more? vnde rectē appellati sunt mores. Sunt enim mores,
 vt compressè dicam, qualitas animi ratione vacātis. Quod
 nomen inditum fuit, propterea quod qualitatem hanc &
 differentiam à more ipse animus irrationalis à ratione
 confirmatus capit. Cui quidem non est consilium, com-
 motiones animi & affectus stirpitis euellere: nec enim
 potest;

*simili ar-
 gumentum.*

Mores quid.

potest, neque opus est, nec expedit: sed terminum quendam & ordinem ei præscribere, moralésque virtutes constituere. Quæ quidem sine affectione motúque non sunt, sed symmetriæ ipsorum & mediocritates. Imprimis enim informátque ipsa prudéntia commotarum affectionú vim, habitúmque constituit vrbánum. Vnde si perperam à ratione ductam & recta fuerit affectio, vitíum existit: sin probè, emergit virtus. Lib. de virtute morum.

Iam verò & animi affectiones indicant, corpus ad morbum esse propensum. Nã sæpenumero fit, vt occupet quosdam tristitia nullam ob causam idoneam oborta, aut metus spes repente extinguens, idque cum nihil appareat, cur sit metuendum. Redduntur autem & iracundi, sic vt facile commoueantur, & ob rem quantumlibet leuem indoleant. Lachrymanturque ac mœrent, quoties mali vapores & exhalationes amaræ condensatæ animi circuitus, vt inquit Plato, præpediunt occupantque. Quamobrem quibus acciderint ista, considerent ac memineunt oportet, si nulla res animi sit in causa, tum corporale quippiam esse, quod subductionem aliquam atque temperantiam requirat. Lib. de tuenda bona valet.

Adolescentia, Senectus.

Sicut hyemi necessaria per serenitatem parari conuenit. ita & boni mores, & optimum ad senectutem viaticum, modestia in ipsa iuuentute reponatur. Lib. de liber. educ.

Iuuenes vehementes ac temerarij sunt, & in appetitibus inflammati, & furentes, & rabidi propter sanguinis copiam, & caloris. At in senibus concupiscentiæ fons, qui quidem est in iocinore, restringitur, paruúsque fit & imbecillis. Viget autem magis ratio, affectibus vnà cum corpore tabescentibus.

Vir & vxor. Matrimonium.

Quid est, quod noua nupta cum in matrimonium datur, ignem & aquam iubetur attingere? An quod ignis purgat, aqua verò circumfert ac lustrat: vxoré vero puram & castam permanere oportet?

Quid est, quod nec plures nec pauciores, sed quinque

tantummodo faces in nuptiis accendunt, quas cereos appellant? An quòd cum plurimis in rebus numeris vtantur, tum ceteris melior ac perfectior sit, & ad nuptias impar numerus conuenientior atque aptior habeatur? Par enim numerus & interuallum suscipit, & eius paritas aduersatur ac pugnat. Impar verò omnino scindi non potest, sed si diuidatur, semper aliquid commune relinquit. In Problematibus.

Cur institutum est, vt mulieres cognatos ore osculentur? An, vt multi putant, quod his vini vsus interdictus esset, & idcirco ne bibentes laterent, sed domesticorum congressu redarguerentur, osculandi consuetudo introducta est? An magis hoc tributum est mulieribus, quò simul & honore & potestate auferentur, si multos cognatos ac propinquos habere viderentur? An quod cognatorum connubus lege prohibitis, hoc comitatus genus ad osculum vsque processit, & hoc solum cognationis signum & communicatio relicta est? Superioribus enim temporibus, quæ se aliqua necessitudine attigissent, vxores non ducebant, quemadmodum ne nunc quidem sorores. Sed nò ita pridem factum est, vt neptes vxores ducere permitterent. In problem.

*Hinc commendantur
Ecclesia leges.*

Quid est, quod nouam nuptam ipsum limen transcendere non permittunt? An quod qui primas mulieres rapuerunt, sic eas domibus intulerunt, non ipsæ ingressæ sunt? An eò inuitæ ingredi videri volunt, vbi pudicitiam sunt amissuræ? An quod potius signum est, ipsam non sua sponte domum exituram, nec suos relicturam fuisse, nisi cogere, quemadmodum vi coacta ingressa esset? Nam apud nos quoque in Bœotia currus axem pro foribus cõburunt, significantes, sponsam intus manere oportere, tanquam eo sublato, quod eam asportatum fuerat. In problem.

*Enagatio
& discursus
fæminis interdicitur.*

Quid causæ est, quod sponsam introducentes, iubent dicere, Vbi tu Caius, ego Caia? An ita cum viro quasi paciscitur, vt omnia communia sint, & pariter imperent, nec aliud his verbis ostenditur, nisi vbi tu dominus ac domus compos, sic ego domus domina atque hera? An magis propter Caiam Cæciliam honestam sanè mulierem ac bonam, vni ex Tarquinij liberis collocatam, cuius in Sæctæ templo statua ex ære posita est? inerant iam pridem sandalia & colus, pudicitæ & industriæ suæ certa monu-

menta. In Problem.

Cur mense Maio vxores non ducunt? An, vt quidam dicunt, Maius à maioribus natu appellatus est, Iunius à iunioribus? Nuptiis verò accommodatior est iunior, vt inquit Euripides. Nam senectus Venere valere sinit, ipsaque Venus semibus infensa est. In probl.

Cur corū, qui vxores ducunt, comam hastæ cuspide discernunt ac discrimināt? An statim discunt vxores viris fortibus & bellicosis coniūctæ, seu eorum & minimè effœminatū & tenuem cultum, ac virilem ornatum probare quē admodum Lycurgus in foubus & tectis pauetem facientes, terebra tantum ac securi vtendum, aliis instrumentis abstinendum ratus, omnem intemperantiam & superfluos sumptus funditus sustulit? In probl.

Pater, filius, filiorum educatio.

SI quis illustriū esse natoiū pater optat, id ei proponendum arbitror, vt ne vilibus aut abiectis sese deuinciat mulieribus: quales meretrices sunt, aut pellices. Quib⁹ enim vlla ex patre vel matre innata est macula, eos quoad vita supersit, indelenda quædā ignobilitatis conuicia commitantur, quę increpare capeiēque volentibus in p̄optu magnopere sunt. *Et pauci interiectis* Dignissimū est, ait, eā animi magnitudinem collaudare Lacedæmonioiū, qui idcirco regē Archidamum pecuniis multauerunt, quoniam pusilli corporis mulierē matrimonio capere passus erat: subinde dicētes, quòd ille non reges, sed reginas eis ædere cogitasset. Post hæc deinceps dicatur, quod maiores nostri haud neglexisse vidētur. Quid nā illud est? Vt qui se mulieribus generandæ gratia sobolis admouent, hi omnino sobrii, aut vino saltē modestissimè delibato, congressum faciāt. Quibus enim ex initio, vt à genitoribus per ebrietatē seminarentur, accidit, ij vini auidi ac temulenti nimirum esse solent. Ea propter cum Diogenes quendam ex temulētia alienatæ mentis adolescentulū desipere cerneret: Adolescētule, inquit, ebrius te seminavit pater. Et de genitura quidem hætenus. Lib. de lib. educ.

Quod matres eos, quos progenuerunt, nutrire alerēque conueniat, ipsa etiam natura demonstrat vnicuique animalium generi quæ pariunt, idcirco simul & lactis alimenta suppeditauit. Eius quoque sapientem fuisse,

PATER, FILIVS.

providentiam constat, quæ duplices mulieribus mammæ addidit, ut si gemellos peperisse contigerit, duplices ad alendum fontes haberent. præterea ut maiorem in eos, quos procreassent, amorem benevolentiamque fouerent. Vbi sup.

Nouella ætas ad fingendum facilis & tenera est, & ipsorum animis (dum molles adhuc extant) disciplinæ melius distillantur. Difficilius autem quæ dura sunt, molliuntur. Quemadmodum enim sigilla mollibus imprimuntur ceris: ita & doctrinæ (dum puerilis adhuc animus est) insculpuntur. Aptissimè igitur diuinus ille Plato nutrices admonuisse videtur, ut ne fœuolas ac turpes fabellas pueris mandent, ne illorum animos ex initio stultitia & corruptis imbuant moribus Pulchriè igitur Phocilydes poëta monuit.

Dum tener est gnatus, generosus instruat mores.

Et post pauca. Haud ab ie antiquus ille Crates dicere solebat cui si licuisset, ubi in altissimam vrbis partem conscendisset, se vociferatum aiebat, Quorsum ruitis homines, qui omne in comparandis pecuniis vestrum studium facitis, filiorum verò quibus eas relinquatis, nullam sanè curam suscipitis? Quibus addendum esse censeo, quod hi patres haud aliter faciunt, quàm qui magnam calceorum sedulitatem habent, cum interim pedem ipsum patui pendant. Multi verò sunt parentes, in quibus adeò numerorum amor, pariter & filiorum odium sæpenumero increuit, ut ne maiora impendant salaria, nullius existimationis homines natis suis deligant, vilissimorum preciorum disciplinam ipsam insectantes. Ob quam rem Aristippus haud insulsè, quia vrbano plurimum sermone quendam mentis inopem patrem carpsit. Quopiam enim ex eo percontante, quantam instruendi gratia filij mercedem postularet, mille drachmas dixit. Ille verò hercle, ait, permagnum postulat. Seruum enim comparare mille drachmis possum. Duos, inquit, habebis seruos & filium, & quem mercaberis. Quid autem his admirandis accidat patribus, postquam filios male nutrierint, malèque instruxerint, dicere aggrediar. Nam cum sumpta vili toga salubrem ac bene institutum viuendi ordinem aspernantes, ad immodestas atque seruiles sese præcipitant voluptates, tunc ita liberos erudisse poenitet: cumque nulla extat utilitas,

Simile.

fese ob illorum peccata discruciant. Lib. de lib. edu.

Illud etiam assero, ad honesta pueros exercitia non plagis aut verberibus, sed monitis ac rationibus adduci oportere. Omitto enim ea magis seruos decere quàm liberos, qui durari vigescunt, & ad labores sustinendos, nunc ob plagarum dolores, nunc ob contumelias horrent. Liberalibus autem pueris maiorem laudes ac vituperia, quàm verbera, commoditatem afferunt. Illæ enim ad honesta concitant, hæc à turpitudine cohibent. Mixtum verò & alternis vtendum erit, obiurgationibus & laudibus. Postquam vehementer obiurgarint, pudore agendum erit, rursusque laudibus reuocabunt, iisque imitandæ nutrices erunt, quæ vbi infantes lugere coegerint, vbera denuò ad eos solandos admouent. Cauendum autem erit, ne immodicis elati laudationibus intumescant, quoniam nimis demoliri laudibus franguntur. Lib. de liber. educat. *Simile.*

Cæterum illa non minus quàm superiora, quin longè magis adolescentibus exercenda: ea sunt eiusmodi. Sine molitie vitam esse degendam, continendâ linguam, nam sibi subicere, manus comprimere. Lib. de lib. educ.

Præter hæc omnia, id quod sanctissimum est, pueri vera proferre consuefiant. Mentiri enim seruile est vitium, & à cunctis mortalibus odio insectandum, nec quod apud mediocres etiam seruos veniam promereatur. Lib. de lib. educandis.

Ante omnia opus est, vt patres non solum nihil peccando, verum etiam honesta singula peragendo, manifestum sese filiis exemplar exhibeant: vt ita eorum vitam, quasi quoddam speculum, intuentes, ab operum simul & sermonum turpitudine se penitus auertant. Nam si quis delinquentes acriter obiuret filios, tùm is in eisdem illabatur errores, hic nempe ignorare videtur, sub illorum nomine sua se inculare crimina Lib. de lib. educand.

Cæterum crebriò audiui, quòd is demum sequitur Deum, qui parente noit rationi. Itaque sic habeto, dum inuehes relictâ pueritia in viros proficiunt, illis, si rectè sapiant, non reuiciendum esse imperiũ, sed duces duntaxat mutandos, dum in conductitij illius pedagogi vicem, diuinũ, hoc est, ipsam rationem vitæ moderatucẽ suscipiũt. Cui quicumque parent, merito liberi sunt appellandi, eo

*Ti. Libertus
vera.*

PATER, FILIVS.

quod soli qui discunt, quid velle debeant, ita viuunt vt
volent. Lib. de officio auditoris.

Sm'e.

Quemadmodum noui hospites & peregrini in rempu-
blicam recepti, multa ægrè ferunt & inculant, quæ indi-
genis & legum assuetis non modo non sunt molesta, sed
etiam grata & iucunda: sic è re iuuentutis apprimè fuerit,
si longo tempore circa philosophiam educata, disciplinæ
illius rudimenta imbibere consuescat: quandoquidem ex
ipsis prægustamentis, quæ præceptionum philosophica-
rum recipiunt per mistionem, non aliter atque ciuis ali-
quis ad philosophiam accedet: cuius peculiare est offi-
cium, duce ratione viros, eosque absolutos efficere, atque
ea in re verum decus ætati iuuenili apponere. Lib. de offi.
audit.

Canere discunt homines, saltare, literas, agri culturam,
equo insidere, calceari, vestiri, pocula ministrare, & coque-
re. At, quæ demètia est ô mortales! cùm hæc omnia præter
disciplinã non liceat commodè agere, vt vos probè homi-
nes vitã instituire, nulla disciplina, nulla adhibita ratio-
ne aut arte, sed fortuitò putetis contingere? Adde quod vir-
tutem cùm discendam negamus, prorsus planè tollimus,
quando disciplina generatio quædam est, qua foetus in a-
nimo discantis à doctore proficiscitur. Itaque si à discen-
do mortales cohibeas, & doctrinam omnem sustuleris, vi-
deberis haud dubiè cuncta extinxisse, rebûsque ipsis per-
petuum inuexisse interitum. Ceterum, vt autor est Plato,
ob pedis ad lyram imparilitatem, dum malè cõuenit cum
modulatione saltatio, neque frater vnquam cum fratre
pugnam capessit, aut amicus dissidet ab amico, vrbésve
inter se hostiliter decertant, vt extrema quæque & face-
re & pati cogantur. Ad hæc in ædibus priuatis inter ma-
ritum & vxorem nulla adhuc nata dissensio est super te-
lis, straménne an trama subtegmen ipsum vocetur. Et hæc
quidem cùm ita se habeant, nemo tamen libro protinus,
aut telæ, lyræve manum admouet, nisi peritus. Nam e-
tiam si non sit periculum, nequid inde accidat incommo-
di: tamen ridiculum se fieri, ac cunctis haberi ludibrio,
quis est quem non pudeat? Et nos adhuc putabimus,
rem familiarem gnauiter administrare, rempub. coniu-
gium, & principatum, mutuûsque vicissim pro rei digni-
tate respondere officiis, inexpertis ac rudibus citra

erratum & fortuito accidere? Si non sunt mortales disciplina meliores, periisse impendia dixeris, quæ sunt in pædagogos, à lacte ipso primum pueros in disciplinam accipientis. Nam ut nutrices manibus effigiant corpus: *Simile.* ita illi mores componendo, primum virtutis vestigium collocant. Vnde Spartanus ille rogatus, quid commodi afferret præceptorum opera? Honestæ, inquit, illi faciunt, ut pueris etiam sint iucunda. Lib. de docenda virtute.

Quemadmodum medici amara quædam venena dulcibus immiscentes succis, comitem utilitatis amœnitatem inuenerunt: ita & patres increpationum rigorem mansuetudine temperent est necesse. Lib. de lib. educ. *Simile.*

Doctor & Auditor.

Qui, ut aliquam rem adeas, hortantur quidem, sed nihil ipsi suggerere, nullamue rationem, quoniam pacto id fieri oporteat, afferre videntur, sanè non illis ab-similes sunt, qui lucernæ, ut ardeat, lychnum emungunt, & manu contrectant, cæterum olei nihil omninò infundunt. In Politica. *Simile.*

Philosophiæ doctrina non est cuiusmodi statuarum ar-tifex, ut signa fingat, quæ in basi muta stent, & sensus expertia, quemadmodum dixit Pindarus, sed agilia studet facere quæcunque aggreditur, negotiosa, viuâque. *T. Philoso-phia.* Addit impetus, quibus excitentur: addit iudicium, quod inuiter ad vtilia: addit delectum, quo sequamur potiora: addit prudentiam animique magnitudinem, cum mansuetudine cautelâque coniunctam. Libr. de disput. phi-*Dis simile.* losoph. *cc*

Copiam ipsam immodicam ac vanitatem dicendi præ-terceas velim: ac summo studio fructum orationis sectari coneris. Neque ea in re puellas imiteris, quæ ad ferta concinanda fragrantissimos quosque flores deligunt, opus sanè iucundum ac volupe, quis nesciat? cæterum nullius frugis, ac duntaxat diurnum. Sed apum te potius mo-*Dis simile.* neat exemplum, quæ plerunque in prata volant, violis, ro-sis, & hyacintho cõferta, atque illis tamè neglectis, Thy-mum accedunt, florem asperimum atque amarissimum, illique insidunt, flauum mel conficientes. Inde, vbi acce-perint quæ visa fuerint commoda, auolantes, ad domesti-ca negotia reuertuntur. Ad hunc sanè modum auditorem *Simile.*

DOCTOR ET AUDITOR.

castum & studiosum decet, delicata & florida ornamenta verborum, rerumque adplausibilem quandam vim nil aliud quam pratorum herbam, vnde nihil mellis conficiatur, putare, missaque facere, atque sua ipsius attentione in mentem sermonis & dicentis affectum irreperere, vnde ad se trahat, quod bonum sit ac conducibile. Proinde meminisse, quod non in theatrum, neque ad cantationem, sed ad scholas venerit, vt ex sermone vitam emendet. Quis enim ferat te in tonstrina surgentem, mox assistere speculo, & contractu capitis caesariem contueri, num probe sis tonsus: & a scholis (vbi sermonem audisti) non protinus teipsum contemplari, & ex animo tuo discere, quid miseriae, implacabilitatis, aut immodestiae decesserit, quantum factus sis tranquillior atque iucundior? Quando non tam verè quam eleganter dixit Ariston, Neque balnei vllam esse vtilitatem, neque orationis, vnde non prodeas purior. Lib. de officio auditoris.

Simile.

Non sum in ea sententia, qua bona pars mortalium, qui philosopho in cõmuni docente applaudunt, dictisque illius mirè capiuntur: verum vbi de rebus priuatis tempestiue & liberè quosdam seorsum carpit & admonet, id isti insectantur, & superuacaneum esse putant. Audiendos esse philosophos credunt in scholis haud aliter, ac tragædos in theatris, nempe ad finem: & in his extrariis negotiis nihil vtròsque inter se differre. Lib. de off. audit.

Sunt iursus aliqui, quos constans tenet opinio, in concione totum negotium dicentis humeris incumbere, auditoris nihil: praemeditatum enim ac praeparatum accedere dignum putant oratorem: auditores ipsos nihil, aiunt, necesse est. Sed irruere licet improuidos in illa quae ratione constant, praeter vllam rationem, ac assidere incertes, veluti ad conuiuas in symposio, vbi laborantibus aliis, nihil agant, quam vt voluptate fruantur. Lib. de off. aud.

Non conuenit monita salubria auersari, quae incitant ad virtutem, etiamsi, ceu pharmacum aliquod, acria videantur ac mordacia. Minimè preterea ferendi sunt, qui huiusmodi verbo tacti, mox oculis in gyrum rotatis, toti sudant, aestuque animi flagrant protinus pudefacti. Quanquam intolerabilius est, & ingenij penitus deplorati, si quis iuuenis ad scomma rideat, & dum non pudet, nihil commouetur. Totum enim id accidit peccandi assiduitate, &

inueterata consuetudine: quemadmodum in carne callo obducta, quæ in plagis vibicem non suscipit. Quemadmodum igitur à medico sectus, si mox aufugiat, nec patiarur se obligari, dolorem quidem sensit, ac curationis utilitatem non expectauit: sic qui vulneranti, ac mordaci sermoni morum prauitatem non exhibet sanandam, à philosophia discedit accepto morsu ac dolore: cæterum nihil interea promouit. Lib. de off. aud.

*Simile.
Simile.*

Proficientium Status.

Celebre est illud Hesiodi poëtæ,
*Paruula sitentes super adiecisse pusillæ,
Idque frequens peragas, magnus cumulatur aceruus.*

Non equidem aptè de augendis opibus solùm dicitur, sed cùm ad res omnes, tum vero potissimum ad virtutum incrementa, morésque absolutæ integritatis duce ratione quæritos, non absurde quadiabit, si eò conferas. Lib. de profectu morum.

Primum autem argumentum, quo te sentias in virtutis studio profecisse, est amoris immensitas. Non enim si depereas mulierem, ex eo apparet, quod præsentia illius te oblectat. (Quandoquidem commune id est omnibus, amatis gaudere), sed si mordicus eam retineas, ægréque diuelli te hinc patiare. Videas equidem non paucos, qui cupidi admodum feruntur ad philosophiæ studia: verum mox ubi ad alia diuertent negotia, effluit affectus puor, nullóque dolore torquentur philosophiæ desiderio. Non contenta est philosophia, vt præsentia duntaxat nos amore sui capiat, veluti vnguenta, quorum absentia nemo discerniatur: sed in ediam quandam sitimque oportebit concipere, sicubi auellimur: talique argumento intelligere utique licebit, nos verè profecisse. Li. de prof. morum.

*Primum iudicium profec-
tus, amor
hemens.*

Disimile.

Huic primo iudicio profectus circa virtutem, confine est vetustissimum illud Hesiodi, viam ad eam sudoribus struentis, documentum (hoc est, asperam non horrere viam) etiamsi documentum hoc iam non admodum sit obuium, aut celebre: nimirum quia omnis eò tendit cura, vt leni tiamite, facili, & compendioso incedamus. Labores & molestiæ philosophiam à lumine salutantibus ab initio solent contingere: haud aliter atque, iis qui teriam in nauigatione

*Secundum aspe-
ram non hor-
rere viam.*

PROFICIENTIVM STATVS.

ex oculis iam visam amittunt, alteram illam ad quam tendunt nondum assequuti. Dum enim communia ista solitaque eis subtrahuntur, necesse est (priusquam meliora intelligant, eisque fruantur) in medio interim fluctuare, & plerumque retrò labi. Id quod Sextio illi Romano iam olim vsu venit, qui vrbanos honores fascésque (quibus sese ob philosophiæ studium abdicauerat, negotio parùm feliciter primo procedente) doloris impatientia rursus affectauit. Huc pertinet Diogenis item Sinopei exemplum memoriæ proditum, qui dum Athenis philosophiæ studiū auspicaretur, fuisse tum insignem aiunt festiuitatem, sumptuosas cœnas & opiparas, spectacula, conuentus celebres, ac congressus, conuiuiaque in lucem vsque protracta: Diogenem interea in quodam angulo fori ponectum, membris ita compositis, vt somnum caperet, verum cogitatione plurima distractū, & animo irrequieto turbatum, quod præter vllam necessitatem in tam monstrosam laborisque plenam vitam descendisset philosophiæ studentium. Proinde dum solus ipse sibi incumberet, vniuersis bonis mortalium, delictisque gratissimis sese spoliaret, hæc, inquam, dum tacitus animo secum volutaret, fama est, murem circum micas de pane illius decedentes occupatum à viro au fugisse, qui mœsto atque attonito animum reddiderit, his seipsum verbis compellanti: Quid istuc rei est ô Diogenes? Hunc murem dilicatè pascis, id quod tibi etiam ex necessario superest, tūque vir tantus vicem doles tuam, qui cum istis epulonibus non insides virenti mollique stragulo, ac simul inebriaris? Dum igitur huiusmodi auocamenta virtutis viam ingresso obsistunt, retròque trahere moliuntur, & ratio hominis clam repugnat, ad respondendum parata, conceptam facile dirimens ægritudinem, ea verò non leuis coniectura est, felicitis cuiusdam circa virtutem profectus.

Tertium non irritari aliorum derisione, vel detractionibus. T, Scandalum.

Ceterum ioci pueriles salésque ridiculi, dum in philosophiæ tyrones iaciuntur, non raro offendunt illos atque deiciunt. Non absurde igitur promouisse quispiam hoc indicio se intelliget, si placido & tranquillo sit animo, ita vt nihil commoueatur quibuscunque dictis, nihilque reluctetur. Potissimum autem conuitia, & ludicra huiusmodi irritamenta ab aulicis in luxu & otio viuentibus excogitantur. Qui itaque tali septus est robore, cæque pollet

animi constantia, vt prorsus ista queat negligere, is plane dignus habetur, quę philosophia suis cōdecoret dotibus. In confesso autem est, ita natura comparatum esse, vt isti quos nulla tangit admiratio virtutis, sedulò curent, quo ab aliis celebratū lacerent atque insectentur. Itaque licebit aliquando per speciem stultitię & malevolentię terga dare hominibus, & rursus sapienter atque rectè ea quę ipsi tantopere eleuāt & suspiciūt, animo constanti cōtemnere. Conferentes enim vana illa atque caduca nostris, cōditionem nimirū philosophię protinus meliorem effecerimus. Exemplū in hac re abunde magnum & efficac nobis præstitit Solon. At nos, inquit, cum istis non commutabimus virtute diuitias. Quandoquidem hæc nostra in tuto sunt, fortuna vicissim suas opes modo concedit, modo diuipit. Et Agesilaus cū de rege magno sermo incidere, Ecquid, ait, maior est nobis, nisi iustitia præstet? Lib. de profectu morum.

Est præterea non mediocris commutatio rerum, quę in sapientię studio solet accidere, dum (vt ingenuè dicā) scita illa Philosophorum atque decreta, quisque pro sua accipit opinione, atque etiā lucro. Alius perinde ac volucres omnia ad splendorem rerum naturalium, & acumen subtilitatis, glorięque appetentiā confert. Ille catelis nō absimilis, vt ait Plato, laniatu gaudet morsuque, & ad iuras atque contentiones sophisticas penitus flectit iter. Bona pars dialecticis artibus sese inuoluunt, meros agentes sophistas, victum quoque inde parantes. Rursus inuenias, qui sententias recitant illustrium, & historias apponunt, quemadmodum Anacharsis dixit, videre se Græcos numismate ad nihil aliud vti, quàm ad numerandum, eisque ad hunc modum inutiles, qui in numerato habēt verba, neque aliū fructum in commune cōferant. *Et pauci interiectis.* Curandum ergo, vt nō tam philosophorum libros perpetua lectione reuoluamus, aliosque audiamus docentes, quàm rerum copię verborūque intendamus animum. Neue potissimum eò insiliamus, vbi maior est difficultas, & dictorum quædam imparilitas, prætermissa ea parte, quę est succulenta, pinguis, & frugifera. Sed & in poëtis atque historicis cautro adhibenda est, ne inter verborum nitorem & elegantiam elaboratur, quod ad morum correctionem attinet, affectuūque noxtorum alle-

*Mali bonis
cur detrahāt.*

“

“

“

“

“

“

“

*T. Virtutis
decus.*

“

“

“

“

“

*Quartam ad
que quisque
audiat legi
ad virtutem
referre.*

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

Simile.

uiationem . Sicut enim floribus insidens apicula , flauum mel, vt ait Simonides, ex succo conficit, quum alij nihil præter colorem, odorémque in illis admirentur: ita appellentibus alijs animum ad poëticam lusus cuiusdam & voluptatis gratia, nos contra intuentes id, quod est operæ-precium, decet altius quiddam in ea re sapere. Iamque videre est eos, qui Platonem euoluunt & Xenophontem solius eloquentiæ comparandæ gratia (in quibus videlicet magis relucet Attici sermonis puritas) quo pacto illam colligant, veluti rorem aut puluerem: non admodum dissimiles iis, qui pharmaci odore capiuntur & nidore, sanandi vim & purgandi negligunt. Lib. de profectu morum.

Simile.

Quintum ex omnibus rebus philosophandi occasionem arripere.

Sunt præterea, qui maiori fructu proficiunt non solum ex doctrina & literis, verum etiam ex spectaculis, ac quibusuis alijs negotijs norunt ad bonam frugem suis incrementis proficere, dum opes ad eam rem idoneas vndique consarcinant: id quod ferè de Æschylo ferunt suisque similibus. Sic Brasidas dum murem inter caricæ corripere, ac mox dimitteret accepto morsu, O Hercules, ait, quàm non est vllum animal tam exiguum & infimum, quod pro vita non dimicet, pœnasque ab infestatoribus vltices sumere non audeat? Diogenes item bibentem quendam è manu conspicatus, mox poculum è pera ceu superuacaneum abiecit. In hunc equidem modum si quis attendat, & amplificet studia, expertus nimirum atque peritus rerum euadat oportet, dummodo congerat omnia ad germina virtutum. Videas enim nonnullos etiamnum discentes, qui mox ad ostentationem omnia conferunt, hoc solo respectu ex Philosophia quidquid licet decerpentes, vt mox in forum vel iuenum coctum, aut certè veluti circulatores in regium conuiuium apportent. Verum ij plurimum falluntur opinione, dum putant id esse philosophari. Perinde atque si quis credat, vulgo commisturas & pharmaca populo vèdere, id esse mederi, dum longè aliud medici sciamus esse officium. Deinde non admodum differt sophista huiusmodi ab Homerica illa voluci, quæ pullis implumbus id pabuli, quod nacta est, in os mittit, suo corpori nequicquam profuturum. Ita enim accidit ei, qui alijs non sibi Philosophatur. Atque adeò necessaria est hæc cautio, ne philosophemur sine fructu. Nobis enim imprimis confert philo-

Simile.

Simile.

Sextum, ostentationem & rixas fugere.

sophia, maximóque est vsui: erga alios autem præter doce-
re & discere, inanis quædam ostentatio & ambitio plerú-
que se prodit. Idque potissimum, quando altercandi mate-
ria & lites quæstionibus subinde implicantur, finisque to-
tus in eo constituitur, vt sermones veluti lora quædam pi-
læque per manus vicissim tradantur. Eóque magis iam in-
tenditur animus, vt vocibus inconditis obstrepamus, &
omnia diumpere magis videamur, quàm docere quippiã,
aut discere. Proinde in hac re benignum se exhibere & pla-
cidum, ita vt in alienam minimè descendas, & per iracun-
diam non dissoluas, quæ in commune sunt prolata, neque
conuiciis inuectis in eum, quem reprehendas, aut inique
feras illatam contumeliam, euidentis planè documentum
est, hominem in philosophiæ studio promouisse Lib. de
profectu morum.

*Sedata distē-
tatio, sapien-
tiæ, & profe-
ctus indic. n.*

Qui iecta ad virtutem contendunt, eos decet per occa-
sionem vsu rerum exercitari potissimū. Deinde quod huic
est proximum, applausum, qui oratores manet, strepitum-
que theatricum non plurimum facere. Tantum autem abest,
vt aliquantisper progressus in sapientiæ studio, non reti-
ceat apud aliquos, si quid laigitus sit amico, aut operis
quippiam præclarè gesserit, vt etiam iniqua suffragia per
laigitiones, aut potentis cuiuspiam intercessionem pro se,
amolum adnitatur: non respiciens ad munera, quanquam
hinc fames, hinc sitis premat. Quippe satius fuerat, solidã
noctem cum inedia agere, quàm cum virtute veròque bo-
no pugnam inire. Ita planè Agesilaus vitam instituit, dum
tacitus bona sua secum circumferret, abunde magnus buc-
cinator ipsemet sibi. Letabatur enim ex animo, quod testis
sibi esset idoneus spectatòique bonorum, intus rationem
certo sibi commorari ostendens, iamque egisse radices,
posteaquam iuxta Democritum adsueuerat ex sese volu-
ptatem accipere. Vt autem agricolis periuicundum est vi-
dere spicas inclinatas ad terram & nutantes (nam quæ ob
lenitatem sursum tendunt, inanes esse creduntur) ita philo-
sophastu quidam vani, nihil habentes ponderis aut gra-
uitatis, elato sunt animo, & in habitu, incessu, vultuque ni-
hil præter merum fastum, aliorumque præ se contemptum
produnt. Perस्पicum est igitur, eis qui fructum ex philo-
sophiæ studio percipere moluntur, deponendum esse pro-
tinus quidquid vanum est & arrogans. Et quemodmodum

*Septimum nō
captare ap-
plausum.*

*T. Bona con-
scientia.*

“

“

“

“

“

“

“

*T. Presum-
ptio Arro-
gantia.*

Simile.

*T. Modestia
sapieniæ co-
mes.*

» è vasis liquorem aliquem recipientibus aër inanis expel-
 » litur: sic, qui in philosophiæ studio veris implētur bonis,
 » fastum exuunt, mitiorémque de se concipiūt opinionem,
 » parum iam barbam iactantes & pallium, dum omne stu-
 » dium ad interna transfertur.

» Adde quod sibi seueriores tum fiunt, magisq̄ue rigidi,
 » alius contrā benigni & placidi, Denique non vsurpant so-
 » litam Philosophiæ gloriam insignéque nomen, sed in mu-
 » tuis colloquiis dum super ea re incidit sermo, abundè satis
 » factum est, si quis bonæ indolis nouitius prædicetur.

» Huc pertinet quod à Menandro non minùs verè quàm
 » eleganter dictum est, Complures videlicet esse qui Athe-
 » nas nauigent philosophiæ gratia, primum sapientes, dein-
 » de sapientiæ amantes, ac mox Rhetores, neque ita multo
 » post idiotas, rerúmque omnium ignaros sese appellare.
 » Quo enim magis cuique ex Philosophia accedit iationis,
 » eò plus decedit fastus & arrogantia. Lib. de prof. morum.

*Septimum,
 si peccas, cor-
 rectionem
 admittere.*

» Animaduertendum præterea, quo pacto in morbis com-
 » munibus, vt in dentium aut digitorum dolore, confestim
 » medicus quæritur, quum tamen grauioribus malis impli-
 » citi, veluti phrenetici, atra bili, insaniaque affecti, ob mor-
 » bi vehementiam, quam minimè sentiunt, non recipiāt me-
 » dicum, sed aut explodunt, aut fugiunt. Atque in eum mo-
 » dum quicumque peccant, & monitoribus vitia corrigenti-
 » bus sunt asperiores, hi profectò malo laborant non admit-
 » tente curationem: contrāque, omnes equo ferentes animo
 » reprehensionem, bonam spem exhibēt melioris cuiusdam
 » habitudinis. Qui enim sese ingenuè offert corripientibus,
 » peccatum profert, malum fatetur, non passus latere aut i-
 » gnorari, proditque corrigenti adiunctis etiam precibus, is
 » demum specimen præstiterit non contemnendi in philo-
 » sophia progressus. Nam quisquis ad bonam frugem ex cor-
 » ruptis moribus peruenire desiderat, opus habet, autore Dio-
 » gene, diligenti amico, vel acri feruidoque hoste, vt pec-
 » catum fugiat aut correptus, aut certè humaniter ac blan-
 » dè curatur. Lib. de prof. morū.

*Octauum, in
 somnis nihil
 flagitiosum
 videri.*

» Estimare iam liceat, quam frugiferum sit, quod Zenon
 » scriptum posteritati reliquit, dum iubet ex somnis depre-
 » hendere, num profecerit quispiam in studio virtutis. Si e-
 » nim in somnis nulla capitur voluptate erga turpitudinem,
 » neque graui inhiat crimini, quo se contamnet, prorsusque

nihil videt cum vitio & foeditate coniunctum, consentaneum est, omnia in tuto esse posita. Tum enim imaginaria hominis virtus simul cum ea, quæ affectibus est obnoxia, rationi subiectæ ac parentes, non aliter atque fundus synceri amnis & tranquilli, liquido apparent. Quemadmodum igitur iugales equi ab auriga recta currere instructi, non deserunt viam, illo etiam habenas remittente, sed perpetuo cursu non aberiant à præscripto: sic quibus bruti affectus iam in totum sunt domiti, & sub iugum rationis missi, certi sunt, quod nec in somnis nec in morbo facile recalcitrant, aut delinquant. nihil enim agent præter solitum, eodem tenore perdurantes. Lib. de prof. morum.

Simile.

Quoniam autem vera atque perfecta indolentia res est magnifica, prorsusque diuina (quam appellare nobis hæc licebit profectum, siue promotionem circa virtutem, lenimento quodam & remissione conflata affectuum) par est, ut diligenti indagine facta, certoque iudicio primum nos ad ipsos affectus, deinde illos inter se cõparemus, quo verius constant accessionum discrimina. Illud autem efficietur, intelligendo malorum desideria in nobis iam esse remissiora, quam fuerint olim. Lib. de prof. morum.

Nonum, affectus noxios experiri sedatores.

Aduertendum etiam, num in victus ratione rigidiores nobis ipsis, an licentia nimia simus laxiores. In rebus gerendis maturitate vtamur, an inconsulta temeritate, admiratione item hominum atque virtutis potius tangamur, quam contemptu. Itaque sicut morbis in alias corporis partes migrantibus, solitasque relinquentibus, spes de sanitate concipitur: ita prauorum affectuum commutatio in eos, qui minori periculo videantur ferendi, donec prorsus explodantur, profectus nimirum est ad meliora non ineuidens argumentum. Lib. de prof. morum.

Simile.

Argumentum quoque profectus idoneum id erit, si mox imitati conemur, quod nobis est admirationi, seduloque probatur. Exemplo esse poterit Themistocles Atheniensis, qui solus inter omnes municipes noctes agendo insomnes, Miltiadis trophæa, inquit, me excitant, & quietem capere non sinunt. Quibus verbis id planè edocuit, se non tam præconem esse virtutis & admiratorem, quam præsentem sectatorem, & virtutis in bono æmulum. Dum igitur verum bonum in hunc modum diligere ordimur, ut non solum ex Platonis sententia beatum iam animo reputamus

Decimum, virtutem quam admirari & vitium fugere.

PROFICIENTIVM STATVS.

virum illum egregium, sed etiam parem felicitatem tribuimus auditori, qui sermonem ex ore eius prodeuntem excipit: imò verò habitum, hominis incessum, aspectum, risumque cum admiratione diligimus, ita vt ad illius exemplum totos nos ipsos componere gestiāmus, eique perpetuo adhærere, tunc planè licebit fateri, nos haud dubiè in virtutis tramite profecisse.

*Vndecimum, virtuti conu-
cti non for-
mulate.*

Præterea inuenias nonnullos, qui non tam bonis gaudent, felicibusque hominum dotibus, quàm ipsis ineptiis veluti balbutie & pallore, nimirum amantium more. Nam Panthæ mulieris lachrymæ ac luctus, imò ipsa quoque animi indignatio & malignitas virum Araspem attonitum in amorem reddiderunt. Lib. de prof. morum.

*Duodecimū, cauere peccata
etiā minima,
quæ nos ve-
malia nuncu-
pamus.
Simile.*

Iam si libeat, præter ea quæ recensuimus indicia profectus, & hoc item non parui momenti adiungas velim, ne quis peccatū aliquod reputet exiguum, sed sollicitè quoduis caueat atque deuitet. Vt enim qui se diuites fore desuperant, impendia exigua flocci pendunt, nihil magni efficere illa credentes, si tenui aceruo accesserint (at spes ditescendi nihil negligit quantuncunque exigui lucelli, eoque magis auget æris appetentiam, quo propius ad motæ fuerint opes) sic haud dubiè vsu venit in negotiis per virtutem gerendis: non enim illic locum habet indulgentia, vt dicas, hoc per pusilli momenti ad istud est. Nam si id quod est minimum semel ingressa fuerit scelerum peruersitas, licentia concessa patiendi ea, ad quæ alioqui sumus propensi, corruere nimirum & contaminari simul reliqua animi bona necesse est.

Simile.

Cæterum qui sepem construunt aut aggerem, nihil sunt attenti, cuiusmodi sit lignū aut lapis: accipiunt enim quidquid casus obtulerit, & inter hæc columnam aliquam è sepulchro fortè collapsam. Id quod ferè agit vulgus sceleratorem, omne opus in suum quæstum vtcunque accideat conglomerans & corradens. Porriò qui proficiunt in studio virtutis, vitæ suæ non aliter atque plano cuidam aut regie aureum subiiciunt fundamentum, nihilque temerè admittunt in tale opus, sed ad rationem veluti amissim omnia redigunt atque componunt. Lib. de prof. morum.

Simile.

Sacerdos.

Quid

Quid est, quod Flamen Dialis mortua vxore sacerdotio se abdicat? An eodem tempore vxor vnà cum viro cōlecratur, quemadmodum multa sunt in facis, quæ ab sente vxore agi nequeunt? Ptiore autem amissa, alteram statim superducere tūm difficilè est, tum verò iniquum atque impium. In Problem.

Sacerdotum etiam Gentium bigamia prohibetur. Quid hic hæretici dicent, qui vnum caput rebus sacris & prophetis præficiunt.

Cur igitur sacerdotibus nec magistratum capere nec petere permittebatur, & tamen lictore vtuntur, & sella curuli ob honoris causam & consolationem, quominus ægreferrent, si à magistratibus arcerentur? An quod cū certum esset & statutum tempus sacrificij, regum verò opera & actiones incertæ ac minimè præfinitæ, fieri non poterat, vt cū in idem sæpenumero tempus incideret, idem vtique adesset sed vtriusque vrgentibus, sæpè oportebat, vt altero relicto nunc Deos coleret, nūc ciuibus noceret. In Probl.

Rex, Princeps.

Qui apiaria curant, & ipsis apibus ære & vsu nutriēdis operam sedulò dant, quas ingenti bombo & strepitu de cellulis conspiciantur prodire, validas eas atque vberes esse coniectant: quem verò Deus ciuili examinis curæ atque cultui præfecit, quiete eius atque mansuetudine populi felicitatem potissimum metitur, & coniectura consequitur. In Politica.

Disimile.

Tit. Mansuetudo.

“

“

Tit. Religio.

“

“

“

“

Aristoteles ad Antipatrum scribens Alexandro, inquit, prædicabile id ac præ se ferendum est, non modo quod complurimis gēribus imperiter, sed etiam quod iectam de diuinis præter alios opinionem habere possit. Lib de tranquill. animi.

Alexander adolescens, vix dūm ad eò puerili ætate exacta, Babylonem ausus est Susâque illa sperare. Babylonem Susâque dico? imò verò gentium omnium imperium spōdere ipse sibi, triginta peditum millium, quatuor equitum numero fretus. Egregium verò permagnūque ei fortuna viaticum in hanc expeditionem septuaginta prærogauit talēta, vt Aristobolus prodidit, triginta dierum comatus. At enim inconsultus temerariūque Alexander tā spernendo apparatu in tantas opes profectus? Minimè. Quis enim maioribus vnquam pulchrioribūque rerum opportunitatibus fretus ad res gerendas profectus est? animi magnitudine, rerum intelligentia, moderatione, forti-

tudine, quibus eum rebus Philosophia ad hanc obeūdam expeditionem instruxerat. Profecto ab Aristotele præceptore plusculum quàm à Philippo patre habens potiendarum rerum instrumentum, in Perſas tranſiit. Non enim Alexander (quemadmodum Aristoteles ei autor fuerat, vt Græcis se ducem, Barbaris Dominum præberet, vtque illos vt amicos & necessarios honori haberet, cum his veiò vt cum belluis, atque adeò stirpibus ageret) ita sese comparans, exilis (quæ plerunque bellorum semina sunt) discordiisq; infidis imperium suum fœdauit. Verùm quum se diuinitus missum communem vniuersorum disceptatorem existimaret, constituendisq; mundi rebus arbitrum, quos verbis inter se conciliare non poterat, armorum vi subigens, in vnum omnis componens, perinde atque propinatio poculo vitas, mores, connubia, viuendi instituta miscens, patriam quidem omnes orbem terrarum existimare voluit, cognatos verò viros bonos, alienigenasq; prauos: ad hæc Græcos & Barbaros non chlamydem, non pelram dirimere, sed Græcos virtute potius, Barbaros vitio internosci. Demaratus, vt aiunt, Corinthius hospes amicūsq; Philippi, quum Alexandrum Susis vidisset, gaudio perfusus & illachrymans, ingentis dixit gaudij exortos fuisse Græcos qui antea obierant, quandoquidem Alexandrum non vidissent in Darij solio sedentem. Equidem quod ad me attinet, quibus id Græcis cernere licuit, eos non magnopere beatos censuerim duntaxat propter hoc spectaculum, vtpote quod fortunæ fuerit, vulgariūmq; regum: illa verò visenda augustaque sponsalia auidè mihi spectaturus fuisse videor, quum sub vno auro insigni tentorio coacti in eisdem penates, eandemque mentam centum Perſidibus sponsis, totidemque Macedonibus & Græcis, coronatus ipse, primus hymenæum orsus, & tanquam Philothesium canticum accinens, maximis potentissimisque populis in amicitiam coeuntibus, vnius ipse sponsus, omnium verò auspex idem & conciliator, hos cum illis legitimo coniugio vinciebat: præcupidè enim dixissem, I nunc barbære stolidèq; Xerxes, multis tenelicquam laboribus iungendo Helesponto angito, hoc potius pacto mentis reges compotes Asiam Europæ iungunt, non lignis, non ratibus, non inanimis affectuūmq; expertibus vinculis: sed amore legitimo, castis coniugis,

T. Cōiugiū.

liberorum pignoribus, gentes inter se vincientes. Ceterum Alexander Persarum cultu inspecto, Medorum quidem vestem admittere noluit, Persicam verò sumpsit illa longè viliores: ex barbarico enim ornatu insolentissima quæque, & propè dixerim, tragica, respuens; miscellaneum quoddam gestamen ex Persico Macedonicoque habitu instituit, ut autor est Eratosthenes, diuersis quidem ut Philosophus utens, ut communis autem imperatorque rexque clementia præditus, honore vestis habito; eorum quos armis obtinuerat, animos sibi concilians, quò magis in fide permanerent Macedones, ut sibi imperantes amore, non odio ut hostes prosequentes. Belluas captantes homines, ceruorum sibi tergora obuoluunt, plumatisque tuniculis amiciuntur, qui ad aucupia exeunt, taurorum conspectum vitant, qui puniceas vestes gestant, ut elephantorum qui candidas nimirum quod iis coloribus irritentur, & efferentur bellæ. At magnus ille rex gentes indomitas ferarum in modum mansuefaciens, vernaculis eas vestibus assuetisque viuendi institutis demulsi, placidioresque reddidit, cum animi eorum iniquitatem ad obsequium reuocans, tum verò aegritudinem leniens. Haud quaquam enim Asiam latrocinijs modo persultans, lacerare passim diuexareque instituit, perinde atque prædam spoliisque insperatæ felicitatis futuram; quemodo postea Annibal Italiam, & antea Terres Ioniam, & Scythæ Mediæ inuaserrant: verum vni omninò verbo omnia quæ vbiq; terrarum sunt, audientia, & vnum vnica reipublicæ populùm cunctos homines efficere volens, ita se comparabat. Videamus iam Alexandri voces, quando quidem regum principumque mores maximè ex vocibus depromuntur. Antigonus senex, sophista quodam ei commentariolum de iustitia inscriptum porrigente: stolidus es, inquit, qui quum me videas alienas vrbes vexantem, nihilominus apud me sermonem de iustitia habeas. Dionysius tyrannus censere se dictitabat, ut pueros talis, sic viros iureiurando fallendos. In Sardauapali inscriptam monumento hoc visitur: Hæc habui quæ volauit: quæque per iniuriam abstuli? Quis istis dixeris tum voluptariam vitam neget, tum impietatem, tum iniuriam, violentissimamque improbitatem promi? Ab Alexandri dictis regia modo insignia, natalisque tolle, iam Socratis aut Platonis aut Pythagoræ

cc'
cc'
Totum hoc exemplum in carnationis dominice mysterium mirè representat.

Simile.

videbuntur. Sed nunc non illas expendimus verborū insolētiās quas simulachris eius poëte, statuisque insculpere solent, non ad ipsius modestiam respicientes, sed opes potius & potentiam attendentes: cuiusmodi illud est?

Aereus in cœlum suspectans fare quid aiat:

Iupiter, afferui terram mihi, tu affere cœlum.

Et rursus. Alexander ego Ioue natus. Hæc igitur poëta, ut diximus, fortunæ ipsius blandiētes affingere soliti sunt. At verò vsurpatorum ab ipso re vera dictorum, puerilia primum percensenda sunt. Hic igitur quum pedum peiuitate æquales omnes facile præstaret, amicis ut ad Olympia se conferret flagitantibus, sciscitatus est, num reges Olympiæ certaret? Quibus id negantibus: Iniquum, inquit, certamen esse oportet, in quo victori quidem priuato esse licet, regi verò victo. Quū pater eius Philippus apud Triballos fœmore lancea traiecto, periculo liberatus, morore tamen angeretur claudicantis cruris deformitate: Sustine, inquit ille, pater, ne vereare in publicum te agere, quò magis virtutis ingrediendo memineris. Hæc & huiusmodi alia nonne animi dicta sunt philosophiæ præceptis imbuti, qui honesti splendore captus, flocci iam faciat corporis detrimenta? At si quando Homeri carminū perpésio, aut in ludis literariis, aut super conuiuū fieret, alio aliud, ut fit, præponēte, hoc ipse ut oīm præstāssimū probabat.

Regnatóque bonus, simul atque acerrimus hasta.

Videlicet interpretatus, quà laudem Homerus aliquot antea sæculis de Agamemnone temerè scripsisset, legem hanc sibi latam esse, adeò dicere solitum feriunt, eodem versu Homerum Agamemnonis virtutem commendasse, Alexandri verò vaticinatum esse. Philosophici porò animi est, sapientiæ amore capi, sapientésque viros in primis suspicere. Hoc in Alexandro ut in regum fuit nemine. *Ad hoc probādum commemorat Plutarchus magnifica dona quæ in aliquot insignes Philosophos Alexander contulit, Deinde subdit.* Iam verò eum Diogene ipso ad Corinthum agente collocutus, adeo vitam eius obstupuit, animique eius dignitatem admiratus est, ut sæpè quum in mentionem eius incidere, diceret: Nisi Alexandei essem, Diogenes forsitan essem: id est, literarum studiis me addicerem, nisi re ipsa philosopharer.

Ut siuges aëris temperie liquidioréque cælo exuberant,

haud secus bonæ artes , eximiâque ingenia benignitate, honorificentia, humanitatéque regia euocantur , contrâque inuidia, sordibus, morositate eorum, qui rerum potiùtur restinguuntur & languescunt. Alexander Phereorum tyrannus tragœdum quendam cum spectaret, supra modum in misericordiam versus est, ita afficiēte eum aurium voluptate. Profiliens igitur ex theatro accelerato gradu abiibat, indignum esse fremens , si qui tot ciues excarnificatus sit, is Hecubæ Polyxenæque casibus illachrymasse videretur. Nec multum abfuit , quin tragœdum malè mulctaret, videlicet quod animum eius tanquam ferrum mollierat. Scytharum rex Antæas Ismeniam tibicinem bello captum, iussit super cœnam canere. Omnibus autem admirantibus & piæ voluptate plaudentibus, iureiurando affirmavit, suauius se interdum æquum hinnientem audisse, vsque adeò aures habebat à Musis abhorrentes , animamque in præsepis , imò vero audiendis a sinis quàm æquis appositiorē . Quod igitur artium augmentum apud huiusmodi reges ? Quis artibus honor , aut Musis haberi potest?


Alexander Hephæstionem aliquando castigans , vt fertur, cum Crateio similtates exercentem. Quæ tandem, ait, tuæ sunt opes, aut quod tuum facinus, si quis tuum tibi Alexandrum demat? Hoc itidem nunc ego ad illius aui fortunam dicere non dubitauim. Ecqua tua amplitudo, ecqua tua gloria! Nunc vbi tua potentia, nunc vbi inuicta virtus, si quis tibi Alexandrum dempserit: Si quis, inquam, dempserit in armis peritiam , in opibus liberalitatem , in magnificentia moderationem, in certaminis discrimine fiduciam, in victoria clementiam? Agè fac, si potes , alium magnum ducem, vt opibus liberaliter non utatur: vt non antè acies suas progressus discrimina subeat: vt amicos honori non habeat: vt non in captos misericordem se præbeat: vt in fruendis voluptatibus sibi temperare nequeat: vt in occasionibus benè gerendæ rei non immineat: postremo vt in victoria exorabilis non sit. Iam verò quis magnus in potentatu cum stultitia & flagitijs? Tolle virtutē fortunati hominis, iam vsquequaque patuus erit, in conferendis beneficijs ob sordidam parsimoniam, in exudandis laboribus ob mollitiem , apud deos ob superstitionē, erga bonos ob inuidiam , inter viros ob socordiam: inter

Regii mores.

Simile.

mulieres ob affectus voluptarios. Et ut ignari artifices cum panis simulachris magnas subiiciunt bases, magis conspicuam reddunt illorum exiguitatem: ita ampla fortuna, cum in pusillum animum incidit. Idcirco non in habendis rebus, sed in utendis magnitudo sita est.

Sunt qui victorias Alexandri fortuna tribuant. Quibus ita Plutarchus respondet. Num etiam à fortuna temperans, aut beneuolente fortuna temperans fuit? Aut num fortuna præsidio quodam munito animum eius securum præstare potuit, ut ne à voluptatibus lancinaretur, neu libidinibus sauciaretur? Atqui hæc & huiusmodi erant, quibus Darium vicit: cætera armorum equorumque strages erant, prælia, cædes, fugæque hominum. Ut enim magnus propter fortunam fuerit, maior certè vel ob id ipsum, quod fortuna recta usus est: quoque magis fortunam extuleris, virtutem eò magis commendaris, nempe propter quam dignus fortuna fuit. Reges alios efficiunt fortunæ beneficia, ad noua honorum insignia promouentia nec opinantes. Alexandro verò quid supra dignationem? quid citra sudorem? quid incruenta victoria? quid citra pulueris, ut dicitur, tactum? postremo quid illaboratum obtigit? Amnes sanguine mixtos bibebat, quos cætorum corporibus iunctos traieciebat: herbam fame enectus edebat, quam primam offendisset: obituras altis niubus gentes adit: vrbes sub terrammersas excidit, pugnanti maria nauigauit, arida Gedrosiorum, Arachosiorumque littora premensus. Quod si ut hominè, ita fortunam affari liceat, ita sane dixerim: Nuncubi tu, aut ecquando Alexandri rebus gestis aditum præbuissti? ecquod tandem saxum incruento per te Marte cepit? ecquam ei urbem præsidio vacuam obiecisti? ecquam inermem phalangem? ecquis auxilium rex ignauus, aut imperator socors, aut dormitabundus custos inuentus? ecquis amnis facile comestibilis? ecqua mediocris hyems? ecqua æstas non infesta? Apagesis hinc fortuna, facesse ad Antiochum Seleuci, facesse ad Antaxerxem Cyri fratrem, proripe te ad Ptolemæum Philadelphum: illos enim superstites etiam patres, reges appellitarunt, præliis illi vincebant illamentabilibus, festos illi dies per pompas & spectacula ad extremum vitæ agebant: denique illorum quisque per summam felicitatem in regno consenuit. En tibi Alexandri corpus, si nihil aliud, certè ab imis vnguibus ad verticem saucium,



discisum, contusum, ab hostibus denique casum, & iaculo, & gladio, & tota libramine saxi. *Deinde multa & gravissima vulnera sigillatim enumerat, quae pugnando accepit.* Ibid.

Alexander in sese ingentes spes habebat, pietatem in *Regij mo-*
Deos, fidem erga amicos, fugalitatem, continentiam, be- *res.*
neficentiam, aduersus mortem intrepidam expectatio-
nem, robur animi, humanitatem, appellandi dexteritatem,
ingenij candorem, in explicandis consiliis constantiam, in
gerendis rebus celeritatem, & in primis adipiscendae glo-
riae propositum, quod luculenta exempla per decus absol-
uere solet. Li. de for. & vir. Ale.

Plato rogatus à Cyrenensibus ut sibi leges scriberet, scilicet *T. Prosperi-*
ptasque relinqueret, ac Reip. statum componeret, recusauit, *lus.*
dicens, Esse perdifficile leges condere Cyrenensibus, qui
tam essent felices Nihil enim tam superbum, nihil tam inia-
stabile, ac morosum esse, quam hominem, quem felicitatis
opinio conuenit Quapropter difficile est his qui gerunt
imperium, de imperio consulere. Reformidant enim ratio-
nem ceu principem admittere, ne potentiae bonum quod
habere videtur, impediatur, si id astringat & seruire cogat ho-
nesto Li. de doct. princ.

Plerique reges ac principes parum cordati, statuarios *Simile.*
imperitos imitantur, qui credunt Colossos magnos & am-
plos videri, si tibus vehementer diductis, si late distentos
& hiantes finxerint. Nam hi quoque grauitate vocis, tor-
uitate vultus, ac morum truculentia, fugaque consuetu-
dinis humanae maiestatem & auctoritatem imperij sibi vi-
dentur imitari, nihil proisum à Colossorum signis discre- *Gravitas &*
pantes, qui cum fons heroicam ac diuinam quandam spe- *authoritas*
ciem praeserant, intus pleni sunt terra, lapide, plumbis: nisi *falsa.*
quod istud Colossorum pondus rectitudinem illorum sta-
bilem & immotam seruat: at ineruditi duces ac principes,
propterea quod intus male librati sunt, saepenumero va-
cillant, ac subuertuntur. Etenim cum basi non recte positae
sublimen superstruunt potestate, simul cum ipso ponde-
re nutant, & ad iuinam inclinantur. Verum quemadmo- *Simile.*
dum oportet, ut ipsa regula primum recta sit, nihil ha-
bens obliquum, deinde caetera sibi admota, quatenus sibi
congruunt, exaequet: consimili modo princeps postea-
quam imperium in seipso parauerit, ac duexerit, vitamque
suam composuerit, tum debet sibi applicare eos, quibus *T. Doctor.*

REX, PRINCEPS.

imperat. Nec enim cadentis est, alium erigere: nec ignorantis docere: nec incompositi componere: nec ordinare, inordinati: nec imperare eius qui non pareat imperio. At, qui parum sapiunt, illud præcipuum imperij bonum esse ducunt, quod nullius imperio subiaceant. Quis igitur imperabit principi? Nempe lex omnium regina, & mortalium & immortalium, ut ait Pindarus: non ista quidem lex foris in libris aut ligneis scripta tabulis, sed viua illi insita ratio, semper conuiuens, ac familiaris principi, nec unquam animum suo ductu, sua moderatione destituens. Nam Persarum rex unum habebat cubicularium, cui hoc negotij mandatum erat, ut diluculo ingressus illi diceret: Surge rex, atque ea cura negocia, quæ te curare voluit Meforomasdes. At erudito prudentique principi intus in animo adest, qui semper idem dicit, ac iubeat. Libro de doctrina principum.

Numen intelligit.

Ceterum principem magis oportet timere, ne quid mali faciat, quam ne quid patiat. Nam hoc ex illo nascitur. Atque hic est principis metus, & humanus, nec ingenerosus, ut his quibus imperat, metuat, ne quid se incio lædantur. Non aliter atque canes nocturnam atque laboriosam agentes ouium in septis custodiam, simulatque truce audierint feram, timent, non sibi, sed his quæ custodiunt. Cato in Utica victorie Cæsare, reliquos omnes iussit ad mare vocari: eos simulatque naui imposuisset, ac prosperam esset navigationem precatus, ipse reuersus domum, sibi necem sua manu consciuit: docēs videlicet, quibus debeat timere princeps, & quæ debeat contemnere. Contra Clearchus Ponti tyranus a culæ inclusus, serpentis in morem dormire solitus est. Et Aristodemus Aigiæ in cœnaculo domicilium habebat, ostio pensili cui imposita lectica dormire consuevit una cum amica. Puellæ verò mater scaldas detrahebat, easque rursus apponebat orta luce. Quantopere creditis hunc horruisset theatrum, palatium, curiam, conuiuium, qui è cubiculo sibi ipsi carcerem fecerit? Itaque qui verè sunt reges, timent his in quos habent imperiū. contra tyanni eos ipsos timent: proinde metum augent, aucta potētia: propterea quod quò pluribus imperant, hoc plures metuunt. Lib. de doctrina principum.

Simile.

Si regibus contingeret rectum consilium, iustitia, probitas, fortitudo, continuo futurum est, ut omnes adiuuen-

tur fructumque capiant, qui cum eis habent commercium. Ferrunt, si erugium herbam unam quævis capra sumpserit in os, primum ipsam sistere, deinde reliquum omnem gregem cum illa consistere, donec accedens caprius herbam eximat. Eiusmodi quædam vis fuit à potestate principis, quæ ignis in moiem depascatur ac dissipet quæcunque propius admota fuerint. Lib. de disputat. philof.

Sapienter celebratum est veteri proverbio, Oportet ut is impellat remum, qui didicit. Sic contra qui alius artibus peimitit disciplinam, spolians illa solam virtutem, nobis se præbeat videndum, oportet. Diversum sane hic à barbaris illis mihi agere visus est Scythis: qui Herodoto teste, fetuis eximunt oculos. Qui Idmium? quippe mancipius. Verum hic noster vit bonus artibus cunctis disciplinæ certam rationem ceu oculum imponens, virtuti (quæ omnium princeps est & regina) si Deus placet, conatur eruere. Quod si cui nondum est persuasum, virtuti primas debet, Iphicratem audiat Atheniensium ducem, qui per contumeliam interrogatus à Callia Cabrij filio, quis nã esset, num sagittarius, scutifer, eques, aut armiger? Nihil horum, inquit, sed omnibus hisce imperiis. Iure igitur optimo iam explodendus est nobis qui iaculati, arma gestare, fundam impellere, & equitem agere, iudicabit ad doctrinam pertinere: imperium autem administrare, & ducere exercitum, ita ut forte fortuna obuenerunt cuiquam adesse: nec ullam prius institutionem requirere Lib. de docenda virtute.

Ti. Virtus
docenda.

“
“
“
“
“
“

Vide etiam hac de re Ti. sequentem, Index, Magistratus.

Item Ti. Respub.

Item Ti. Potentes & potentia.

Item Ti. Prosperitas.

Index, Magistratus.

ET enim statim mores & ingenia conari mutare populi, nouisque ea legibus moderari extemplo velle, non modo non facile, verum ne tutum quidem omnino est, ut res quæ multo tempore & ingentibus viribus indiget. Proinde quemadmodum vini usus initio quidem arbitrio ac lege bibentis regitur, ubi vero sensim ac placide calefecerit hominem, immutare continuo incipit, ac nouis imbuet moribus: hac ratione decet vitium civilem & Rempubl. tractare incipientem, tandiu civium moribus

T. Respu.

Simile.

*Vinū initio
subditur ho-
mini postea
homo ipse vi-
no. Sic prin-
ceps, &c.
Simile.*

consentaneè viuere, & se ad eorum naturam accommo-
dare, atque scitè coniectura sectari ea & assequi, quibus
populus soleat delectari, & quibus adduci facilè, donec
opinione virtutis & fide iam comparata, autoritate niti
possit. In Polit.

Enimverò aulici & adultores, velut aucupes, voces i-
mitantur auicularum, cæterisque rebus similes se fingūt,
nempè vt hisce artibus regibus se maximè insinuēt atque
commendent. Sane ciuem, qui Rempub. rectè administrare
velit, mores & vias vulgi effingere atque imitari minime
debet scire duntaxat atque probè tenere debet, qua quis-
que maxime ratione capi adducique possit. Ignoratio e-
nim eorū quibus cum tibi viuendū est, vt opinione & spe
frustreris, ac cæptis sæpenumero decidas, in causa est:
quod nō minus in ciuitatibus, quàm in amicitiis regū vsu
venit. Mores proinde ciuium tum leniter atque scitè tra-
ctandos moderandósque, & meliores efficiendos, aggredi
debes, cum tibi iam vires sunt, & autoritas cōparata ap-
paret. Vulgi enim & multitudinis rationes viuendi dere-
pente immutare, atque aliorsum traducere, difficile nimi-
rum, & nimis arduum est. In Politica.

T. Respu.

„
„
„
„
„

Memoriae proditum est, Themistoclem, vt animum ad
Remp. capeffendam appulit, computationibus comessa-
tionibusque primo abstinuiffe: secundo loco vigilis se
solicitem & sobrietati dedisse, amicis dicere solitum, quo
minus dormiret, Milciadæ solitari trophæo. Pericles i-
tem rationem viuendi, & cultum corporis traditur immu-
tasse: incessu tardo, orationeque leni vsus est, compositum
os, & vultum sibi constantem solitus præferre: postremo
manu contenta intra amiculum, vnā omnino vsurpasse
viam, quæ ad forum & curiam duceret. Non enim cuius-
uis est, nec tractatu & factu facile, vulgus & multitudinem
salutaribus allici rationibus, & in officio contineri. Sat e-
rit, si, velut fera natura suspiciosa & varia, vocem atque
aspectum rectoris minime reformidans, regimen & fra-
num admittit. In Politica.

T. Exempla.

T. Vulgus.

Eorum qui Reipub. præfunt, non modo singula verba,
nec res tantum publicitus gestæ animaduerti notarique
solent, sed virtus quoque, loci simul & scia quæque do-
mus, ipsa familia, vxor, cubile, curiosius conquiruntur.
In Cn. Pompeium inimicos caullatos accepimus, vnico

digito caput scalpere deprehensum. Quemadmodum enim *Simile.*
 indignus ferri, maiorique haberi solent dedecori venu-
 ex, sicque in facie, quam notæ navi, atque mutilationes
 in reliquo corpore. sic etiam ob eam, quæ pleiôsque omnes
 de principatu, atque civilibus magistratibus tenet, opi-
 nionem, utpote de re magna atque dignissima, quæ omni
 facinore atque temeritate vacare debeat, minima quæque
 principum, & Reipub. administrantium euata notantur,
 & pro magnis habentur. Tam ob rem Iulius Dufus Pu-
 blicola haud immerito clauit, quod demus eius ex pluri-
 bus partibus vicinis conspicua cum pateret, & quinque eâ
 talentorum sumptu fabri quidam euersurum, ac commo-
 dius directurum reciperet. Decem, inquit, dabo, si totam
 ita exponas conspicuam, ut vniuersi ciues, nedum vicini,
 perspicere queant, quâ domi meritatione viuatur. Nem-
 pe vir erat modestus ac frugi, nec ei forte eiusmodi do-
 mus perspicuitate opus erat, qui virtutis egregiæ speci-
 men, & præclaræ vitæ documenta euidentissima quotidie
 foris dabat. In Politica.

Sed quoniam omnibus Corydalis, ut inquit Simonides,
 ciuitas enasci necesse est, & quæuis Reipub. administratio
 inimicitias & dissidia quædam affert, maxime de his
 quoque considerandum videtur ei, qui in Reipublicæ a-
 liqua ratione versetur. Aristides atque Themistocles
 vulgo laudantur, soliti quoties siue legati, seu impe-
 ratores publicitus mitterentur, priuatam similitudinem,
 & omnes inimicitiarum rationes in finibus agri Athe-
 niensis deponere, resumpturi (si ita videretur) in redi-
 tu. In Poli.

Præclare Cato & Phocio, quorum neuter inimicitias a-
 nimo concipiendas ducebat, si quid ingerenda Reipub. dif-
 ficiliter: quin pro suggesto & in publicis certaminibus,
 hoc diuis utriusque & inexorabilis habitus est, quod præ-
 fractè nimis nusquã cõnuendum censebat, vnde Reip. cõ-
 moda prodi pacto aliquo viderentur. Cæteriû in rebus pri-
 uatis omni similitudine longe abiecta, eorum ipsorum con-
 suetudine comiter atque humaniter utebantur, à quorum
 rationibus in Rep. vehementissimè abhoriebant: & rectè
 quidem, nullus enim ciuis pro inimico habendus est, nisi
 is ciuitati & rei communi hostis sit. In Politica.

Ingredientem vero subeuntemque quemuis magistratû

illa versare in primis animo, atque adeo explicata habere oportet, quæ Periclem accepimus solitum seipsum, dum vestem indueret, submonere. Attende Pericles: liberi sunt quos ipse regis: Græci sunt, ciues Athenienses. In Poli.

Dissimile.

Medici quidē morbos, quos euellere penitus nequeunt, extrinsecus diuertendos ad corporis superficiem putant. Principes autem ciuitatum, si pacatam omnino ciuitatē, & perturbationis vacuam tueri conseruarēque haud possunt, in ea ipsa ciuitate suppressere atque abdere debent, & è Republ. cuiandam suscipere, quidquid turbulenti & moribidi, quidquid sediciosi inesse compererint: nō foris vocare & exteris palam facere: ne medico alieno, & aduentitis medicamentis in re tam secreta Respubl. indigere videri possit. In Politica,

Ille morosum atque porsus difficilem populum efficere solet, qui gubernacula Reipub. tenens, nimium in omni re seuerum, asperum, atque inexorabilem se exhibet nemini vnquam cedens, nihil vlli condonans. Assuefacit nimirum is & inducit populum, vt pertinaciter atque contentiosè renitatur atque repugnet. Enimvero laxandus est aliquando, vt aiunt, pes, & fluctibus obsequendum, quando præsertim magna ventorum atque ingens vis est. Tum vero dissimulandum atque consulto nonnihil prætereundum, tanquam nec videris quicquam, nec audieris: id quod domi pleiūmque (puerorum errata de industria non obseruantes) quasi nesciamus, intelligamusuè, factitare solemus. In Politica.

Simile.

Quod si vulgus aliquando vetus aliquod & patrium festum, vel Dei solenne prætendens, spectationem largitionēve aliquam non admodum sumptuosam, & benignitatem haud absurdam expetere videtur, liceat ei tunc per magistratus & principes ciuitatis commoditate hac iucunditatēque fieri. Pleiāque enim eiusmodi rebus à Pericle aut Demetrio principe gestis inesse comperiuntur. Etenim quemadmodum, ait, medici est, magna ex parte corruptiore diminuto, parum deinceps innocui & salubris cibi afferre: sic vir ciuilis & Reipub. princeps, depta prius ignominia, damnovè ciuitatis submoto, leui deinde gratia & humanitate quascūmque molestias & querelas leniet, atque solabitur. In Politica.

Simile.

Quid est, quod Prætorum virgæ securibus alligatæ præ-

feruntur? An signum est, non oportere magistratus iracundiam promptam atque dissolutam esse? An vixgarum dissolutio mora & tarditate iram fiangit, & impetum moderatui? sed malitia quoniam partim medicabilis est, partim curari non potest, vixga, quod mutari potest, corrigunt: securis autem, quod emendari non potest, abscindunt. In Proble.

Laudes quidem ab improbis proficiscentes, cum sint fucatae & insyncerae, modis omnibus cauendae sunt: nec oportet ab his sic affici, quemadmodum afficiuntur sues, dum fucantur atque titillantur. vt nos ipsos facillime praebemus vtendos cuius volenti, deficientes nos & ad sculpturam accommodantes. Et enim qui praebent aures palponibus, nihil differunt ab his, qui crura praebent supplantatibus: nisi quod turpius subuertuntur, caduntque, tum hi qui poenas remittunt hominibus improbis, quod videlicet misericordes, humani, facilesque vocentur: tum isti qui similtates & accusationes haudquaquam necessarias nec periculo vacantes, suscipiunt, peritua si ab his qui ipsos laudant, tanquam soli sint viri, soli aduersus adulationem inuicti. Itaque Bion, tales similes esse dicebat amphouis, quod aures facile circumferrentur. Lib. de Virtiosa Verecundia.

T. Adulator.

"

"

Simile.

"

"

Simile.

"

"

"

"

"

"

"

"

Simile.

"

"

Acceptio personarum.

CLeones, vt primum Rempub. attingere destinauit, vocatis amicis omnibus, soluere se velle dixit amicitiae vincula subdiditque rationem: solere amicitias pleraque recta & iusta subuertere: quod homines Rempubl. administrantes, vt pote affectu & mollicie quadam occupatos, saepe numero a via deducit recti officij. Ei longe melius fuisset, auaritiam & contentionem omnem animi procul abicere. Neque enim his ciuibus opus est, qui beneuolos & amicos habeant nullos, sed qui temperati & frugi sint. In Politica.

Si magistratus eorum vtetur opera, quorum studia atque rationes diuersae & dissentaneae sint, quorum ad aliud alius vi & iniuria perpetrandum pro studio impellat, & flectat, nihilo mihi differre videbitur ab eo, qui opificem agens, imperite & temere perpendiculis ac normis vtatur: non quibus opus dirigat, & pulchre absoluat, sed quibus

Simile.

Simile

omnino destruat atque deprauet. Amici enim habendi sunt his, qui Rempub. administrant pro instrumentis animatis, & ratione vrentibus: quos, sicubi fortè aberrent, nō tanquam comites ipsi sequi debemus: quin maximo perē attendendum est, ita eos esse affectos, vt sponte sua etiā absentibus nobis ab officio non discedant. Id enim fuit, quod Soloni vitio datum, animos ciuium pupugit, & vehementer offendit. Cum enim destinasset legem ferre, qua qui xere alieno impliciti essent, à sarcina leuantur, quam, leniendæ rei causa, Sisachthiam, hoc est, nouas decretas tabulas appellauit: communicauit antea rem hanc cum amicis. Illi vero rem nefandam protinus commenti sunt. Quippe legis ferendæ tempus præuertunt, & grande xas alienum contrahunt, amplissimis ædibus ac magnificis prædiis coëmptis ea, quam hac ratione interuertissent, pecunia. Hinc Solon pessimè audiuit. perinde ac si ille iniuriam intulisset, quæ potius ab amicis ei illata fuerat. In

» Politica.

T. Secretum.

Fertur epistola quædam Agesilai ad tyrannum quendam pro amico Nicia in hæc verba. Niciam, si insons est, dimitte: sin sons, mihi dimitte, omnino verò dimitte. Enim uero Phocion ne genero quidem Charillo repetundarum dicturo causam, adesse sustinuit, inquiring. Equidem mihi generum te, vt hominem iustum & probum optaui. Quæ cum dixisset, deserto genero, continuo inde sese prouipuit. Timoleo Couthius, vt fratrem, quò tyrannde abstineret, monitis atque precibus moneie ac persuadere nequiuit, his subinde nauauit operam, qui illum interemerunt. Non igitur aia tenus (vt Pericles dixisse fertur) iura amicitia sunt seruanda: scilicet, ne pro amico peteres: sed omnibus legibus, omni iure, cunctis denique iuris officium est ciuis custodiendum. Verum in amicos leue quippiam cōmittentes, acerbè & grauitè vt animaduertas, ratio ciuilis non cogit, quin salutis rebus maximis & in tuto positis, per ciuitatem & Rempu. licet amicis adsis, & opem feras, quando præsentim id efficere potes citrà inuidiam. Ex contrario, quorumuis amicorum inepta & incommoda postulata amoueas ipse depellásque necesse est: non tamè acerbè & truciter, sed placidè lenitèque cōmonefaciendo, quæ abs te petunt, non esse digna, quæ ab illis impetrentur: quando à uirtute atque existimatione

eorū iurè abhorrere videri possunt. Modestè Cato atque acerbè oranti Catulo Censori, Catoni ipsi consuetudine, amicitia, familiaritate arctè coniuncto, vt quendam iudicio eius obnoxium (erat autem Quæstor) dimitteret. Turpe est, inquit, nos qui iuuentuti bene instituendæ autores esse debemus, à lictoribus & ministris irideri nostris. Potuit certe verbi detracta asperitate atque amantudine, re ipsa, orata refutare amici, & simul ostendere, molestè se id atque inuitum facere, seueritate legum coactum, & iuris vi. In Politica.

T. Mansuetudo.
 “
 “
 “
 “
 “
 “
 “

Antigonus ad adolescentem quempiam, qui prognatus quidem ex elegante viro belli duce, sed ipse ignauus ac mollis, postulabat tamē ob id cæteris anteferi, Apud me, inquit, o adolescens, virorum, non parentum virtutibus præmia sunt. Lib. de Vitiis. Verecundia.

T. Nobilitas.
 “
 “
 “

Respublica.

VT quibus domi nihil boni vsui est, libenter hi foris degunt, atque nullo rerum vsu, maximam partē temporis in foro absument: sic quoque nonnulli, quod sibi nihil operæ pretium domi priuatimque exhibetur curandum, publicis se propterea negociis implicare pergunt: non secus ac si terendi otij gratia sibi duntaxat eo diuertendum esse. Plerique alij forte fortuna Rempub. attingere, qui mox fastidio & rerum satietate affecti, inde auersi, ad otium se à negotio vindicare percupierunt: quod facile sibi efficere nequuerūt, vt quibus idem accidit, quod iis qui gestationis, aut paulo exercendi sui causa nauem ingressi, leuem futuri ac facilem nauigationem rati, porro tempestate subita in pelagus tracti, terram versus identidem spectant: qui & si facta se pœnitet, at nihilo minus inuiti & anxij, nausea vertiginèque affecti manent in nauis. In Politica.

Simile.

Simile.

Propterea mulieres prægnātes humū lapillósque, nausea vero affecti, saluginem & id genus edulia persequuntur, non multo autem post respuunt, atque ab illis abhorrent: haud absimili ratione ob luxuriam & delicias populus, seu inopia meliorum rectorum, quibus vis vitur: mox tamen eos abominatus, negligit, & euomit. In Politica.

Simile.
 T. Magistratus.
 “

Vt regionem quidē liceat inuenire, quæ feris ac noxiis

POTENTES, POTENTIA.

careat belluis (quemadmodum ferunt de Creta) nulla tamen sit adhuc repeita Respub. quæ non aluerit intra se inuidiam, æmulationem, contentionem: quibus ex affectibus similtas potiffimum nafci confuevit: imo vt nihil aliud fit, ipfæ nos amicitia similtatibus inuoluunt. Quod quidem cum intelligeret Chilon ille fapiens, quædam dicentem, fibi nullum effe inimicum, interrogauit, an vllum etiam haberet amicum? Videntur mihi partes viri ciuilis, vt inter alias curas inimicorum etiam habeat rationem: atque illud animaduertat, haud fuffia dictum à Xenophonte, Cordati prudentiffique viri effe, etiam ex inimicis vtilitatem capere. Lib. de Vtilitate cap. ab inimic.

Potentes, Potentia.

Potestas cõiuncta cum malis moribus, moleftiam adiungit cupiditatibus. Verum effe illud Dionyfi, qui dicebat, fe tum maxime capere fructum ex imperio, cum quæ vellet, celeriter efficeret. Itaque vehementer effe periculofum, velle, quæ non decet, eum, qui quæ velit, facere poffit. Vnde effe illud,

At, fimul ac dictum effe verbum, res ipfa peracta effe.

T. Prosperitas.

„ uis incitat affectum, parat iram, inuidiam, amorem, adulterium, auaritiam, profcriptionem: ac fimul vt verbum dictum effe, actum effe de eo; qui fufpicionem offendit, peritque delatus. *Et mox.* Neque enim fieri poteft, vt malitia lateat in potestate. Verum eos quidem qui morbo comitiali funt obnoxij, fi in figus aliquod incidant, eoque corripiantur, continuo capitis occupat vertigo, atque vacillatio morbum aigues: At indoctos & ineuiditos fimul

Simile.

„ atque fortuna paulum extulerit opibus, ac gloria, aut potentia subuectos in altum, protinus oftendit caducos.

Simile.

T. Magistratus.

„ Imo potius quemadmodum in vasis inanibus, non queas dignofcere integra funt an vitiofa: verum vbi infuderis aliquid, tum apparet, quam perfilent: fic animi partes nõ ferentes potentiam, effluunt cupiditatibus, nempe iracundia, faftu, insolentia. Lib. de doct. princip.

SECUNDA CLASSIS, QUÆ
 COMMUNIA VIRTUTVM ET
 vitiorum loca, ex eiusdem Plu-
 tarchi opusculis desum-
 pta, cōplectitur.

Virtus.



GENERALITER equidem, quod de ar-
 tibus ac scientiis dicere consueuimus, idē
 etiam de virtute dicendum. Tria esse quæ
 ad operis perfectionem uitæ obeundā con-
 currere oporteat, naturam, rationem, &
 consuetudinem: rationem, disciplinam
 voco: consuetudinem vero, exercitationem. Initium à
 disciplina, vsus ab exercitio & meditatione fiet. Ex omni-
 bus autem absolutio comparabitur. Sin istorum pars vlla
 defecerit, necesse erit hanc claudam esse virtutem. Cæca
 enim res est sine disciplina natura, & absque natura disci-
 plina manca res existit. Imperfectum autem quiddam exi-
 stit, si ambobus his careat exercitatio. Nam sicut in agro-
 rum cultura, bonam in primis esse tellurem oportet, tum
 serendi peritum agricolam, dehinc optima semina: eodem
 modo telluris naturam, agricolæ præceptorem, seminibus
 studiorum institutiones atque præcepta conferes. Quæ
 omnia in eorum animos conuenisse ac spirasse contende-
 rim, quos vniuersi decantant, Pythagoram dico, Sociatē,
 Platonem, & quisquis sempiternam consecutus est glo-
 riam. Ingentis certè felicitatis & diuini fauoris est, sicut
 singula hæc Di contulerunt. Lib. de Liber. educan.

Cum Demetrius captam vibem solo æquasset, Stilpo-
 nem interrogauit, nunquid suorum quicquam amisisset?
 cui Stilpon, Haud equidem, inquit: bellum enim nulla ex
 virtute spolia ducit. Concois huic & consentaneum illud
 Sociatis videtur esse responsum. Nam cum Gorgias, vt
 arbitror, percontaretur, an Persarum regem felicem esse
 putaret. Nescio, inquit, quantū habeat virtutis atq; disci-
 plinæ: perinde ac in hisce, non autem fortunæ bonis per

cc
 cc
Simile.

cc
T. Gratia.

cc
T. Felicitas.

sistat beatitudo. Lib. de Liber. educan.

Vniuersum aurum quod vel super terrā est, vel sub terra, non est æquiparabile virtuti, veluti inquit Plato. Illud etiam Solonis dictum semper conueniet in promptu habere: At nos, inquit, virtutis diuitias cum illis non cōmutabimus, nec acclamationibus epulo conductæ multitudinis, nec honorib⁹ summōque accubitu apud eunuchos, concubinas, & satraparum vxores. Nihil enim suspiciendum, nec præclarum, quod ex turpitudine nascitur. Li. de vtilita. cap. ab amico.

Vera & falsa virtus.

Qui laudando penetrant ad ipsos mores, & his corrūpendis adulantur, perinde faciunt ac famuli solent, qui non de aceruo, sed de semine furantur. Nam dum virtutis vocabula vitiis tribuunt, nimirum inficiunt affectū actionum seminarium, & habitum animi, vnde ceu fonte omnia vitæ officia proficiscuntur. Scribit enim Thucydides, in seditionibus ac bellis solitam vocabulorum dignitatem non iis tribui factis, quibus oportebat, sed accommodari iis quæ fiebant. Siquidem audacia temeraria, fortitudo contentiosa iudicabatur cunctatio prouida, timiditas decora. Contrā modestiæ nomine prætebatur ignauia: & diligens in omni re prudentia, segnities habebatur. Cæterum in adulationibus perspicere & cauere cōuenit luxum liberalitatis nomine fucatum: timiditatem, cautelæ: temeritatem, celeritatis. Rursum sordes, frugalitatis palliatis vocabulo: tum, cum fœdis amoribus quis est deditus, appellatum comem & amantem: iracundum autem ac præferocem, dictum magnanimum: porro vilis abiectique animi hominem, vocatum humanum. Quem admodum alicubi scribit & Plato, amantem, quoniam adulator est iis, quos amat: eū qui simiis est nauibus, amabilem appellare: qui naso sit adunco, regalem: qui nigri sunt, viiles: qui candidi, Deorum filios. Quamquam cui persuasum est, ipsum esse formosum, cum sit deformis: aut procerum esse, cum sit pusillus: is nec diu tenetur hoc errore, & leui afficitur incommodo, nec eo quidem immedicabili: verum vitia virtutum nominibus laudantur, vt iam pecces non modo non dolens, sed gaudens etiam, detrahiturque peccatis pudor. Ea nimirum res Siculos sub-

uertit: quòd Dionysij Phalaridisque crudelitatem, iniustitiam & sceleratorum odium vocarent adultores. Eadem Ægyptum perdidit, quod Ptolemei muliebritatem, afflatus, ciulatus, liliorum ac tympanorum insculpturas, religionem ac Deorum cultum appellarent. Eadem Romanorum mores tam integros ad nihilum redegit ac sustulit: quòd Antonij delicias, libidines, ac viscerationes ita blãdientes extenuarent, vt humanitatem & hilaritatem vocarent, indulgẽte illi potentia, fortunãque. Li. de discipul. adul. & amici.

Vulgus hominum quoniam ira turbas ciet, putat eam esse agilitatem: & quod minax est, credit esse fiduciam: & quod intractabilis est, opinatur esse fortitudinẽ. Nonnulli etiam crudelitatem esse dexterritatem ad res grandes gerendas interpretantur, & implacabilitatem putant esse constantiã. denique morositatem difficultatẽque faciũt odium victorũ, idque non rectẽ. Lib. de cohiben. itacund.

Virtus in medio.

Quemadmodum corpus nõ solum incolume, verum etiam bonæ habitudinis esse oportet: ita & oratio nem non modo non ægram, sed etiam robustam esse cõuenit. Nam quicquid tutum est, id solummodo collaudatur. Quod vero cum periculo fit, id etiam admiratione prosequimur. Eandem quoque de animi dispositione sententiam habeo. Nam neque temerarium, nec audacia profus exutum ac timidũ esse decebit: cum illud quidem impudentiam, hoc autem seruilem afferat turpitudinem. Mediam autem in cunctis secare viam, summæ & artis & consonantiæ est. Lib. de lib. educand.

cc
T. Eloquen-
tia.

cc
T. Fortitudo.

cc
cc
cc
cc
cc
cc

Virtus quomodo facilis.

In literis discendis, in musicis, ac luctandi arte exordia multum exhibent laboris & difficultatis immodica obscuritate: verum progressu paulisper, facilia cognita fiũt omnia, & amabiliãque quæ & gesserit, & dixerit. Itaque velut cum homine ignoto, magna mox intercedit beneuolẽtia & familiaritas, simul atque in mutuã vitæ consuetudinem transiens: ad eum sane modum, in ipso philosophiæ vestibulo non deest insoliti quippiam, quo torqueat. Atqui negligẽda hæc sunt, atque adeò nõ tãti estĩ-

Simile.

Simile.

TENTATIO. CONSCIENTIA.

manda, vt metu & animi deiectione mox in limine ab instituto resiliat. Sed strenuè tentanda res est vnaquæque, recordatione dulcedinis, quæ blanditur tendentibus porro ac suaui facit omnia quæ sunt pulchra. Veniet enim non ita multo post lux quædam simul cum disciplina, summum ingerens amorem & illecebras ad virtutem. Lib. de offic. aud.

Tentatio.

Non aliter atque Ciræis datum est à superis oraculum:

Nocte diè que non desint præ. a posthac:

Ad eum plane modum noueris, perpetuam tibi cum vitiis immixcere pugnam, cuius nulla sit per diem, nulla etiam per noctem relaxatio. Vix enim vnquam cessant excubiæ, aut desunt voluptates, quæ te infestent, & caduceatorum more in aciem prouocent. Lib. de profe. morum.

Conscientia bona & mala.

Simile.

Facinososa conscientia instar est vlceris in corpore, vt pote quæ pœnitentiam relinquat lancinantem iugiter, peruellentemque animam. Nam cum alias omnes tristitias tollere ratio solita sit, solam hanc pœnitentiam facit sua spõte incitabilem præ pudore, & quasi mordicè impetentem sese, atque excarnificatam. Quemadmodum porro qui rigente febre perfrigescunt, aut æstuante exuruntur, acius infestiusque afficiuntur, quàm qui æstu rigoreque exterius hæc eadem patiuntur sic obtusiores tristitias habent fortuita & temeraria, vt pote aduentitias, quàm praua conscientia quæ animum intus vrit. Contra vero nec ædificiorum elegantia, nec auri pondus, nec generis nobilitas, nec imperij magnitudo, nec denique facundia lepos, dicendique acrimonia, tantam vitæ serenitatem afferunt, tamque placidam tranquillitatem, quantam affert animus à negotiorum anxietate feruatus, procul à prauis consiliis, secum (vt dicitur) viuens: qui vitæ fontem ingenium & mores intelligo, à quibus commendabiles actiones manant inturbidum ac defæcatum habes, actiones suas hilares (velutique aspirante numine) celsus semper electusque profert: quatum perenni reminiscencia pascitur suauißima illa Pindari spe, senectutis (vt ipse inquit) altice. Quemadmodum

Simile.

T. Quies.

autē (vt Caineades dictitare solebat) odorata fructeta, quā
 uis accisis stirpibus, aut etiam cōuulsis exhausta, suaueo-
 lentiam tamen ad multum tempus referunt: ita plane in
 animo sapientis actiones honestæ gratam quandam recor-
 dationem, semp̄i que recentem relinquunt. Quā ipsa re-
 cordatione lætitia illa intestina, veluti perēni uiuo perfu-
 sa, viuet semper, & tanquā fructicatu. Li. de Tranq. animi.

Simile.

Malitia quidem coniunctum sibi assidueque ipsam tor-
 quentem gestat dolorem: nō postquam scelus perfecit,
 sed tum maxime, cum iniuriam atrociter inferre vide-
 tur. Quemadmodum enim facinorosus quisque, ultimo

T. Peccati.

affligendus supplicio, corpore suo propriam fert ciuem:
 ita improbitas ex se ipsa supplicium sibi struit ipsi, cala-
 mitates ingentes, formidines innumeras, passionēque

Simile.

molestissimas, pœnitentias, ac indefinentes in se conti-
 nens perturbaciones. Sed nonnulli nihil à pueris distant,
 qui cum sceleratos, in theatris nonnunquam amictu au-
 reo circumdatos chlamydeuē purpurea indutos, corona-

Simile.

tos, ac tripudiantes conspiciunt, admirari, beatōsque exi-
 stimare non desinunt, ante quam eos stimulis agitati, fla-
 gris cædi, ignēque ex flouida illa variāque veste emit-

tere conspiciunt. Multi enim flagitiosorum ingentibus
 septu ædibus, principatus splendidissimos, potentatūque
 obtinentes immensos, vt plurimum quantum plectan-

tur later: donec iugulati, aut ab altero præcipitati, iacere
 cernuntur. Quæ recte quis non pœnam, sed supplicij fi-
 nem, pœnæque consummationem appellare potest.

Quemadmodum enim Herodicus Cilymbrianus cum in
 phthisim morbum incidisset immedicabilem, exercita-

Simile.

tionēque medicinæ primus, vt Plato ait, immiscuisset
 sibi ipsi, ceteris que laborantibus ægitudine simili, mul-
 to prolixiorē reddidit mortem: ita scelerati qui presen-

tem censentur effugere pœnam, non post multum tempo-
 ris, sed multo in tempore, vindictam, non quidem tadio-
 rem, sed admodū prolixiorē sustinent, atque extendunt:
 neque senescentes solum corripuntur, sed etiam ciucia-

tu assiduo senescunt. Quantum ad nos autem, facinoro-
 sos longo aīo tempore puniri ac torqueri. Apud Deū ete-
 nim vniuersæ humanę vitæ spatium nihil est: quin anni
 tūginta in illius conspectu, velut crepusculum, ne dicam
 hora sunt matutina. Proinde flagitiosi tanquam carcerē

CONSCIENTIA BONA ET MALA.

Simile.

Simile.

„ clauso ac cæco, nulla euadendi spe detenti, scelestæ custo-
 „ diuntur vitæ. Et quamuis interim conuiuentur, negotien-
 „ tur, donationibus ac delectationibus oblectentur, optimas-
 „ que negligent disciplinas, nihil tamen à noxiis distant,
 „ qui in vinculis ad vltimum seruantur supplicium. Nam &
 „ hi aliquândo fune super capite pendente ludunt, cantillât,
 „ & otiantur. Stultum enim est opinari, eos, qui ad mortem
 „ clausi detinentur, minime affligi, donec capitali plectantur
 „ supplicio: & eos qui venenum hauserunt, ac deambulant,
 „ expectantque donec crua degrauentur, non torqueri,
 „ priusquam vitalem spiritum extinguï, paulatimque eua-
 „ nescere sentiant. Dementes erimus, si vltimum supplicij
 „ tempus pœnam esse arbitremur: passiones vero, timores,
 „ expectationes, & pœnitentias (quæ interim animum di-
 „ scrutiant ac perturbant, quibusque vnusquisque scelera-
 „ tus obnoxius est) prætermittamus, ac nihili pendamus.
 „ Hoc enim perinde est, ac si piscem qui hamum deglutiuit,
 „ hæud esse captum dicamus, priusquam illum à coco exen-
 „ teratum, siue assum conspiciamus. A iustitia enim facino-
 „ rosus quisque detinetur, scelerumque dulcedine tanquam
 „ illecebris assiduè inescatur. Etenim somniorum terricula-
 „ menta, diurnaque spectra, nec non oracula ac portenta, &
 „ quæcunque homines diuino accidere nutu opinantur, hor-
 „ rorè atque timorè his qui sceleribus obruti, sibi ipsi male
 „ conscij sunt, incutere consueuerunt. Etenim si quis nihil
 „ aliud mali improbis in hac vita præsentique tempore ac-
 „ cidere affirmaret, quam quod scelerum conscientia, flagi-
 „ tiorumque recordatione assiduè torquentur, cognosceret
 „ profectò, acerbissimè ab ipsa ratione sua illorum affligi a-
 „ nimas. Cùm verò homo auaritiæ ac pecuniarum, inuidiæ
 „ vè ac potentix gratia, seu ob venereas voluptates iniusti
 „ quid egerit: paulo post passionum furore sedato, cum cernit
 „ turpes improbitatis ac iniustitiæ remanere perturbatio-
 „ nes, honesti vero, utilis, ac recti superesse nihil: nōne sæ-
 „ pius cogitationes molestissimas, cuiusque grauissimas illi
 „ incidere par est, quod vana seductus gloria, seu voluptatum
 „ captus dulcedine, rebus sordidissimis, illiberalibus, ac in-
 „ gratis, pulcherrima, maximaque inter homines bona, fas,
 „ iustitiam, pietatè perueitit, vitamque turpitudine, infam-
 „ ia, ac perturbationibus fœdauit? Ego proinde, si dice-
 „ re fas est, flagitiosos, perditos, ac facinorosos homines,

SOCIETAS BONORVM. AMOR SVI. 164
nec aliquo siue Deorum siue hominum indigere vltore ar-
bitror: sed perniciosam ipsorum vitam, omni prauitate,
impietate, ac scelere corruptam, refertam, & contaminatā,
satis superque ad se ipsam plectendam ac torquēdam suf-
ficere. De sera nomi. vind.

Societas bonorum.

Quemadmodum hedera nascentis alicuius future pre- *Simile.*
ualidæ arboris stipitem vndique amplexa, vnā con-
surgit, & adolescit: ita senioreni adolescens, & gloriosum
inglorius subiens, paulatim sublatus, & sensim adductus,
radicibus iam altè actis subnixus, ad Rempub. capessen-
dam, & gubernandam sese idoneum præbuit. Hi autem ci- *T. Discipu-
lus:*
& cultu debito profecuti sunt, vt Soli subiecta corpora, *Simile.*
quæ cum inde splendorem accipiunt, vicissim & reddunt. *"*
In Politica. *"*

! Sicut mutæ literæ ex commistione vocalium in concin- *Simile.*
na & rectè articulata erumpunt verba: ita rudes homines
ex sapientum conuictu & ipsi quoque sapere incipiunt.
Lib. Num philosophandum inter pocula.

Amor sui.

Qui fateatur sese plurimum amare seipsum, huic om- *T. Cognitio
sui.*
nes veniam dare solent (quemadmodum inquit Plato)
cum tamen ea res præter alia multa vitia, illud quoque
grauißimum gignat in homine malum, quod non potest
esse sui iudex æquus & incorruptus. Quisquis enim amat,
hallucinatur, ac cæcutit in eo quod amat. Nisi si quis do-
ctrina consuescat ea magis habere in pretio seclatiquæ,
quæ sint honesta, quàm quæ cognata domesticæque. At *T. Adulator.*
que id quidem amplum locum ac spatium inter amicos
præbet assentatori: quippè cui facilem & commodum in-
ter nos aditum aperit amor nostri, per quem (quando sibi
quisquis adulator est primus ac maximus) haud grauatè
admittit & alium, si eorum quæ appetit ac vult, sibi testis
simul & astipulator accedat. Si quidem qui contumeliæ
causa dicitur Philocolax, hoc est, gaudens assentatoribus,
is vehementer est amans sui: ac propter benevolentiam
qua se ipsum prosequitur, nihil non adesse sibi non solum
cupit, sed etiā arbitratur. Lib. de discrimi. adulat. & amici. *"*

*Fallax amā-
tū iudicium.*

Amor, autore Platone, laudat plerūque ea quibus alij offenduntur: veluti cum aliqui albos, quos depereūt, Deorum appellant filios: nigros dicunt esse fortes & virili animo: adunco naso, regij vocantur: simi, amabiles: pallidi, per blanditias mellis imitantes colorem. Atque hæc qualiacūque sint exosculantur amantes. Ad quid enim non impellit amor? Nimirum sua sponte, non aliter atque hederā, inuenit quo se alliget. Lib. de offi. audito.

Simile.

Dilectio erga inimicos.

Equidem à viro ciuili alienum minimè puto, in re honesta & iusta vel inimicis & aduersariis testimonio præsto esse: & in iudicio aduersus calumniatores eos tueri: & falso obiecta refellere crimina, quæ scilicet ab reorum institutis & rationibus abhorrere penitus videantur: quod non multo antè à Nerone factitatum accepimus. Exercebantur miris modis inter ipsum atque Thraseam inimicitia: verum cuidam multa criminose iactanti, atque Thraseam perperam iudicasse causam suam aiēti, obstiit Nero: tantumque abfuit, vt criminibus de inimico contra veritatem assentiretur, vt exclamarit. Vtinā tam me Thraseas diligat, quàm iudex æquus & rectus est. In Politica.

Scipio malè dicitur audisse: in dedicatione namque Herculis, cum epulum splendide & opipare apparatusset, amicos inuitauit omnes, collegam duntaxat Mumium præteriit. Etenim quamuis non inter se cæteris rebus videbantur amare, par erat tamen societatis atque collegij comiter & honorificè rationem habere. Si Scipioni itaque, viro certè cætera admirabili, comitatis parumper prætermissum officium, fastus & superbiæ notam inurere visum est: quibus quæso artibus modestus quisque alius & frugi homo haberi possit, qui existimationi collegæ per inuidiam detrahat, qui alicubi aberranti per maleuolentiam insultet? In Politica.

Cur ex omnibus, quæ Diis immortalibus offeruntur, sola spolia negliguntur, nec vetustate consumpta resarciunt, ac reficiunt? An idcirco hoc faciunt, quòd cum signa inimicitia aduersus hostes tempore obscurentur, ipsos ea renouare inuidiosum & acerbum esse censent? Non enim qui primi apud Græcos æneum aut lapideum trophæum statuerunt, magnopere probati sunt. In Poblematib.

Priscis illis mortalibus satis erat, si non læderentur à di- *Simile.*
 uersi generis animantibus, & hoc modò sine cùm bestiis
 noxiis depugnabant. At posteriores ratione deprehensa,
 qua feris vterentur, non solùm ab illis non offenduntur,
 verùm etiam vtilitatem capiunt: dum carnibus illarum a-
 luntur, pilis vestiuntur, fel & lac ad morborum adhibent
 remedia: denique dum se pellibus armant, & muniunt: vt
 periculum iam sit, ne si feræ deficiant homini, ferina iam,
 syluestris, & inopseius vita futura sit. Itaque quoniam ceteris
 quidem satis est, si nihil accipiant ab inimicis mali,
 hos verò qui sapiunt, Xenophon ait etiam vtilitatem ex
 aduersariis capere debere. Itaque viam atque rationem o-
 portet inquirere, qua commoditatem hanc consequi pos-
 sint, quibus cùm absque simultatibus viuere non licet. Nō *Simile.*
 potest agricola efficere, vt omnis arbor exuat syluestrem
 naturam, nec venator omnem feram potest cicurem redde-
 re ac mansuetam. Itaque ratio quæ sita est, vt ad alios ni-
 hilominus vsus, illi quidem arbores infrugiferae, huic au- *Simile.*
 tem immites bestiae commoditatem afferrent. Aqua mari-
 na potui quidem inutilis est & insuavis: verùm alit pisces,
 commodè transmittit, quòcunque velis proficisci, impor-
 tandis exportandisque rebus seruit. At verò Satyrus cùm *Simile.*
 primum ignem vidisset, cùmque complecti vellet & oscu-
 lari, Prometheus, heus, inquit, nisi caues Hirce, profecto
 dolebit tibi mentum, viit enim si quis attingat: non valet
 in istum vsus: sed lucem & calorem ministrat: tum artium
 omnium instrumentum est, si quis vti nouerit. Videndum
 est igitur, num & hostis altoqui noxius & inaccessus, alia
 quacunque via contingi possit, atque peculiarem aliquem
 vsus sui præbeat, & commoditatis nonnihil adferre va-
 leat. Nam complures res sunt inuisæ grauesque, quibus in-
 cidunt: ex quibus tamen vsus aliquis excerpitur. Lib. de v-
 tilit. cap. ab inimico.

Quemadmodum animantia quæ plurimum stomacho *Simile.*
 valent, quæque corporibus sunt saluberrimis, etiam si ser-
 pentes ac scorpiones edant, concoquunt: sunt etiam quæ sa-
 xis ac testis alantur, & has propter spirituum vehementiã
 caloremque in alimentum vertant: cum interim graciles i-
 sti ac valetudinarij panem etiam atque vinum appositum
 fastidiant: ita stulti corrumpunt ac perdunt etiam amici-
 uas, contra qui sapiunt, etiam simultatibus commodè no-
 ce

DILECTIO ERGA INIMICOS.

runt vti. Primum igitur quod est in similitate maxime noxium, id mihi videtur summam utilitatem allaturum, si quis animum aduerterit. Quid nam istud est, inquis? Nempe inimicus semper aduigilans, obseruat quid agas, & ansam captans calumnie, lustrat ac circumspicit vndique vitam tuam: non tantum quercus, testas, ac saxa oculorum acie penetrans, sicuti narrant de Lynceo, verum & amicum, famulum, & quisquis tecum habet consuetudinem, ut quo ad potest, deprehendat quid agas: perfodiens atque scrutans tua consilia. Cum interim amici cunctatione negligenteraque nostra, saepe numero nobis inscius & aegrotet & moriantur. Inimicorum vero propemodum & somnia curiosè obseruamus. Iam vero morbi, æs alienum, dissidia cum vxoribus, citius eos ipsos quorum sunt, fugerint, quam inimicum. Quanquam ante omnia peccatis imminet, hæc in primis vestigat. Nec secus ac vultures ad putrium corporum odorem rapiuntur, syncera sanaque non sentiunt: ita si quid morbidum est in vita, si quid vitiosum, si quid affectum, id demum excitat ac mouet inimicum: ad hæc affilit, quisquis odit, hæc contrectat, vellicatque. An non est igitur cõducibile, ad hoc cogi te, ut per omnia cautè & attentè viuas, & nec facias quicquam, nec dicas oscitanter & incircumspectè: sed semper (eorum more qui suspitione morbi, diligenti exactaque vitæ moderatione cauent ne quid offendant valetudinem) inculpatos vsque mores & irreprehensos conserues? Siquidem eiusmodi cautio, dum & animi cohibet cupiditates, & cogitationem cogit aduocatque, gignit in nobis studium ac propositum integrè & inculpatè viuendi. Etenim quemadmodum hæc ciuitates (quas finitimus hostis & continens bellum sobrietatem vigilantiamque docuit) & leges obseruant diligentius, & rectius administrant Rempub: ita quos huc inimicitia compellit, ut in vita sobrij sint ac vigilantes: ut vitent socordiam, ut omnia citra neglectum & comiter agant, paulatim nec sentientes ducuntur in consuetudinem non peccandi, morèque componendi, si modo vel paulum adiuuerit ratio. Lib. de vtilit. cap. ab inimico.

Pleraque magis intelligit inimicus, quam amicus, propterea quod amor cæcutiat in re amata, velut inquit Platon. Porro odio coniuncta est tum curiositas, tum garrulitas. Lib. de vtili. cap. ad inimi.

Simile.

Simile.

Simile.

Cum Cæsar Pompeij statuas deiectas reponi iussisset: tū M. Tullius, Cum statuas, inquit, Pompeij, collocasti, tuas constabilisti. Vnde nec malignè laudandus est, nec honore suo fraudandus inimicus celebris & laude dignus: propterea quod maior laus hinc redit ad ipsos qui laudant. Lib. de utilit. cap. ab inimi.

Rectè præcepit Pythagoras, cum ab aucupio dehortaretur, & empto retium iactu, pisces captos iuberet amitti: cūque omniū mitiū animantium eadē interdiceret, videlicet, ut in brutis animantibus nos consuefaceret à rapacitate & crudelitate temperare. Atqui multo pulchrius est, ut dū in simultatibus ac dissidiis aduersus homines, generosum, æquū, ac simplicē inimicū agis, improbos, sordidos, ac fraudulentos affectus castiges, præmāsque: quo nimitū in cōmerciis amicorum prorsus conquiescant, & à fallendo tēperent. Assuefacti verò iustè rectèque agere cum inimicis, haud vnquam iniustè dolere cum amicis & familiaribus agemus. Lib. de utili. cap. ab inimi.

Arcadion quidem Achiuus, cum non desineret maledicere Philippo, monitūque ut fugeret ubicūque locorum essent, qui non nossent Philippum, ubi post aliquo casu rursus esset visus in Macedonia, amici erant auctores, ut puniretur: nec enim oportere negligi tantam petulantiam. Philippus autem cum occurrisset homini, humaniter cum eo collocutus, mox etiam xeniis ac donis ad eum missis: postea iussit eos percōtari, quomodo iam de se loqueretur apud Græcos. Cūctis autem testificantibus, eum hominem iam mirum Philippi laudatorem esse factum: ego igitur, inquit, melior medicus quàm vos. Lib. de cohibēd. iracūd.

Aristippo, posteaquam ipsi cum Æschine nescio quid iræ incidisset, & quidam illi diceret, O Aristippe, ubi nunc amicitia vestra? Dormit, inquit, sed eam ego excitabo. Audiensque Æschinem: Adeo ne, inquit, tibi videor modis omnibus infelix & insanabilis, ut ne moueri quidem merear abs te? At Æschines, Nō mirum, inquit, si cum in omnibus me præcellas ingenio, hic quoque prior videris quid esset factu opus.

Etenim ferocem non modo mulier caprum,

Verum & puellus scalpitanis tenera manu

Flectit facilius quàm palestres quilibet.

Nos verò bestias feras cicuramus, ac luponū catulos mā-

Similia.

T. Alan, uendo.

AMICITIA VERA

„ suefacimus, etiam leonum catulos in vlnis circumferen-
 „ tes, ac post hæc & filios, & amicos, & familiares per ira-
 „ cundiam eiicimus: in seruos autem atque ciues, iræ (ceu
 „ noxiæ bestiæ)liberas habenas laxamus. morbum nosti um
 „ hoc prætextu extenuantes, quasi vitiorum odio commo-
 „ ueamur, non rectè: sed ita nimium quemadmodum & in
 „ cæteris animi morbis, dum aliud appellamus providen-
 „ tiam, aliud ingenuitatem, aliud pietatem. Et sanè, quem-
 „ admodum & in cæteris animi morbis, dum aliud appella-
 „ mus providentiam, aliud ingenuitatem, aliud pietatem:
 „ Et sanè, quemadmodum dixit Zenon, Sperma mixturam
 „ ac temperaturam esse ex omnibus animi perturbationibus
 „ commixtum: siquidem & à dolore, & à voluptate, & à fe-
 „ rocia decerpta est. Tum ab inuidia hoc habet, quod ma-
 „ lis gaudet alienis. Cæterum homicidio deterior est. Nam
 „ illud conatur ira, non ne quid ipsa patiatur mali, sed vt
 „ malè habeat, modò funditus perdat alium. De cohibend,
 „ iracundia.

Amicitia vera & falsa.

Impendiò celebramus iuuenis illius apud Menandrum
 Insigne elogium: Præclarum, ait, æstimes optimum quæ-
 que virum, cui amici contigit etiam vmbra. Causæ autem
 complures impediunt veram amicitiam, tum verò potissi-
 mum plurium amicorum appetentia: quæ non aliter ac pa-
 rum honestis contingit mulieribus, crebrò atque multo-
 rum complexui patentibus: primi amorem dum retinere
 non potest, facile contemnit, & abiicit. Sic nouitatis stu-
 dium & animi inconstantia, inconsulto aliud alio com-
 mutans, nos semper ad recentiora pertrahit, vt noua sub-
 inde meditemur initia, eaque relinquamus imperfecta:
 nouam familiaritatem & gratiam nunc cum illo incamus,
 mox cum alio ob præteritos amicos atque neglectos, nul-
 lo amore penitus nobiscum perdurante. Lib de amicitia in
 multos diffusa.

Numisma ad amicos comparandos idoneum, est sola be-
 neuolentia, propensúsque in alterum amor, virtuti con-
 iunctus. Quibus profecto rebus natura nihil possidet ra-
 rius. Vt rectè hinc consequatur, ardentius amare amari-
 que, haud quaquam inueniri posse in turba. Verum quem-
 admodum fluuij in multos deducti riuos, lentiozem ha-

Simile.

bent cui sum: ita vehemens amor in multos dispersus, haud dubie marcessit. Ea certe est ratio, quibus animantibus vni cum tribuit factum, eis amorem indiderit vehementiorem. Lib. 1. de amicitia in multos diffusa. *Simile.*

Quidam felices predicant, quibus agmen immensum contigit amicorum sed longe falluntur opinione. Quippe si popinas principum multis cupedis instructas intrent, videbunt item multa muscarum examina nidore illuc attracta: & quemadmodum illo cessante, mox omnes auolat: ita si istis spes desit questus, dispeream si non protinus aule frequentia in ipsissimam vertatur solitudinem. Non igitur aestimes illos amicos, qui solum spectant lucrum: quando omnium isthuc est postremum: vera atque absoluta amicitia tua potissimum requirente: virtutem, velut rem honestam: familiaritatem, vitæque dulcem consuetudinem, ceu voluptatem: & utilitatem, tanquam rem apprimè necessariam. Primum igitur ad diligendos amicos iudicio est opus. Amittendi enim facultas, ac perdendi amicum displicentem, non tam in procliu est, ut admittendi. Perinde enim atque cibum noxium & pestilentem retinere non audes, veritus ne te corrumpat: nec eiecere potes sine molestia, iam bili permixtum: sic malum amicum si habes, læderis: sin reiecis per vim & amarulentiam, non aliter atque choleram summo dolore euomis. Decet igitur, ut non facile amicos quoscunque obuios complectamur, nec eos mox in amicitiam recipiamus, qui nos studio prosequuntur: sed dignos amicitia summo magis studio prosequamur. Non enim protinus eligendum est quicquid se sponte offert: quando rubum, spinasque nos complectentes, ac sedulo prosequentes, discutimus, ut rectà ad vitem aut oleam contēdamus. Atque cum in modum minime est ex re nostra, ut mox illis pareamus, qui facile nos colunt & obseruant: sed refert potius, ut ita nos comparemus, quò boni viri ac fugi colant atque obseruent. Itaque ut Zeuxis pictor quærentibus, cur tardius longoque tempore pingeret, respondit: Ego longo tempore haud dubie pingo, id est æternitati. Sic perpetuam amicitiam conflare non licet, nisi longa vitæ consuetudine, exactioque iudicio. Lib. de amicitia in multos diffusa.

Si quis omnium simul cupiat esse amicus, sufficere non potest cunctis debito officio: dum hic gerit magistratum,

*Simile.**Tria expectandorum genera in amicitia.**Simile.**Simile.**Simile ab exemplo.*

AMICITIA VERA

Simile.

ille eundem ambit, alius suscipit. Ut ne dicam, quam sit absurdum eodem tempore à diuersis ad diuersa vocatum, singulorum desideriis velle respondere. Amicitia ergo in multos dissecta, vrbi similis est, diuersis sacrificiis referre, aliis ad iucundam celebritatem, aliis ad plañctum appositis. Impossibile autem est, omnes prosequi officio: neminem, plane inuibanum. Ut hoc insuper addam, quod vni inseruiens, multis aliis præteritis, infeasos nimirum illos tibi feceris. Nemo enim tui amans æquo tulerit animo, si videat se abs te negligi. Quanquam in excusanda desidia huiusmodi & negligẽtia circa amicos, quo minus nobis succenseant, præstiterit simpliciter dixisse. Exciderat animo: obliuio me huius rei ceperat: quàm si dicas: in ius vocato tibi aduocatus non fui, alterius amici causæ tũ patrocinatus. Item non acceperam te laborare febrim, amicos fouens alios, & circa illorum incommoda occupatus: causam enim negligentiam prætexens in alios diligentiam, querimonia nõ lenieris, sed potius reddideris asperiores. Lib. de amicitia in multos diffusa.

Disimile.

Musica in cantu & organis argutè quidem concors est, ex acutis, mediis, & grauibus modis, quanquam sint dissimiles. Porro amicitia nihil recipit, nisi existat simile. Eadẽ enim velle, eadem sentire, ac fateri, eisdẽque affici, ea res demum firma amicitia est: nõ aliter ac vna anima in multis corporibus æquabili ratione consistẽs. Quis igitur est ille tam variabilis homo, nunquam sibi constans, qui mutetur in horas, & quẽlibet referat moribus, cui libet se se aptet, similisque reddatur? & non magis iudicũ se præbeat, vel Theonidis censura, qui sic ait:

Simile.

Vt Polypus petra faciem mentitur inherens,

Tit. Adulator.

Sic mentem variat subdolan arte noua.

Polypi autem subita commutatio non pertingit ad corporis penetralia, sed contenta est sola superficie, accedentium duntaxat oculis imponens, quo facilius possit elabi. At longe aliam desiderat amicitia, in qua eosdem exprimas mores, pares affectus & sermones, similia studia, eadẽque fugias & sequaris oportet. Protei verò illius fabulosa commutatio alia erat: multifariam eam vertebatur præstigiis, cum formam certam haberet ac propriam. Talis nimirum fies, si libeat cum literarum studiosos libros euoluere, cum palæstricis colluctari, cum venandi

cupidis feras persequi, cum potatoribus inebriari, & cum ambitiosis magistratum ambire. Postremo sicut maximè informem Physici, nudamque substantiam esse prædicant *Simile.* materiam primam, in omnes formas mutari solitam, adeò ut modo ardeat, mox in aquæ liquorem se vertat, iam euanescat in auram, & protinus concresecat in solidum corpus: ita in multos diffusa amicitia, animum subiicit variis affectibus, versipellem facit hominem, subdolum, & variū, malèque moratum. Atqui amicitia mores exposcit minimè lubricos, sed firmos & perpetuo tenore sibi constantes: eundem amat locum, & eandem vitæ societatem, quæ causa multo omnium potissima est, cur tam rara auis sit, inuentūque difficilis, constans amicus. Lib. de amicitia in multos diffusa.

Vide etiam Ti. Adulatio.

Pax, Concordia.

Vir civilis hoc imprimis curare debet, ut rebus administrationi civium subiectis ita utatur, ut amicitie & consensus inter ciues conciliari, contentiones & inimicitie tolli penitus videantur: & (quod in amicorum dissidiis usu venit) qui se priorem iniuria affectum putat, cum priorem quoque adeas, atque oratione soleris, ostendatque te secum vnà dolere, & iniuriam eque ferre. His iactis fundamentis, mororem lenire incipito, hominèque docere, non eos commendari solitos, qui aliis iniuriam intulerint, qui ve pertinaciter & obnixè superare contendant: sed qui illatam iniuriam animo equo, vel certè fortituisse videntur. Hi enim non modò mansuetudine & morum facilitate, verùm quoque prudentia, & animi magnitudine præstāt: propterea quod paruis rebus cedentes, maximis ac pulcherrimis obtinent, & euincunt. In Polit.

Ti. Dilectio inimicorum.

“
“
“
“
“
“
“
“
“
“
“
“

Bellum.

Bellum, educati in vmbra corporis habitudinem repudiatur. Macilentus autem miles, bellicis assuetus certaminibus, pugiles & structas prælio propulsat acies. Lib. de liber. educand.

T. Contra delicias.

SEDITION, FACTIO.

Seditio, Factio.

ENimverò non semper incendia de sacris publicisve
 ædibus initium sumunt, sed sæpenumero è domuncu-
 la, lucerna parumper neglecta, ingens erumpit flam-
 ma, vel ignis sensim conceptus, palea deinde & fomentis
 refocillatus, mirum in modum ardere incipit, & primis
 quibúsque correptis, longius serpere, & maximam stra-
 gem dare. Ita seditiones in ciuitatibus non magnæ sem-
 per contentiones, nec de publicis rebus dissidia incendere
 concitaréque solent: verùm pleiúmque priuatis creatæ of-
 fensionibus, in publicam pestem certando progressæ sunt,
 studiis & contentionibus mutuis auctæ. Quas ob res prin-
 cipem ciuitatis, & virum ciuilem oportet eiusmodi pia-
 ua futuræ cladis initia nihilo segnius præuenire: & ita cu-
 randa, atque opprimenda suscipere, vt aut nusquam existe-
 re possint, aut si qua extiterint, præfocentur, ne paulatim
 assumptis viribus luculenter succrescant, ac postremò sua-
 pte magnitudine Rempub. occupent. Attendat etiam, sæ-
 pe vsu venire, priuatis & paruis neglectis rebus, initio nul-
 la cura, nullis medicamentis adhibitis, inde calamitates e-
 tiam extitisse. Adolescens quidam Syracusis amatæ ado-
 lescentis amici profecti peregrinè, sibi creditæ stuprum in-
 tulit. Rediens ille rescit facinus, vlturúsque iniuriam,
 inuicem vxorem amici stuprauit. Re vulgari cœpta, ma-
 ior quidam natu ciuis in senatu retulit, vtrunque ab vrbe
 eliminandum, prius quàm ciuitas velut contagio sceleris
 infecta, ad diuersa propésa studia, & ad intestinas hinc pro-
 fecta inimicitias, seipsam euertat. Ceterum persuadere se-
 natum potis non fuit: orta seditione, in diuersasque par-
 tes ciuibus raptis, quæ fuerat egregia ciuitas, maximis
 implicita malis, variis que agitata calamitatibus, demùm
 corruit. Ad huiusmodi vero seditiones componendas,
 nulla mihi videri potest potior ratio, quàm si inducas a-
 nimum, in tuis priuatis disceptationibus mansuetum te
 ipsum, & exorabilem exhibere, atque in primis persistere
 causis, nulla per contentionem concitandæ iræ gratia, ad-
 iecta materia, nullis irritatis affectibus, quibus negotium
 magis exasperetur, & equò acerbius fiat. Simili ratione in
 foro, & ciuilibus cōtroversiis, sat erit nudis explicatisque
 rationibus causam simpliciter agere, non confictis ad libi-
 din em

*Ti. Mansue-
 tudo.*

dinem criminibus, congestis maledictis vndique & iurgis, atque minis admixtis, tanquam veneno tela inficere, eaque præacuta in aduersarium per insidias iactitare. Quo fit, vt causæ suapte natura leues atque priuatae, ad publica crimina, deploratamque lucem & contentione & studio trahantur. Qui verò si talem in causis propriis exhibere potest, is profecto facile persuadere aliis poterit, vt se volentes libentesque dicto eius audientes exhibeant, quando maximè publicæ ipsæ contentiones & controuersia, si priuatas offensiones subducas, ac demas, leuiore effici soleant. In Politica.

Consolatio afflictorum.

Medicorum præstantissimi nunquam ad repentinos fluxuum impetus medicinarum confestim afferunt remedia: verum inflammationis grauedinem absque vlla externa vnguentorum impositione ad maturitatem peruenire patiuntur. Postea verò quàm & tempus (omnia ad maturitatem perducere solitum) calamitati accessit, & tua sollicitudo amicorum auxilia iam exigere videtur, bene habere sum arbitratus, si ad relaxandum, aut remittendum dolorem, flebilisque atque inanes sedandos luctus, consolatoriae te participem orationis facerem. Animo namque malè affecto, medici sunt sermones, cum præsertim quispiam opportunè cor molliat. Nam autòre sapientiae Euripide, alia alij adhibetur medicina morbo: dolore quidem affecto, beneuolus amicorum sermo: fatuè vero se gerenti, admonitiones. Etenim cum multæ sint animi perturbationes, omnium quàm grauissima est dolor: multi enim dolore in furorem, nonnulli in incurabiles ægri tudines reducti memorantur, sibi ipsis quidam præ dolore mortem consciuere. In oratione consol.

Ex oratione consolatoria ad amicum.

Comicus Menander in eos qui calamitates ægrè ferunt, hæc dicit. Si nobis lachrymæ malorum essent remedium, & qui lachrymasset, dolore desineret, auro dato lachrymas permutaremus: quid igitur proficiunt? nihil: verum dolor habet, vt arbores fructum, lachrymas. In orat. cons.

Huc illud Socratis dictum meritò quis traheret, quocensebat oportere, vt felicitates in commune conferrerentur, vt vnusquisque ex æquo partiretur: futurum autem, vt plures suas libenter capientes, discederent. Vsus est huus-

C O N S O L A T I O

modi inductione & Antimachus poëta. Lyda enim vxore sua defuncta, quam vehementer diligebat, doloris solamen sibi facit Elegiam Lyden denominatam. Nam cum heroicæ calamitates recensuisset, alienis malis suum sibi minorem reddidit dolorem. In oratione consolatoria.

Simile.

Vide quid comicorum quidam ei dicat, qui intempestiuam ægreferebat mortem. Si utique nosces, vitam, quam non vixit, feliciter victurum, mors minime quidem opportuna: sin autem aliquid incurabile attulisset vita, te fortasse beneuolentior ipsa extitit. Cum autem minime constet, vtrum is vita decedens, maioribus solutus malis ex vsu suo, quieuerit, an non: oportet non perinde ægre ferre, ac si ea omnia amissemus, quæ nos ab eo consequuturos opinati sumus. In oratione consolatoria.

Vnumquenque autem secum considerare oportet, non longissimam vitam, sed virtute præditam, esse optimam. Neque enim qui plurima ad citharam cecinit, quique rhetorum more dixit, vel nauis clauum rexit, sed qui bene, laude afficitur. Bonum enim non in temporis diurnitate, verum in virtute opportunæque concinnitate ponendum est. Sic enim inter plantas optimæ habentur, quæ modico temporis interuallo plurimos ferunt fructus. Multum utique temporis, aut parum, minime referre videtur, si ad infinitum respexeris seculum: mille enim, vt Simonidi placet, ac decem annorum millia, punctus est quidem indeterminatus, quinimo breuissima quædam puncti portio. Nam & animalibus illis, quæ (vt ab historiis percepimus) iuxta Pontum genita, vnum degunt diem, manè orientia, meridie vigentia, vesperi senescuntia atque obeuntia, si humanus animus ac oratio singulis daretur, noster hic affectus inesset, eademque utique contingerent, vt quæ ante meridiem decessissent, luctum ac lachrymas præberent: quæ vero integrum vixissent diem, penitus felicia haberentur: modus enim vitæ, non temporis prolixitas bonum appellandum est. In oratione consolatoria.

Atqui non sperabam, inquires, me hæc passurum, neque expectabam. At te expectare oportebat, rei umque humanarum incertitudinem ac vanitatem fuisse præmeditatum, ne improuisus nunc, vt ab hostibus repente inuadentibus, deprehensus esses. Pulchrè autem qui apud Euripi-

dem est Theseus, aduersus huiusmodi se parare ac muni-
re videtur, ait enim ille. Ego autem à sapiente quodam e-
doctus, in sollicitudines ac calamitates coniectus sum, exi-
lia mihi ipsi à patria mea proponens, & immaturos obi-
tus, malorumque alias vias: vt si eorum aliquid, quæ men-
te cogitaueram passus essem, non mihi nouum atque ino-
pinatum contingens, magis morderet. In oratione con-
sola.

Lyciorum legumlatorem suis præcepisse ciuibus fe-
rant, vt quoties in luctum incidissent, veste induti mu-
liebri lugerent, cum indicare vellet, huiusmodi affectum
muliebrem esse, & haud quaquam illustribus viris, libe-
ralisque disciplinas sibi vendicantibus, congruentem. Fœ-
mineum proculdubio, & imbecille ac minime generosum
est, lugere. Mulieres enim libentius, quàm viri luctibus
indulgent: & Barbari, quàm Græci: & qui deteriores sunt,
quàm qui præstantiores. Barbarorum autem quidã partes
etiam corporis abscindunt, nares scilicet, atque aures, reli-
quum quoque corpus placentes, dum se defunctis grati-
ficati arbitratur, si à naturali modestia in huiusmodi mœ-
re discesserint. In oratione consola.

Obluiscientium similes sumus, Neque enim solum (vt
inquit Euripides) pecunias minimè peculiare possident
mortales, verùm & cætera omnia. Quocirca in omnibus
dicere oportet. Nos Deorum res habentes, eas eorum;
cum autem velint, ipsas rursus auferent. Itaque minimè
ægrè ferre decet, si quæ nobis ad breue tempus mutuo de-
dere, eadem exigant. Nec enim trapezitæ; cum ab ipsis si-
mile depositum repetimus, redditionis causa indignan-
tur, si quidem grati ac beneuoli fuerint. Aduersus enim
eos, qui non facile reddunt, meritò quispiam dice-
ret: Mandasti ne obliuioni te propterea hæc accepisse, vt
redderes? Hoc vtique omnibus contingit mortalibus.
Habemus enim vitam, vt pote necessarium Deorum de-
positum: & huius redditionis nullum est determinatum
tempus, vt ne numulauj quidem depositi: sed minimè con-
stat, quando qui dedit, ut petet. Qui igitur vel ipse mori-
turus, vel liberis defunctis supra modum indignatur ac
conqueritur, quomodo non manifestè oblitus est, & se ip-
sum hominem esse, & liberos mortales genuisse? Neque
enim est hominis mentem habentis, ignorare hominem

A D M O N I T I O

T. *Cognitio sui.*

animal esse mortale, propterea que genitum ut moriatur. Duo sunt ex Delphicis literis maxime ad vitam necessaria oracula. Cognosce te ipsum, ac, Nihil nimis: Ex iis enim reliqua pendent omnia. Hæc autem sunt inuicem consona, & utrumque altero videtur significari. Nam & in eo, quod est, Cognosce te ipsum, comprehenditur; Nihil nimis: & in hoc, id est. Nihil nimis, Cognosce te ipsum. Quare & super his sic inquit Ion: Cognosce te ipsum, hoc verbum quidem haud magnam, re verò ipsa tantum, quantum Deorum solus nouit Iupiter. At Pyndarus: egregie, inquit, sapientes, Nihil nimis verbum laudarunt. Hæc igitur præcepta, ut Apollinis oracula, quispiam cogitatione complectens, ad omnes vitæ perturbationes se facile accommodare poterit: easque prudenter ferre, cum suam ipsius naturam respiciens, tum vel maxime ne plus, quam conueniat, in his quæ accidunt, aut ad iactantiam extollatur, aut deprimatur, & ad miseriam planctusque prosternatur. In oratione consolatoria.

Quis nouit, an Deus patris more prouidens, generisque humani curam suscipiens, prospiciens quæ ventura erant, immaturos quosdam de vita abducat? In oratione consolatoria.

Admonitio, Castigatio.

Siqui alicubi dissonant, atque discrepare videntur, hos amice & placide musicorum more intentione aut laxatione oportet admodum atque concinnitatem reducere: non, si quis aliquatenus peccat, iracundè protinus hunc duriter atque per contumeliam adoriri: quin authore Homero, mitius & moratius pertractare: Te scilicet cæteros prudentia autem arbitror, & alia in hanc sententiam. In Politic.

Vituperatio mixta cum laude, quæ ingenuitatem, non contumeliam videtur prætere, nec iram exuscitet, res obsequiosa, videatur: è contrariò maledicendi atque obiurgandi profusa licentia Remp. tuentibus, & principibus ciuitatis dedecori est. In Politic.

T. *Asulatio.*

Inter multos perpauci sunt, qui velint & audent amicum liberè reprehendere, magis quam ad gratiam loqui. Rursum inter hos paucos, haud facile reperias, qui id facerent: sed ita se liberè loqui putant, si conuidentur ac

vituperent. Atque habet hoc, ceu pharmacum non in tem-
 pore datum, intempestiva libertas, vt perturbet atque mo-
 lestiam adferat nulla vtilitate, & idem quodammodo effi-
 ciat cum dolore, quod cum voluptate facit adulatio. Læ-
 dentur enim non ij modo, qui laudantur, cum non oportet,
 verum etiam qui vituperantur non in loco. Fœdum
 est dum placere studes, in adulationem incidere: rursus
 fœdum, dum adulationem vitas, immodica reprehenden-
 di libertate, gratiam amicitiae simulque medendi perdere
 vtilitatem. Lib. de discrimine adulatoris & amici.

Opportunitas non obseruata cum omnibus quidem in
 rebus ingens affert malum, tum verò maxime in ad-
 monendo detrahit vtilitatem. Lib. de discrim. adulatoris
 & amici.

Animi vino calefcentes, procliuēs sunt ad iracun-
 diam: ac sæpenumerò fit, vt ebrietas occupans admo-
 nendi libertatem, similitatem gignat. Denique prorsus i-
 gnavum est, ac minime generosum & audax, cum qui
 sobrius liberè loqui non audeat, id in mensa facere,
 quemadmodum canes faciunt ignaui. Liber de discrim. a-
 dula. & amici.

Simile.

Quibus res secundæ sunt, his maxime amicis opus est,
 qui liberè admoneant, & immodicum animi fastum sub-
 ducant. Per pauci sunt enim, quibus contigit simul & feli-
 ces esse, & sapere. At plerique mortales opus habent alie-
 na prudentia, consilioque aliunde accedente: quod illos à
 fortuna inflatos iactatosque premat. Nam vbi fortuna fa-
 ustum ac tumorem deiecerit ac sustulerit, tum rebus ipsis in-
 est quod admoneat, ac poenitudinem inducat. Vnde nullus
 tum vsus amici liberè monentis, nec opus est verbis gra-
 uibus ac mordacibus, sed re vera in huiusmodi fortunæ
 commutationibus vultum intueri beneuoli viri iuuat, qui
 consoletur, & addat animum: quemadmodum Clearchi
 vultus, cum in præliis atque rebus afflictis beneuolus &
 humanus conspiceretur, fiduciam addebat perichitantibus,
 vt inquit Xenophon. At, qui liberam & mordacem
 obiurgationem admouet homini rebus aduersis afflictis
 (ceu pharmacum, quo solet acui visus oculo perturbato
 inflatoque) nihil quidem confert ad sanitatem, nec vllam
 aufert doloris partem: quin magis iram addit dolori, &
 afflictum exacerbat. Sic igitur res afflictorum haud reci-

*T. prosperi-
 tas.*

T. Amicus.

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

ADMONITIO.

piunt: obiurgandi libertatem, aut sententiae dictio-
nem, sed humanitatem & subsidium desiderant. Siquidem
& nutrices ad pueros lapsos haud accurrunt cum conui-
ciis, sed erigunt, abluunt, & componunt, deinde obiurgat
ac puniunt. Quibus igitur in rebus oportet amicum acere
esse, & quando conueniet acerba uti reprehensione? Quo-
ties tempus hortatur, ut voluptate, aut ira, aut ferocitate
praecipitem coerceas, aut ut avaritiam cohibeas, aut ut ad-
uersus stultum aliquem animi motum relucteris? Sic libe-
re locutus est Solon apud Croesum instabili felicitate cor-
ruptum ac tumidum, iubens spectare finem. Lib. de disci-
adula. & amic.

Nonnulli venustiùs etiam de aliis verba faciendo, cor-
ripiunt amicum, dum in his culpant alios, quae sciunt ab
illo committi. Noster autem magister & institutor Ammo-
nius cum in pomeridiana confabulatione familiarium, sen-
sisset quosdam pransos esse, prandiam haud simplex, sed
opiparum & varium, liberto mandauit, ut suo filio plagas
impingeret, addens elogium. Non potest inquit, prandere
absque aceto simulque in nos flexit oculos, ut increpatio
tangeret obnoxios. Insuper cauendum erit & illud, ne co-
ram pluribus obiurgemus amicum, ac Platonis illud habe-
re conuenit in animo. Nam cum Socrates acrius obiurga-
ret familiarem quempiam, in conuiuio cum eo disceptans:
Nonne satius fuerat, inquit Plato, haec illi seorsum dixisse?
Et Socrates: At tu sane, nonne satius fecisses, si seorsum i-
sta mihi dixisses? Porro cum Pythagoras in familiarem
quempiam asperius coram pluribus fuisset inuectus, adoles-
centem praefocasse laqueo guttur, aiunt: ex eo tempore nun-
quam Pythagoram quemquam alio praesente reprehendisse.
Siquidem ut morbi parum honesti, sic & peccati reprehensionem
ac refectionem, secretam esse conuenit, non (ut ludi solennes)
vniuerso populo exhibeatur, nec ut ostentetur, & specta-
tores ac testes accersat. Lib. de disc. adul. & amici.

Simile.

Iam vero praeter contumeliam (quam ab omni prorsus cura-
tione conuenit abesse) cauendum erit & illud, ne (quod est vi-
tiosum in admonendo) contentiosus simus & contumaces. Sicut
igitur Plato censeat, ut senes, qui studeant verecundiam inserere
adolescentibus, ipsi primum reuereantur adolescentes: ita cum
verecundem reprehendit amicus, id potissimum gignit in eo
verecundiam. Unde rectissimum fuerit illud Homericum.

Admoto capite, ne quisquam exaudiat alter.

Miniméque decet, vt aperias delicta vel mariti, audiente vxore, vel patris sub oculis liberorum, vel præceptorum coram discipulis. Exagitantur enim dolore & iracundia, cū arguuntur apud eos quibus probari cupiunt. Arbitror autem nec in Clitum amicū perinde concitatū Alexandrū fuisse vino, vt quod illum multis præsentibus coërceret.

Quapropter inter alia cauendum & illud in primis, ne libertatem admonēdi iactemus, ac vulgo circumferamus, sed ad iuuandum atque sanandum amicum ea duntaxat vtamur. Lib. de disc. adul. & amic.

Sed quoniam sæpenumero res ipsæ nos inuitant, vt licet ipsi parum boni, cum aliis similibus habentes consuetudinem, eos increpemus: dexterrimus obiurgandi modus fuerit, si quis obiurgat, se modis omnib' admisceat culpæ. Siquidem & beneuolentes videntur, & fides habetur iis, qui videntur iisdem quidem obnoxij vitiis, amicos autem non aliter quàm seipsos corrigere. Cæterum qui corripit alterum, seipsum iactat perinde quasi liber & immunis à vitiis omnibus, nisi sit ætate multo proe-
tior, aut nisi sit eiusmodi, vt omnes illi virtutis dignitatem ac laudem tribuant, grauis ac molestus videbitur, nec quicquam proderit amico. Lib. de disci. adula. & amici.

Quoniam verò nec lumen ad mouendum est oculo inflato, nec animus ægrotus admittit libertatem, & admonitionem indilutam, vtilissimum remedium fuerit, laus leniter admixta obiurgationi. Non enim solum lenitas remittit reprehensionis asperitatem, verum etiam gignit in homine æmulationem quandam erga seipsum, vt secum ipse certet, dū honestè factorū cōmemoratione, turpium pudescit, & ob id se meliorum exemplū præstare videtur. Nam cū alios vel æquales, vel ciues, vel cognatos cum eo cōferimus, molestè fert, & irritatur improba ambitio, nec rarò solet illud cū ira submurmurare. Quin tu igitur abis hinc ad me meliores, & mihi negocium facessere desinis? Proinde cauendum erit, ne apud eos quos liberè corripi-
mus, laudemus alios, nisi fuerint parentes. Cæterum illud haud quaquam fieri conuenit, vt qui admonetur, vicissim admoneat, & libertatem opponat libertati. Siquidem ea res protinus incendit animos, ac dissidium parit. Et

ADMONITIO, CASTIGATIO.

omnino videbitur ita commoueri, non quod libertatem libertate p̄sare studeat, sed quod liberam admonitionem non ferat. Lib. de discrim. adul. & amici.

T. Amicus.

Cæterum amici munus est amicorum offensam, quæ ex admonitione nascatur, in magnis, plurimùmque momēti habentibus rebus in se recipere. Nam si in quibuslibet, & ad quælibet molestus sit, & offendat, nec amicè, sed imperiosè, more p̄dagogorum familiares incessat, hic cum in maximis negotiis admonebit, hebes erit & inefficax, haud secus atque mēdicus acri quidem & amaro pharmaco, necessario tamen & sumptuoso in vulgaria leuiàque, minùsque necessaria, admonendi libertati abusus. Igitur ipse quidem cauebit, ne assiduè reprehendat, & obiurgandi cupidus esse videatur. Qui enim semper instat in quouis negotio acerbus & insuavis, omnia cognoscens, omnium curiosus, is adeo nec liberis est tolerandus, nec fratribus, ut ne seruis quidem ferri possit.

Atque primùm quidem candidè conueniet amicos laudare: deinde veluti candens ferrum solidatur refiigeratione, ac dulciciem accipit maleo redditum: sic amicis solutis & calefactis collaudatione, libertatem, ceu tincturam paulatim addere. Dabitur enim occasio, ut dicere possis, num illa cum his conferenda sunt? Vides ne cuiusmodi fructus reddit honestas? Hæc abs te requirimus amici: hæc tua sunt, teque digna, ad hæc natus es. Nam sicuti bonus mēdicus magis cupiet somno seu cibo morbum ægroti depellere, quam Castoreo, aut Scamonio: sic æquus amicus, & bonus pater, atque p̄ceptor laude potius, quam reprehensione rei gaudet, ad emendandos suorum mores. Quandoquidem non alia res p̄stat, ut liberè admonēs, & offendas minimè, & sanes maximè, quàm si temperans ab iracundia, modestè & cum beneuolentia delinquentem aggrediaris. Vnde nec inficientes oportet acerbis coarguere, nec obsistere purgantibus sese. Ciuius enim arbitror, si quis dicat, ignorasti, quàm si dicat, iniuriam fecisti: & non attendisti, dictu mollius est, quàm turpiter egesti. Rursum ne contendas cum fratre, moderatius est, quàm si dicat, ne inuideas fratri. Item, fuge mulierem te corrumpentem, urbanus, quàm si dicas, desine mulierem corrumpere. Nam hunc desiderat modum admonitio, qua mederi velis amico. Vbi. sup.

Vtendum erit arte in amicis corripientibus, quandoquidem hæc res maximum, & efficacissimum est remedium, maximèque desiderans opportunitatem & modum. At quoniam sicuti dictum est, sæpenumerò curanti molesta est huiusmodi libertas, medicos imitari conueniet. Nec enim hi cum secant partem afflictam, in cruciatu molestiæque destituunt, sed placide rigant atque leniunt: neque qui admonent ciuilitè amicum, aufugiunt, posteaquam amara mordaciæque admouerint: sed aliis colloquiis & comitate verborum deliniunt ac molliunt. Quem admodum & fabri lapidarij vulnus ac cicatricem, quam ictu celtis inflixerunt in statuis, rursus poliendo leuigant, ac nitidum reddunt. Lib. de discrim. adula. & amici.

Simile.

Simile.

Ceterum admonitiones & obiurgationes adhibita malo vigenti tumentique, vix perficiunt quod agunt: nihil autè differunt à pastillis odoriferis, qui morbo comitiali obnoxios erigunt quidem collapsos, non liberant tamen à morbo. Lib. de cohiben. iracun.

Simile.

Quemadmodum medici amara quædam venena dulcibus immiscentes succis, comitè utilitatis amœnitatem inuenerunt: ita & patres increpationum rigorem mansuetudine temperent est necesse. Lib. de lib. educ.

T. Pater.

Inuidia.

SCIPIO Africanus ab vrbe sæpenumerò secedebat, rusticari per diu solitus, vt & inuidiæ quicquam detraheret, & respirandi locum illis præstaret, qui splendore virtutis eius, & gloria rerum gestarum opprimi videbantur. In Politica.

Inuidia quidem indeterminata est, perinde atque ægrotudo oculorum, quæ ad omnem splendorem turbatur. Et post pauca, Quæ circa Themistocles, cum adhuc adolescens esset, nihil splendidum à se fieri dicebat: neminè enim adhuc se inuidum habere. Etenim quemadmodum cantharides lætioribus frumentis, & viridioribus rosis maxime innascuntur: ita inuidia eos præcipuè tægit, qui boni sunt, quique ad virtutem gloriamque grassari videntur.

Simile.

Simile.

Infelicitas inuidos quidem compescit, inimicitias vero non tollit: oderunt etiam hostes ad extremam redactos calamitatem. Nemo est qui miscis inuideat. Idcirco illud

T. Odium.

INERTIA CONTRAQUE DILIGENTIA.

à quodam è nostris sophistis non sine ratione dictum: Inuidos homines libenter commisereri. Non enim inuidi multos è propinquis ac domesticis suis perire volunt, nec ad extremam miseriam redigi: sed felicitatem eorum graui animo ferunt, prohibentque (si possunt) eorum gloriam ac splendorem: extremam vero calamitatem non optant: sed si perinde ac ex altissimis ædibus eam partem quæ suas obscuriores reddit, deposuerint, bene secum agi existimant. Lib. de odio & inuidia.

Simile.

T. Falsa felicitas

Eò iam amentiam ventum est, vt ex aliorum magis vita nostra pendeat, quam ex sese ipsa, naturaque nostra in degenerem quandam inuidiamque affectationem deprauata, non tam propriis letari solet, quam alienis bonis angere. Quos tu perquam beatos, atque in gremio Iouis (quod aiunt) esse putas, si deducto atque retracto velo speciosissimo, transmissa gloria illorum & externa specie, penitus introspexeris, profecto intestina multa peracerba permolestaque deprehendes. Lib. de Tranq. animi.

Inertia, contraque Diligentia.

Hominis ingenium ceu cariem & senium in otio contrahit, propter obscuritatem. At muta quies, vitæque sedentaria in otio semota, non corporibus modo, verum etiam animis marcorem conciliat: non secus ac aquæ latentés: propterea quod umbræ sunt opacæ, torpeantque, nec profuant, putrescunt. Item eorum qui in otio degunt vita, si quid habeat vsui futuram, tamen quia non promanat ad alios, nullo inde bibente, corrumpitur, & cõsenescit vis illa natiua. Lib. An bene lateat viuens.

Simile.

Inductio ex similibus.

Facilia ipsos quoque fugiunt negligentes: difficilia vero cura & diligentia capessuntur. Quam expeditissima, quamque efficax sedulitas pariter ac labor existat, cõpluribus in rebus facile, si conspexeris, disces. Aquarum enim guttæ lapides cauât: ferrum & æs manuum tactibus obteruntur: carpentorum rotæ summis inflexæ viribus, haud vlllo pacto pristinam reparare rectitudinem possunt: curuatas histrionum virgas, nullo dirigere modo licet: quin factus præter naturam labor, naturæ vim superauit. Ad hæc duntaxat diligentia potestatem indicant? Minime: imò vero & infinita cætera. Si quod fertile natura solum incuria

deditur, squalet incultum, quodque natura præstantius est, eo magis si per otium atque negligentiam omissum erit, perditur. Est ne quispiam infœcūdus & supra modum asperior ager? At cultus, generosos ædidit fructus. Quænam arbores sunt, quæ datæ neglectui, non simul & tortæ pullulent, & steriles perstent? Cùm eadem rectum assecutæ patrociniū, fructuosæ sint, magnopere fertiles. Quæ corporis fortitudo non obtunditur, & propter incuriam, mollitiem, ac malam habitudinem non perit? Quæ autem imbecilla adeo natura, quæ per exercitationes atque certamina ad maximas non augeatur vires? Qui verò equi à primis bene domiti annis, suis non obsequuntur sessoribus? Qui autem indomiti perstant, nonne ceruice durissimi, & animis feroces euaserunt? Equidem admirari cetera opus est, cum truculentissimas feras laboribus mitigari, & māsuefieri plerunque cernamus? Bene Thessalus ille, qui cum interrogaretur, quinam abiectissimi Thessalorum essent: qui bellicarum rerum, inquit, quietem agūt. Et quid multis opus est verbis? cōsuetudo est, quæ longæua permaneat. Lib. de lib. educandis.

T. Exercita-

tio.

“

“

“

“

Benevolentia civium captanda, & malevolentia fugienda.

Timesias Clafomenius vir cætera frugi, & civis haud ineptus (ea cupiditate tamen, ut cuncta ipse per se agere atque curare appeteret) contraxerat inde odium civium: quod ipsum tantisper latuit, dum tale quippiam visum euenit. Carduelem auiculam transenna captam adepti pueri quidam: eorum vnus ita manu oppressit caput auiculæ, ut cerebellum excuteret, addiderūt reliqui, vnam sic Timesiæ caput excerebrasses. Præteribat illac tum fortè Timesias, & verba excepit: nempe eum pueri ipsum esse non cognoscebant. Reputās rem secum diu, quorsum odia in se civium pertinerent, quandoquidem per paruulorum ora talia volitarent, facile intellexit. Cōuersus domum, rem omnem vxori narrat, atque confestim collectis sarcinis, vxore comite, relicta vrbe profectus est: quippe qui sibi amplius in patria manendum nequaquam existimaret. In Politica.

Apes quidē fumo vexatæ, pœnas possessoribus teme-

ritatis ac ferociae dant: equi lasciuientes & duri freno iunguntur; contumaces canes coercentur collaribus, & quocunque vel inuiti aguntur. Hominem vero homini nihil aliud mansuetum & mitem reddit, quam beneuolentiae fides, iustitiae & probitatis certa opinio. Armaturque & instruit bonos beneuolentia ciuium aduersum obtrectatores, & improbos: quandoquidem iuxta illud poeticum, ut mater ab infante suauis somno sopito abigit muscas: ita liuorem atque inuidiam procul propellit & amolitur. Quae res tibi, si gestarum rerum exempla animaduertas, conspicua erit. Dionysij uxorem stupratam, liberisque prius omnifaria contumelia foede affectos, & interemptos demum accepimus: ad extremum concrematis torporibus in mare de nauis cinerem sparsum. At Menandro regi Bactrorum, homini frugi atque mitissimo, in expeditione & castris vita defuncto, cunctae ciuitates regni, cunctique populi inferias de more & iusta magnifice communi consensu soluerunt. Postremo de reliquis cum diu decertatum esset, quibus potissimum commendaretur, vox tandem inter omnes conuenit, ut aequae partitae singulis distribuerebantur pro rata parte: nempe quod monumentum illius viri apud omnes pariter cum ueneratione existeret. Persae ad hanc usque diem homines ad unco naso & amat, & pulchritudine praeditos arbitrantur, in honorem Cyri, qui eiusmodi naso fuisse traditur. Quo fit, ut amor ille validissimus atque sanctissimus omnium merito habeatur, quem per uirtutem quispian a ciuibus & popularibus sibi comparat. Honores autem qui spectaculorum, largitionum, atque gladiatorum editione constant, falso quidem hi honores appellari uidentur: quippe qui a meretriciis adulationibus nihil distant. Natura semper id multitudini comparatum est, ut eroganti, gratificantique statim arrideatur, & instabilis, atque unius dici gloriolae species confestim exhibeatur.

In Politica.

Prudentia.

IN omni actione nostra officium uno modo perficitur, & pluribus ab eo disceditur. Assecutio enim signi, una simplexque est, aberratio autem multiplex. Huius igitur (quae in rebus gerendis versatur) prudentiae munus est, immoderatos redundantisque affectus & commotiones

Simile.



T. Honor.

22
23
24
25
26
27
28
29

Simile.

T. Virtus in medio.

coercere atque refecare. Vbi enim præ imbecillitate ac mol-
 litie, ac metu, vel torpore motus refugit, officiũque & hon-
 estatem deierit, tum præsto est, illum excitans & sub-
 leuans. Vbi verò contrà sese effert insolenter plurimus at-
 que inconditus & inordinatus, vehementiam aufert & re-
 primit, atque ita affectuum commotionem moderans, &
 intra terminos continens, virtutes morum in parte a-
 nimi experte rationis constituit, inter excessum at-
 que defectum medium obtinentes locum. Non ta-
 men omnem virtutem in mediocritate inesse dicendum
 est, sed est quædam minimè indiga eius animi partis, quæ
 est rationis impos, in pura constantique mente constituta:
 sapientia videlicet ac prudentia suapte natura perfecta.
 Quoniam autem medium multipliciter dicitur, quod me-
 dij genus virtus teneat, dicendum videtur. Commixtum igi-
 tur medium est simplicium, vt albi & nigri fuscus color:
 & quod continet & continetur, ipsius continentis & con-
 terti, vt duodenarij & quaternarij, octonarius numerus est
 medius: & quod neutrius extremi particeps est, vt boni &
 mali, quod est indifferens. Nullo ex his modis virtus in
 medio esse dicitur. Fit ergo, in primis que dicitur medietas, *Simile.*
 ei quæ est in sonis atque harmonia congruentur. Ea enim
 vox est concinna, quemadmodum in fidibus, postrema &
 suprema. Quarum alterius nimiam acuitatem, alterius gra-
 uitatem deuitat: ipsaque cum sit motus atque potentia in
 irrationali anima, quod solutum & languidum est, aut in-
 tentum, atque omnino plus & minus ab appetitione natu-
 rali amputat & demit: modum atque constantiam affecti-
 bus adhibens. Fortitudinem itaque mediocritatem esse di-
 cunt timiditatis atque temeritatis, quarum alia superatur à
 modo, altera ei præstat in irascentiæ affectu. Liberalitatem
 verò auaritiæ & prodigalitatis. Mansuetudinem indolen-
 tiæ & crudelitatis. Lib. de Virtute motum.

Iustitia.

NON assidet Ioui iustitia, sed ipse iustitia factusque est, *T. Dem.*
 lexque tum antiquissima, tum exactissima. Veteres i-
 ta & loquuntur, & scribunt, & docent, absque iustitia prin-
 cipatum rectè gerere, ne Iouem quidè ipsum posse. Atque
 eadem virgo est, iuxta Hesiodum, nimium incorrupta,
 pudoris, modestiæ, & utilitatis amica: Vndè reuerendos

cognominant reges . Conuenit enim, vt hi maximè reue-
reantur, qui minimè timent. Lib. de doctri. princip.

Vsura.

Pascuntur fœneratores tanquam ignis furens, atque as-
siduè auctus, pernicie atque vastitate infeliciter pereū-
tium, ex alio alium consumentes : Et hæc haud existimare
me tanquam fœneratorum hostem enarrare:

Namque meos nec equos mihi, nec rapuere iuuenos. sed vt o-
stenderem illis, qui adeo parati sunt fœnebrem sumere pe-
cuniam, quantum illiberalitatis ac turpitudinis res ea in
se contineat: quòdque vsuræ succumbere, extremæ sit de-
mentix atque molliciei. Habes? Ne fœnereris, quoniam
non indiges. Non habes? Ne fœnereris, quoniam satisfa-
cere haud poteris. Itaque vtrâque per se diligenter confi-
deremus. Fertur Cato ad senem quendam improbum di-
xisse: Cur homo senectuti tot malis ac incommodis degra-
uatæ, scelerum quoque turpitudinem imponis : Pariter &
tu paupertati (cui tot adsunt mala) ærumnas, quæ ex vsuris
& debitis ortum habere solent, ne accumula, neve pauper-
tati securitatem aufer, qua solùm à diuitiis differre vide-
tur. Est enim adagium facetum. Caprâ gestare non valeo,
bouem tamen super imponere laboro : paupertatem ferre
non potes, & tamen longè grauius tibi ipsi onus fœnera-
torè scilicet imponis, etiam diuitibus intolerabilem. Quo
pacto igitur effugiã, inquis? Rogas? cū man⁹ habeas, pedes
habeas homo existas, cui peculiare est amare & amari: gra-
tificari, ac gratiã recipere: litteras doce, pueros instrue, iani-
toris officio fungere, nauiga, renauiga, nihil horũ adeo tur-
pe, nihilve tam molestũ, quàm audire, redde. *Et mox.* Solent
homines intellectus præstantia, ac solertia, equos, canes,
perdices, lepores graculos instruere. Cur igitur teipsum
non excitas? indocior graculis existens, rauicior perdice,
ingenerosior cane. Nam si à nullo homine iuueris, orando
tamen, delectando, ac custodiendo, emergere potes. Nõne
cernis quemadmodum multa subministrat terra, multaque
pontus? Proinde Mycillum aspice (vt Crates inquit) lanam
cùm vxore verberantem, ac communi labore famen fugiẽ-
tem. Rex Antigonus cùm aliquando Cleanthem Athenis
conspexisset, ita interrogare cepit: Molis adhuc Clean-
thes? Cui ille: Molo, inquit, ô Rex: idque vitæ sustentandę

T. Senectus.

*„
Simile ab ex-
emplo.*

*Simile ab
Adagio.*

gratia facio. Erat sola viri cura, ne à Philosophia desistere cogereretur: ideo manibus, quas pistrino ac molæ locauerat, de astris, solè, luna, ac Deus scribebat. Nobis verò seruilia hæc videntur opera. Nunquid igitur, vt liberi simus fœneramur? vilibus adulamur hominibus: stipamus, cibamus, dona ac tributa persoluimus? Atqui non ob paupertatem vsura præstari solet (nemo enim inopi fœnerat) sed propter sumptuositatem: nam si vitæ necessariis contenti essemus, minimè vsurarium genus pessimum inueniretur: quemadmodum nec Centauri, nec Gorgones. At delitæ fœneratores fecerunt, non secus ac aurifices, vnguentarios, atque tinctores. Haud enim vini ac panis gratia vsuram debemus: sed ob fundos, mancipia, iumenta, triclinia, ac mensas, liberalitèrque expedentes ac dilapidantes, gloriam sterilem atque ingratham quarimus. Etenim qui semel in fœneratorium incidunt voraginem semper debitores remanent, alium ex alio, tanquam equus frænatus ascensorem suscipientes. Quemadmodum enim eum, qui in lutum ceciderit, vel assurgere, vel ita permanere oportet, ne si madido atque humido corpore se circummagat aut volutet, maiori inquinatone defœderetur: ita in mutui permutationibus, qui vsuræ se immergunt, ac irretiunt, semper grauiores fiunt, nihilque à cholericis distant: qui contempta cura, ac medici neglecto præcepto, tantum assiduè humoris colligunt, vt ab infirmitate tandem minimè liberari valeant. Pariter & illi purgari haud sustinent, semper cum dolore ac torsione vsuram offerentes, confestim vsura altera affluente, atque instante, iterum nauscant, & grauantur.

*T. Luxus
fœneratorum
parens.*

“

“

“

T. Honor.

“

Simile.

Simile.

Nunc verò ad opulentiores & molliores sermonem conuertam, dicentes. At seruis, lare, ac domo carebimus. Veluti si æger tumefactus, ad medicum diceret: Si aquam bibero extenuabor, ac macrescam. Sed cur id facere recusas, dummodo sanitatem adipiscaris? Et tu quoque seruis careas, vt non seruus fias: sisque possessionis expertis, ne alterius possessio efficiaris. Lib. de Vitand. vsura.

Simila.

“

“

Restitutio.

PHoc ion flagitantibus quibusdam Athenis, vi ad sacram rem faciendam quippiam etiam ipse pro vili parte tribueret, & diu quasi daturis applaudentibus: iniuius & impudens, inquit profecto sum, si ad rem diuinam vobis de

*Hoc in eos
quadrat qui
elemosinas
libenter dant.
debita verò
non solunt.*

CONTVMELIA, CONUITIVM.

poscentibus aliquid dare animum induxero, huic autem Callicli (digito creditorem ostendens) nihil reddidero. In Polit.

Contumelia, Conuitium.

Simile.

T. Peccati.
Simile.

Simile.

T. Castigatio

T. Dilectio
inimicorum.

T. Detractio

Simile.

Nihil turpius conuitio, quod in autorem recidit, ac ne grauius quidem aut acerbius quicquam. Etenim sicut luminis repercussio vehementius offendit infirmos oculos ita magis dolent maledicta, quæ veritas in ipsos vnde profecta sunt, retorserit. Siquidem vt Cæcias ad se nubes vocat, teste prouerbio, sic mala vita ad sese attrahit conuitia. Proinde Plato quoties incidisset in eos, qui facerent indecori quippiam, digressus, consuevit apud se dicere, Nūcubi ego talis? Ridiculum est, in alterum iacere cōuitium, quod vicissim retorqueri possit. Sicut Leo Bizantinus, cum oculorum infirmitatem obiecisset sibi quidam gibbo deformis, Humanum inquit, opprobrafti vitium, cum ipse Nemefim, hoc est, reprehensionem in tergo portes. Domitius in Crassum ad hunc iocatus est modum: Non fleuisti, murena, quàm in viuario alueras, mortua? At Crassus ita retorfit conuitium. Num lachrymaberis, cum tres extuleris exores? Deus enim nulli magis præcepisse videtur illud, Nosce te ipsum, quàm ei, qui sit alium vituperaturus: ne si dixerint quæ volunt, audiant, quæ non volunt. Lib. de vtilit. cap. ab inimic.

Rectè dictum est ab Antisthene, ad salutem & incolumitatem tuendam opus esse aut amicis ingenuis, aut acerbis inimicis: propterea quod illi dum admonent peccantes, hi dum maledicunt, reuocāt à vitiis. Sed quoniam his sanè temporibus, ad liberè loquendum penè vocem amisit amicitia, loquax est autem assentatio, admonitio muta, superest vt ab inimicis verum audiamus. Nam vt Telephus cum medicum nancisci non posset, vulnus hostili lanceæ submitit: sic ij quibus non adest beneuolus admonitor, maleuolentis inimici verba ferant oportet, quæ mala ipsorum redarguent castigentque. Quo quidem in tempore re ipsam spectare conueniet, non animum maledicentis. Sicuti enim is qui Prometheum Thessalum cogitabat occidere, casu tuber ita percussit, atque dissecuit, vt seruaret hominem, ruptoque tubere, periculo liberaret: ita non raro fit, vt conuitium per simultatem & odium impactum, medcatur

mèdeatur animi morbo, vel ignorato, vel neglecto. Lib. de
Vtili. cap. ab inimi.

Suauius nihil est, nihil etiam concinnius, quam si possis
æquo animo ferre conuitia. Lib. de audiend. Poëti.

Quemadmodum qui vestes flagris cædunt, corpus non *Simile.*
atingunt: sic qui infelicitatem aliquam fortunę aut gene-
ris exprobrant homini, in ea feruntur, quę extra hominem
sunt: nimirum stultę, vanęque conatu cum præstet ani-
mum correctione egentem morfu impetere. Lib. de audiē-
da Poëtica.

Plato docet, iniuriam a se ferre, meliùs esse quàm face-
re: magis offendi eum, qui læditur, quàm qui læditur. Lib. de
audienda Poëtica.

Adulatio, contraque Libertas admonendi.

NUllum animantium genus assentatoribus perniciosius
est, nullum quod citiùs in præcipitia iuuentutem de-
ducat, qui patres ac filios radicitus obtriuerūt, illorum se-
nectutem, & horum adolescentiam tristitia & magis affli-
gentes malis. Opulentos filios, patres vt sobrietatem con-
seruent, monent: assentatores ebrietatem: illi temperantiã,
isti lasciuiam: illi parsimoniam, isti sumptus & expensas:
illi labores appetendos, isti socordiam. Vniuscuiusque vi-
tam, punctum esse temporis asseuerant. Quocirca viuen-
dum, non autem diminutę viuendum esse. Et quę vobis
paternarum cura minarum. Iam pater, vt Saturnus quidã,
ætate delirat. Plerique ad scortandum accedunt, & intem-
pestiuas ducunt vxores, paternaque ad senectutem viatica
corradunt, atque surripiunt. Scelestissimum hominum ge-
nus, amicitię simulatores, nullam prorsus eloquendi liber-
tatem degustantes. Ij læcupletum quidem assentatores,
pauperum contemptores, aduersus iuuentutem, perindę ac
ex arte lyrica deducti, cum suos ridere nutritores cernūt,
vtrò atrident. Ex omni vitę parte nothi ac degeneres, ad
diuitum nutum vitam agunt, fortuna liberi, electione ser-
ui. Lib. de lib. educ.

Quod si diuina quædam res est veritas, ex qua, ceu fon-
te, Diis pariter ac hominibus omnia bona proficiantur
(autore Platone) videndum est, ne adulator cum Diis om-
nibus sit hostis, tum verò maximę Apollini Pythio. Sem-
per enim illi repugnat oraculo: Nosce te ipsum: sed inse-

ADVLATIO, LIBERTAS ADMONENDI.

rens in animos mortalium, vt vnusquisque fallat seipsum, ignorétque sua ipsius bona ac mala: bona quidem mutila reddens & imperfecta, mala vero prorsus inemendabilia. Ergo si quēadmodū cętera ferē faciūt mala, sordidos & humiles dūtaxat impeteret adulator, haud esset res perinde pestilens, nec æquē vitatu difficilis. At vti teredines lignis teneris ac dulcibus potissimum innascuntur: sic ingenia generosa glorięque cupida, proba, & humana recipiunt adulatorem, & adnascentem alunt. Itaque cū videamus adulationem non esse comitem pauperum, aut ignobilium, aut parum potentium, sed ingentium familiarum, ac negotiatorum ruinam ac morbum existere (adeo vt sæpē numero regna quoque subuertat & imperia) non mediocris est negocij, nec vulgarem postulat curam & prouidentiam, si quis de ea velit expendere, quibus rationibus fieri possit, vt cū maximē se circumagat, ac penetret in omnia, tamen amicitiam non lædat, nec traducat. Nam pediculi discedunt à morientibus & corpora relinquunt, simul atque sanguis extinctus fuerit, quō nutrirī solent: assentatores autem videas, nec attingere prorsus res aridas, ac frigidās: nobilibus atque potentibus imminent, hīsque aluntur. Sed iidē, rebus commutatis, statim auolant. Verūm haud oportebit illius temporis experimentum expectare, tum quidem inutile, vel potius noxium, neque periculo vacans. Graue siquidem est, in eo demū articulo sentire, qui non sint amici, quo amicis est opus: cū non liceat iam incertum & insyncerum amicum cū certo syncerōque permutare. Quia magis vt numum, ita amicum habere conuenit, nempe probatum, antequam eo sit opus, non vsu ipso deprehensum nec enim oportet intelligere posteaquam malum acceptum est, sed ne quid accipiamus mali, experimentum adulatoris est capiendum, & animaduersio. Alioqui idem nobis accidet, quod solet iis qui lethale venenum non aliter sentiunt, nisi cū prægustarunt, suo exitio iudicantes. Nec hos sanē probamus, nec rursus illos, qui amicos honesto metientes & vtilitate, protinus ipsa re deprehendisse se putant assentatores esse, cū eorum consuetudo iucundior est & blandior. Nec enim insuavis res est amicus, nec incondita, nec quisquis asper est & agrestis, hoc ipso amicus est, quōd seuerus & austerus: verūm ipsum amicitie decus & grauitas suauius est & amabilis:

Simile.

Simile.

Simile.

Simile.

Hanc iuxta Charitēſque & amor ſedem poſuere

Nec enim afflicto ſolū dulce eſt, vultum intueri viri benevolentis (quemadmodum inquit Euripides) verū in vtrāque fortuna præſto eſt amicitia, non minus voluptatem & gratiam addens bonis, quā malis moleſtiam adimens, ac deſperationem. Et quemadmodum Eueni ſententia, condimentum potiſſimum eſt ignis ipſe: ſic Deus, qui vitæ mortalium amicitiam admiscuit, omnia laeta, dulcia, gratāque reddidit hac præſente, ſimulque res condiente. Alioqui quomodo per delectationem inſinuaret ſeſe adulator, ſi conſpiceret amicitiam nequaquam admittere voluptatem? certè nullo pacto. Sed vti quæ non aurea ſunt, ſed aurum arte mentientia, ſolū ſplendorem ac nitorem imitantur auri: ſic adulator amici iucunditatem ac feſtuitatem eſſingens, omni tempore ſeſe hilarem ac blandum exhibere videtur, nuſquam repugnans, nuſquam obſiſtens. Vnde qui nos laudant, non eos protinus ſuſpectos adulationis habere conuenit. Siquidem non minūſ eſt amici, laudare in loco amicum, quā reprehendere. Quin potiūſ eſſe moroſum ac querulum, alienum eſt ab amicitia, mutuāque vitæ conſuetudine. Verū candidè libentēque rectè factis ſuam laudem tribuentem, benevolentiam facile citrāque moleſtiam ferunt: ruruſ & admonētem & liberè loquentē, dum & in bonam accipiunt partem & credunt, qui libetèr laudat, eundē non niſi neceſſariò reprehēdere.

Simile.

Simile.

Ergo difficile eſt, dixerit aliquis aſſentatorem ab amico diſcernere: ſi quidem nec delectando differunt, nec laudando. Nam in officiis & obſequiis ſæpenumero videre licet, amicitiam ab adulatione ſuperari. Quid igitur futurum eſt? Dicam. Si verū adulatorem, miro artificio tractātem negotium, inſectemur, ac non (quemadmodum vulgus hominum facit) adultores exiſtimemus iſtoſ, quos menſarios vocant, qui que tum audiuntur, poſtquā manibus infuſa eſt aqua.

Horum ſiquidem ſordidum ac ſeruilē animum: *Duplex adu-* in vno calice ac patina ſcurrilitas ac nugocitas prodit & ar *latoꝝ genus* gunt. A quonam igitur cauendum eſt? Nimirum ab eo, qui *notat, vulga-* non videtur adulari, nec præſert adulatorem: quem non *re & artiſi-* reperies circa culinam, nec deprehenditur vmbra dimen- *cioſum.* tiens, vti cœnz tempus cognoſcat, nec temerè cadit vino remulentus: ſed plerūque ſobrius eſt, curioſus eſt, ad rem pertinere putat, vt negotiorum tuorum ſit particeps,

ADVLATIO, LIBERTAS ADMONENDI.

Simile.

vult arcanorum fieri conscius : in summa tragicus est amicitiae histrio, non satyricus, aut comicus. Nam (vt Plato dicit) extremum iniustitiae genus esse, iustum haberi, qui iustus non sit. ita sentiendum est, & adulationem esse periculosam, quae lateat, non eam quam aliquis praefereat, nec eam quae ludicra sit, sed quae seria: propterea quod haec facit, vt vera quoque diffidatur amicitiae, cui multa saepe cum illa conueniunt, si quis animaduertent. *Et paucis interiectu.*

Simile.

Nimium vt inter agrestia semina, quae forma ac magnitudine similia sunt, frumentis admixta, difficile repurgantur (aut enim vnà non excidunt per angustiora foramina, aut simul excidunt per ampliora) sic adulatio difficile separatur ab amicitia: quippe quae sese in omnem affectum, in omnem animi motum, vtilitatem, & consuetudinem cum illa commiscet. Iam, quoniam omnium rerum iucundissima res est amicitia, nec est aliud quicquam quod aequè delectet, ob hoc & adulator voluptatibus irrepat, & voluptati esse studet. Rursum quoniam gratia & vtilitas consequitur amicitiam (vnde dictum est etiam illud: amicum magis esse necessarium, quam aquam & ignem) ob id adulator ingerens sese ministeriis & obsequiis, vehementer dat operam, vt diligens, impiger, atque promptus esse videatur. Porro quoniam morum ac studiorum similitudo praecipua res est, quae conciliet & contineat amicitias, ac modis omnibus iisdem gaudere, eadem fugere: id perspicuus adulator, sese ceu materiam quandam componit ac format, accommodare sese studens & aptare iis quos fuerit aggressus, effingens & imitans illos, cum sit vdis, atque mollis, idoneusque qui quiduis probabiliter exprimat & imitetur. Ad haec autem (quod est omnium in adulatore astutissimum) quoniam intelligit loquendi libertatem tum dici, tum videri propriam amicitiae vocem, velut animantis cuiuspiam: contra, non liberè loqui, & ab amicitia, & ab ingenis moribus alienum: ne hanc quidem imitatam relinquit. Verum non aliter atque callidi obsoniorum artifices, amaris succis & austeris vtuntur condimentis, quò dulcium satietatem adimant: sic assentatores haud veram illam nec vtilem, sed veluti è supercilio promicantem, palamque titillantem adhibent libertatem. His itaque de causis difficillimum est hominem deprehendere. Quod quidem accidit & in animantibus, quae colorem mutare.

*Adulator vt
cra in qua-
libet figu-
ram transfor-
matur.*

Simile.

Simile.

solent, & rebus atque locis subiectis similia redduntur. At quoniam ille fallit, & obregitur similitudine, nostræ partes sunt, ostensis discriminum notis, eundem retere ac renudare alienis coloribus ac formis (propterea quod propriis careat) ornatum. Lib de discrim. adul. & amici.

Protinus igitur à principio rem consideremus. Principium autem amicitiae plerisque mortalibus esse dictum est, affectuum ingenique similitudinem, mores eosdem, eandemque vitæ rationem libenter amplectentem, iisdem gaudentem studiis, negociis, exercitamentis. Quibus de rebus dicta sunt illa:

Sens, senilis lingua iucundissima est.

Puero, puellus: mulier apta est mulieri:

Aegrotus aegrotis: quem tenet fors aspera,

Multis magis exercito est accommodus.

Ergo perspicuus adulator, insitum esse nobis, consimilibus gaudere & uti, eaque libenter amplecti, hac via primum nititur unicuique semet adiungere, & in familiaritatem insinuare (non secus atque hi faciunt, qui belluam aliquam immanem alunt) iisdem studiis & exercitamentis, earundem rerum cura, tractatione, paulatim accommodas sese, & in eundem transformans vitæ colorem: donec ille ansam aliquam præbuerit, ac mansuetus iam palpanti, familiarisque reddatur. Interea vituperat ac damnat & res & instituta vitæ, & homines, quibuscunque senserit illum offendi. Rursum quæ placent, ea laudant hæud moderatè; sed ita, ut cum stupore & admiratione supra modum efferre videatur. Porro quod amat & odit, id confirmat, à iudicio proficisci potius quam ab affectu. Quam igitur ratione deprehenditur, aut quibus discriminum notis capitur ille, qui nec est, nec fit similis, verum se similem mentitur.

Simile.

Primum illud animaduertendum erit, num simile sit vitæ institutum, & num similitudo perpetua sit, & concinēs: num semper iisdem gaudeat, eadem laudet, num ad idem exemplar vitam suam dirigat componatque, sicuti dignum est ingenio, cui verè cordi est amicitia, vitæque consuetudo, morum similitudine cohærens. Nam huiusmodi est amicus. Ast adulator, qui nullam morum stabilem habeat sedem, nec vllum vitæ genus sibi præscripserit, sed nunc his nunc illis accommodet sese; & affingat: hæud qua-

ADVLATIO, LIBERTAS ADMONENDI.

Simile.

quam simplex est, nec vnus, sed in quamuis mutabilis speciem, atque varius, alio atque alio subinde habitu, aquatum in morem semper transeuntium ac præterfluentium, quæ ad subiecti soli speciem transmutantur. Itaque nactus hominem venandi studiosum, sequitur, tantum non exclamans, ea quæ Phædria dicit in Tragedus. Per Deos gestio canibus dilacerare ceruos maculosos, cassibus implicans, Atque nihil ille molitur in feram, sed ipsum irretit atque circumuallat venatorem. Quod si iuuenem venetur & capret literatum ac dicendi cupidum, cui sum in libris est totus, barbam ad talos vsque demittit, amicitur pallio, in victu nullus delectus, tum in ore habet numeros rectangulos, & triangulos Platonicos. Rursum, si quis solutior in eum incidit, iam comotationibus gaudet, abiicitur pallium, decondetur barba, ceu messis infrugifera, poscuntur delicata vascula refrigerando vino, & phialæ proferuntur, risus ac ioci in deambulationibus iaciuntur, dicteria in philosophos. Id quod accidisse narrant Syraculis, cum illuc aduenisset Plato, ac Dionysius mitto quodam amore philosophiæ teneretur, nempe regiam puluere fuisse refertâ, præ turba geometricas pingentium figuras. At simulatque iam offendisset Plato, ac Dionysius relicta Philosophia, rursus ad comotationes, ad mulierculas, ad nugas ad lasciuiam præceps raperetur, statim vniuersos (perinde quasi Circes poculis transformatos) literarum odium, obliuio, vitæque mollicies occupauit. *Et paucis interiectu.* Alcibiades Athenis dicteriis ludebat, alebat equos, comæque quâdam & festiuam agebat vitam. Idem apud Lacedæmonios ad cutem vsque radebatur, gestabat pallium, frigida lauabat. Rursus in Thracia belligerabat, ac potabat. Porro cum peruenisset ad Tisaphernem, deliciis, molliciei, fastusque se dedit. Atque ad hunc modum affingens sese, & ad omnium mores accommodans, plebem sibi conciliabat, & in consuetudinem atque familiaritatem sese insinuabat. At non talis fuit Epaminondas, nec Agesilaus: qui tamen cum pluribus hominibus ac diuersorum institutorum ciuitatibus haberent consuetudinem, tamen ubique mores se dignos & victu & amictu, & oratione, & vita tuebantur. Sic & Plato non alius fuit Syraculis, quam in academia, nec alius apud Dionysium, quam apud Dionem. Cæterum adulatoris, velut polypi piscis, mutationes facillimè de-

Simile.

ADVLATIO, LIBERTAS ADMONENDI. 180
prehendere licebit, dum idem in diuersa verti videtur, vi-
cuperans, quam prius laudauerat vitam: rursus approbans
facta, vitæ rationem, dicta, perinde quasi placeant, quibus
antea offendebatur. Videbis enim illum haudquaquam
stabilem, ac suum, nec proprio affectu diligentem, aut o-
dio habentem, gaudentem, aut dolentem, sed speculi ritu,
externorum affectuum, vitarum, ac motuum imagines in
se recipientem. Talis enim est, vt si verbo tenus amicum
aliquem apud illum vituperes, dicat: Serò tu quidem ho-
minem peinoisti, nam mihi nec initio placebat. Rursus,
si mutata sententia laudes: Per Iouem gratulor, inquiet,
& illius nomine gratiam habeo: planè vera credo quæ di-
cis. Quod si dixeris, diuersum vitæ genus esse suspicien-
dum, tanquam à Reipub. negociis digressus, ad tranquil-
lam, & à negociis alienam vitam te velis conferre: Iam
olim, inquit, nos ab his tumultibus & inuidentiis libe-
rari conueniebat. Quod si rursus ad negotia & agendas
causas propensus videaris, statim acclamat: Digna te cogi-
tas: nam à negotiis abesse, iucunda quidem res est, sed hu-
milis & ingloria. In hunc igitur protinus illud dicere
conueniet:

Hospes nunc alius mihi, quàm prius esse videris.

Nihil opus est amico, qui mecū mutet locum, qui mecum
annuat. quādoquidē ista multò magis facit vmbra: sed eo,
qui mecū vera loquatur, qui mecum diiudicet. Atque vna
quidē adulatorem deprehendendi ratio hæc est. Alterum
autem discrimē, quod obseruandū inter similitudines hoc
est. Qui verus est amicus, is nec imitatur omnia, nec facile
laudat omnia, sed optima tantū. In rectè factis enim, in ho-
nestarū rerum studio socius est amicus, non in peccando,
nec in facinoribus. Nisi si quis insciēs vitium & improbi-
tatē ex cōiuctu & familiaritate sibi contraxerit: quēadmo-
dum oculorum morbus contagio serpit, & inficit vicinū.
Sic enim ferūt Platonis familiares cōtractos humeros ex-
pressisse: itē Aristotelis amicos balbutiē illius imitari soli-
tos: rursus Alexātri regis familiares, ceruicem inflexam &
in dicēdo vocis asperitatē reddidisse. Sunt enim nonnulli,
qui non sentiētes, ex alienis moribus & ingeniis multa in
se recipiūt. Verum adulatori prorsus id accidit, quod solet
Chamæleōti. Siquidem & ille colorum omnium exprimit
similitudinem, præterquam albi. Iridem adulator cum sese

Simile.

*Ti. Societas.
Simile.*

Simile.

ADVLATIO, LIBERTAS ADMONENDI.

Simile.

quam simplex est, nec vnus, sed in quamuis mutabilis speciem, atque varius, alio atque alio subinde habitu, aquarum in morem semper transeuntium ac præterfluentium, quæ ad subiecti soli speciem transmutantur. Itaque nactus hominem venandi studiosum, sequitur, tantùm non exclamans, ea quæ Phædia dicit in Tragedus. Per Deos gestio canibus dilacerare ceruos maculosos, cassibus implicans, Atqui nihil ille molitur in feram, sed ipsum irriter atque circumuallat venatorem. Quod si iuuenem venetur & capter literarum ac dicendi cupidum, iuisum in libris est totus, barbam ad talos vsque demittit, amicitur pallio, in victu nullus delectus, tum in ore habet numeros rectangulos, & triangulos Platonicos. Rursum, si quis solutior in eum incidit, iam comotationibus gaudet, abiicitur pallium, detondetur barba, ceu messis infrugifera, poscuntur delicata vascula refrigerando vino, & phialæ proferuntur, risus ac ioci in deambulationibus iaciuntur, dicteria in philosophos. Id quod accidisse narrant Syraculis, cùm illuc aduenisset Plato, ac Dionysius miro quodam amore philosophiæ teneretur, nempe regiam puluere fuisse refertâ, præ turba geometricas pingentium figuras. At simul atque iam offendisset Plato, ac Dionysius relicta Philosophia, rursus ad comotationes, ad mulierculas, ad nugas ad lasciuiam præceps raperetur, statim vniuersos (perinde quasi Circes poculis transformatos) literarum odium, obliuio, vitæque mollicies occupauit. *Et paucis interiectu.* Alcibiades Athenis dicteriis ludebat, alebat equos, comæque quâdam & festiuam agebat vitam. Idem apud Lacedæmonios ad cutem vsque radebatur, gestabat pallium, frigida lauabat. Rursum in Thracia belligerabat, ac potabat. Porro cùm peruenisset ad Tisaphernem, deliciis, molliciei, fastusque se dedit. Atque ad hunc modum affingens sese, & ad omnium mores accommodans, plebem sibi conciliabat, & in consuetudinem atque familiaritatem sese insinuabat. At non talis fuit Epaminondas, nec Agesilaus: qui tametsi cùm pluribus hominibus ac diuersorum institutorum ciuitatibus haberent consuetudinem, tamen vbique mores se dignos & victu & amictu, & oratione, & vita tuebantur. Sic & Plato non alius fuit Syraculis, quàm in academia, nec alius apud Dionysium, quàm apud Dionem. Cæterum adulationis, velut polypi piscis, mutationes facillimè de-

Simile.

ADVLATIO, LIBERTAS ADMONENDI. 180
prehendere licebit, dum idem in diuersa verti videtur, vituperans, quam prius laudauerat vitam: rursus approbans facta, vitæ rationem, dicta, perinde quasi placeant, quibus antea offendebatur. Videbis enim illum haudquaquam stabilem, ac suum, nec proprio affectu diligentem, aut odio habentem, gaudentem, aut dolentem, sed speculi ritu, externorum affectuum, vitarum, ac motuum imagines in se recipientem. Talis enim est, vt si verbo tenus amicum aliquem apud illum vituperes, dicat: Serò tu quidem hominem pernocti, nam mihi nec initio placebat. Rursus, si mutata sententia laudes: Per Iouem gratulor, inquiet, & illius nomine gratiam habeo: planè vera credo quæ dicis. Quod si dixeris, diuersum vitæ genus esse suspiciendum, tanquam à Reipub. ne gociis digressus, ad tranquillam, & à negociis alienam vitam te velis conferre: Iam olim, inquit, nos ab his tumultibus & inuidentiis liberari conueniebat. Quod si rursus ad negotia & agendas causas propensus videaris, statim acclamat: Digna te cogitas: nam à negotiis abesse, iucunda quidem res est, sed humilis & ingloria. In hunc igitur protinus illud dicere conueniet:

Hospes nunc alius mihi, quàm prius esse videris.

Nihil opus est amico, qui mecū mutet locum, qui mecum annuat quādoquidē ista multò magis facit vmbra: sed eo, qui mecū vera loquatur, qui mecum diiudicet. Atque vna quidē adulatorem deprehendendi ratio hæc est. Alterum autem discrimē, quod obseruandū inter similitudines hoc est. Qui verus est amicus, is nec imitatur omnia, nec facile laudat omnia, sed optima tantū. In rectè factis enim, in honestarū rerum studio socius est amicus, non in peccando, nec in facinoribus. Nisi si quis insciēs vitium & improbitatē ex cōiuctu & familiaritate sibi contraxerit: quēadmodum oculorum morbus contagio serpit, & inficit vicinū. Sic enim ferūt Platonis familiares cōtractos humeros expressisse: itē Aristotelis amicos balbutiē illius imitari solitos: rursus Alexā dri regis familiares, ceruicem inflexam & in dicēdo vocis asperitatē reddidisse. Sunt enim nonnulli, qui non sentiētes, ex alienis moribus & ingeniis multa in se recipiūt. Verum adulatori prorsus id accidit, quod solet Chamæleōti. Siquidem & ille colorum omnium exprimit similitudinem, præterquam albi. Itidem adulator cum sese

Simile.

Ti. Societas.

Simile.

Simile.

ADVLATIO,

Simile.

similem præstare nequeat, in his quæ digna sunt studio, nihil in turpibus imitatum relinquit. Sed quemadmodum imperii pictores, cum quæ pulchra sunt, assequi nequeant, in rugis atque verrucis & cicatricibus similitudinē representant: sic assentator imitatur intemperantiam, superstitionem, iracundiā, acerbicatem in famulos, diffidentiā ei ga domesticos & cognatos. Nā præterquam quod est suapte natura proclius ad deteriora, videtur sibi ita longissimè abesse à vitio reprehensionis, si turpia imitetur. Suspecti sunt enim qui querunt meliora, quique amicorum erratis offendi, eaque molestè ferre videtur. Quæ quidem res, & Dionysio Dionē, & Sannium Philippo, & Cleomenem Ptolemæo suspectos & inuisos reddidit. Adulator autē simul & iucundus videri studet & fidus, quasi per magnitudinem amoris ne malis quidē offendatur: sed in omnibus, usdē ducatur affectibus, & ingenio consentiat. Vnde tales nec fortuitatum rerū, quæque citra nostrū accidunt consiliū, experies esse volūt: quin & simili morbo teneri se fingunt, assentantes ægrotantibus, & nec acutè cerneie, nec audite, si cū luciosis ac surdastris agant. Quemadmodum Dionysio excutiēte, adulatores illius, alius in aliū impingentes, & patinas inter cœnādum deicientes, simulabant & ipsi excutiētiam. Nonnulli verò etiam magis penetrantes in affectus, interiūs & aliūs insinuant sese, & vsque ad arcana similitudinem affectuum commiscēt. Etenim cum senserint aliquos infelicitè duxisse vxorem, vel de filiis aut domesticis male suspicari, ipsi suis non parcunt, sed queruntur de liberis propriis, aut vxore, aut cognatis, aut familiaribus, arcana quædam crimina proferentes. Siquidem similitudo facit, vt magis affici, tangique videantur amici malis. Iamque illi quibus adulantur, ceu datis obsidibus, effutunt vicissim arcana rerum quippiam. Ast, vbi effutunt, vruntur illis, metuuntque fidei desertores vident. Ego verò noui quendam, qui vxorem suam eiecit, vt amicus item suam repudiaret. Deprehensus est autem clanculum ad illam comere, vel eam ad se accersere
 Lib de disci. adulat. & amici.

Verum hæc quidem omittamus in præsentia, suo dicēda loco: at illud adulatoris artificium haud est prætermittendum: quòd si quid etiam imitatur honestū in eo, quē assentando captat, tamen illi cedit victoriā. Inter hos enim qui

veri sunt amici, nulla intercedit amulatio, nec inuidia: sed siue pares fuerint in rectè factis, siue impares, æquo animo ferunt. At assentator, cui semper curæ est, secundas agere partes, sic imitatur æqualitatem, vt superetur, sitque inferior omnibus in rebus, vinci sese dicēs, præterquàm in malis. Prouò in malis haud concedit illi primas: verum si fuerit ille morosus, sese prædicat atræ bili obnoxium esse: si ille fuerit superstitiosus, se dicit numine quopiã afflari, rapisque: si amarit ille, se dicit insanire. Immodicè, inquit, risi: at ego, inquit, præ risu emoriebar. In bonis autem rebus, contra facit. Nam se quidem ait currere velociter, sed illum volare. Se quidè equitare mediocriter, sed quid, inquit, ad hunc Hippocentaurum? Poeta sum non infelicis ingenij, nec pessimos omnino facio versus: tonare vero non meum est, sed Iouis. Et sic adulatur, vt ostendat sibi conatum honesti non defuisse, cum imiteretur: sed dum non assequitur, viribus destitui. Quãtum igitur ad similitudinem attinet, huiusmodi notis dignoscere possis adulatorem & amicum, Li. de disci. adulat. & amic.

Ceterum vt iam dictum est, delectatio quoque communis est ambobus: neque enim minus vir bonus delectatur amicis, quàm malus assentatoribus. Age igitur distingamus & hanc partem. Est autem distinguendi ratio, vt ad suum finem delectatio referatur: id quod ad hunc modum consideres licebit. Habet vnguentum fragrantian, habet & pharmacum: sed hoc interest, quòd illud ad nihil aliud, quàm ad delectandum paratum est: in hoc vero quòd purgat, quod calefacit, quod carne vulnus obducit, præter hanc vim obiter etiam bene olet. Rursum pictores iucundos colores ac tincturas miscet: sunt autem & medicorum nonnulla pharmaca aspectu iucunda, coloribusque non inamœnis. Qui differunt igitur? Nimirum hoc, quòd illi solum delectant, hæc etiam iuuant. Ad consimilem ergo modum, amicorum mutua beneuolentia in re quapiam honesta frugiferaque habet quiddam quod oblectet, velut aditum ad voluptatē. Aliquoties autem lusibus, cõuiuiis, vino se se oblectat, nõ nonquã iocis atque facetis inter se, veluti condimētis honestarum atque seriarum rerum vtuntur. Verum vnum hoc agit adulator, vnum hoc spectat, vt semper vel lusum aliquem, vel rem, vel orationem ad voluptatem comminiscatur, & arte cõdiat. Sed vt rem in pauca conferam, adulator,

Similia.

ADVLATIO.

Simile.

quo delectet, nihil non faciendū sibi putat: at amicus semper faciens quod oportet, sæpe iucūduſ est, sæpe moleſtus, nec hoc cupiens, nec illud fugiens, ſiquidem eſſet vtilius. Sicut enim medicus cum expedit, crocum & nardum immiſcet pharmacis, atque adeò ſæpenumero & lauat placidè, & alit benignè: nonnunquam verò hiſ prætermiſſis, caſtoreum immittit, aut turtum elleborum cogit ebibere: nec hic moleſtiã, nec illic iucūditatem, ceu finem ſpectãſ, ſed vtiſque modis ad idem tendens, nempè vt eum quem curat, ad meliorem adducat valetudinem. Ita amicus nonnunquam efferens ac delectans amicum, laude & beneuolentia ad honeſtum adducit. Rurſum, cum coerctio- ne opus eſt, tum ſermone mordaci, caſtigatoriãque liber- tate corripit. Quemadmodum Menedemus Aſclepiadis ami- ci filium luxurioſum, & incompoſitæ vitæ excludens, nec alloquens, ſobrium reddidit. Et Batto ſcholam in- terdixit Arceſilaus, cum verſum contra Cleanthem feciſ- ſet in comœdia. Cæterum poſteaquam Cleanthi ſatiſfe- ciſſet, factique pœniteret, recepit hominem in gratiam. Oportet enim ſic amicum contriſtare, vt proſis: non oportet autem contriſtando tollere neceſſitudinem, ſed dolo- re, ceu mordaci pharmaco, conueniet vti, quod ſeruet, & incolumen reddat eum qui curatur. Vnde ſicut muſicus, itidem & amicus, ad honeſtatem & vtilitatem vrens muta- tione, dum quædam concedit, atque remittit, quædam in- tendit, ſæpe quidem iucundus eſt, ſemper autem vtilis. Contra aſſentator ſemper eadem formula, eodẽmque re- noie, quod delectat, & ad gratiam facit, aſſonare ſolitus; nec factò nouit expugnare, nec dictò moleſtus eſſe: tan- tum quod illum velle viderit, id ſequitur, ſemper ad illius vocem concinens & concordans. Quemadmodum igitur Xenophon narrat, Ageſilaum libenter ab iis laudari ſo- litum, qui non dubitarent & vituperare: ita putandus eſt amicè iucundus & blandus eſſe, qui quandoque poſſit cõ- triſtare amicū ac reſiſtere. Conſuetudinem autè perpetuo iucundã, & ad immodicam gratiam obſeruientẽ, omnique carentem moiſu, ſuſpectam habere cõuenit. Ad hæc (quod eſt omnium maximum) conſiderandum eſt, ſi non ſenſeri- mus ipſi, noſmetipſos vel pœnitere, vel pudere eorum de quibus laudamur. Si quidem domeſticum animi iu- dicium reclamans, nec agnoſcens huiuſmodi laudes, haud

Simile.

corrumpitur, aut tangitur affectibus, nec assentatoribus capi potest. Verum haud scio, quo pacto complures in rebus quidem aduersis consolationem non ferunt, sed magis hos admittunt, qui vnà secum lamentantur, ac desunt. Porro cum errauerint, atque deliquerint, si quis eos coarctat, mordacique reprehensione poenitentiam inducere conetur, hunc hostem, & criminatorem esse ducunt. Qui verò collaudet ac prædicet quæ fecerint, eum amplectuntur, hunc beneuolum & amicum esse putant. Ast qui laudando penetrant ad ipsos mores, & his corrumpendis adulantur, perinde faciunt, ac famuli solent, qui non de aceruo, sed de semine furantur. Nam dum virtutis vocabula vitis tribuunt, nimirum inficiunt affectum actionum seminarium, & habitum animi, vnde ceu fonte, omnia vitæ officia proficiscuntur. Scribit enim Thucydides, in seditionibus ac bellis solitam vocabulorum dignitatem non us tribui factis, quibus oportebat: sed accommodari iis, quæ fiebant. Siquidem audacia temeraria, fortitudo contentiosa iudicabatur: cunctatio prouida, timiditas decoia. Contrà modestiæ nomine prætexebatur ignauia & diligens in omni re prudentia, segnities habebatur. Cæterum in adulationibus perspicere & cauere cōuenit luxum, liberalitatis nomine fucatum: timiditatem, cautelæ: temeritatem, celeritatis. Rursus sordes, frugalitatis palliatas vocabulo: tum eum, qui fœdis amoribus est deditus, appellatum comem & amantem: iracundum autem atque præferocem, dictum magnanimum: porro vilis abiectique animi hominem, vocatum humanum. Quem admodum alicubi scribit & Plato, amantem (quoniam adulator est iis quos amat) eum qui simis est nauibus, amabilem appellare: qui naso sit adunco, regalem: qui nigri sint, viriles: qui cædidi, Deorum filios. Quanquam cui persuasum est ipsum esse formosum, cū sit deformis: aut procerū esse, cū sit pusillus: is nec diu tenetur hoc errore, & leui afficitur incommodo, nec eo quidem immedicabili. Verum cum vitia virtutum nominibus laudantur, vt iam pecces nō modo non dolens, sed gaudens etiā, detrahiturque peccatis pudor: ea nimirū res Siculos subuertit, quòd Dionysij Phalaridisque crudelitatem, iustitiam & sceleratorum odium vocarent adultores. Eadem Ægyptum perdidit, quòd Ptolemæi muliebritatem, ciulatus, liliorum

*Simile.**Simile.**T. Virtus vera & falsa.*

ADVLATIO, LIBERTAS ADMONENDI.

ac tympanorum insculpturas, religionē Deorūque cultum appellarent. Eadem Romanorum mores tam integros ad nihilum redegit ac sustulit, quòd Antonij delicias atque libidines ita blandientes extenuarent, vt humanitatem & hilaritatem vocarent, indulgente illi potentia fortunāque. Iam reges plerique, nonne si cum musica Appollines: cum inebriantur, Bacchi: cum luctantur, Hercules: in omne dedecus, gaudentes adulatione, abducuntur? Quapropter potissimum in laudibus cauendus erit assentator: id quod nec illum ipsum fugit: sed miro artificio cauens ne suspectus sit, si quem nactus fuerit splendide cultum, gloriosum, aut agrestem, crassa vestium tunica, tum toto vitur naso. Quemadmodum Struthias insultas Biant, ac laudibus in stuporem illius debacchans: Plus, inquit, bibisti, quam rex Alexander. Quod si viderit eos nasutiores, maxime si conspexerit animaduertentes, ac regionem hanc & locum, ne possit adulator occupare, custodientes, tum non statim laudem inducit, sed procul discedens, longisque circumactus ambagibus, tandem accedit, nullo strepitu, ceu belluam manu contrectans, ac palpans, tentansque. Interdum enim aliorum de illo laudes renuntiat, rhetorum exemplo, alienam inducens personā, dicēs in foro se hospitibus quibusdam, aut senibus admodum libenter astitisse, multa, & ea quidem bona de illo referentibus, & illius virtutes admirantibus. Rursum aliquoties leuibus quibusdam & falsis criminibus confectis, & in illum compositis, perinde quasi ea ab aliis audiret, accedit festinabundus, ac serius, rogans, vbinam hoc aut illud dixerit, fecerit. Tum vbi negarit ille, sicuti consentaneum est, hac ipsa occasione tenens hominem, in laudes conicit. At ego mirabar, inquit, si tu cuiquam amicorum maledixisses, qui ne inimicis quidē soleas. Mirabar si tu occupasses aliena, qui tam multa largiare de propriis. Rursum alij pictorum in morem (qui, quò quaedam illustriora reddant ac splendidiora, addunt in propinquo umbrosa quaedam & obscura) ita clam laudant, & alunt eorum vitia, quibus adulantur, dum his contraria vituperant, insectantur, carpunt, ac derident. Siquidē apud luxuriosos, auaros, ac sceleratos, improbos, quique sibi diuitias fœdis modis pepererūt, frugalitatem, rusticitatis nomine vituperiāt, sua contentum esse sorte, iustitiam ho-

Simile.

T. Virtus vera & falsa.

» diuitias fœdis modis pepererūt, frugalitatem, rusticitatis
 » nomine vituperiāt, sua contentum esse sorte, iustitiam ho-

minis nihil audentius esse dicunt, quique sit imbecillis ad
 capeſſenda negotia. Cæterum ubi verſantur cum inerti-
 bus, & otio deditis, ac mediam ciuitatis lucem fugienti-
 bus, non pudet illos Reipub. administrationem, alienorū
 negotiorū laborioſam geſtionem appellare, & magiſtra-
 tus honorem, inanem vocare gloriam, ad nihil vtilem.

Est autem illud omnium ſceleratiſſimum, quod nec à
 ſeipſis temperant adulatorēs. Nam quemadmodum lu-
 ctatores ſuum corpus humiliant, vt deſiciant alios: ſic illi
 vituperādo ſeipſos, clanculum huc irrepunt, vt alios lau-
 det. Quod ſi quis fuerit, qui ſibi plurimum ſapere videat-
 ur, cupiatque ſeuerus ac rigidus videri, hunc non hac ar-
 tifex aſſentator aggreditur via: ſed eſt alia quædam ars,
 qua capret hominem. Accedit enim de ſuis ipſius nego-
 ciis, vt videlicet prudentia præſtantiorem, conſulturus: ac
 ſe nolle quidem aliis moleſtum eſſe familiaribus, cogi-
 tamen, vt illi negotium exhibeat. Nam quò cōfugiamus,
 inquit, cum opus eſt conſilio, aut cui fidem habeamus?
 Deinde poſteāquam audierit quidquid illud ſit, quod ille
 dixerit, ita diſcedit, vt confirmet ſe oraculum accepiffe,
 non conſilium. Quod ſi quem viderit, qui facundus &
 eruditus haberi ſtudeat, huic aliquid ſuorum ſcriptorum
 exhibet: orat vti legat, & emendet. Porro Mithrydati re-
 gi rei medicæ ſtudioſo, quidam amici & ſecādos & vren-
 dos ſeſe præbuerunt, factis non verbis adulantes. Si qui-
 dem teſtimonium eſſe videbatur artis, quod illi crederēt:
 Lib. de diſcri. adulat. & amici.

Carneades dicere ſolitus eſt, diuitum & regum filios
 nihil rectè nec bene diſcere, præterquam equitare: pro-
 pterea quod his aſſentetur præceptor in exercitatione li-
 terarum, vſque laudans quidquid dixerint: aduletur & is,
 qui colluctatur, cedens atque ſubmittens ſeſe. Porro e-
 quus, haud intelligēs nec cogitās, priuatus quis ſit, an ma-
 giſtratus, diues, an pauper, præcipitat quiſquis ignarus ſit
 equitandi. Lib. de diſcri. adulat. & amic.

Ac de his quidem hætenus ſatis dictum eſt: ſupereſt vt
 de loquendi libertate videamus. Itaque quemadmodum
 Patroclus Achillis inducens arma, & equos in pugnam e-
 ducens, ſolam haſtam Peliacam non auſus eſt attingere:
 ſed hanc omiſit: ſic adulator, cum amici cultum & ſupel-
 lectilem adumbrat, hucūſque notas & inſignia imitatur:

Simile.

Simile ab
 exemplo.

ADVLATIO. LIBERTAS ADMONENDI.

solam loquendi libertatem, tanquam eximium amicitiae gestamen, graue videlicet, ingens, & validum, intactam & inimitatam relinquit.

Verum quoniã cauentes ne in iocis, aut vino, diſteriff- que, & luſibus deprehendantur, iam ad ſupercilium & ſeueritatem rem transferunt: & adulantur auſteritatis præ- textu, reprehensionem quandam admonitioni admiscen- tes: age, ne id quidem inexploratum relinquamus. Quem- admodum igitur in Menandri comœdia falſus Hercules inducitur, clauam geſtans, non grauem nec robuſtam, nec rigidam ſed molle quoddam & inane figmentum: ſic ar- bitror aſſentatoris libertatem, iſis qui capiunt experimen- tum, mollem videri, minimèque grauem, neque rigorem habentem. Nam vera & amica libertas peccatis imminet, ſalutarem ac medicam adferens moleſtiam: non ſecus ac mel, quod vlceroſa mordet, ac repuigat, alioqui iucun- dum & vtile: Sed huic rei ſuus dabitur ſermo. Adulator autem in cæteros quidem acerbus, & vehementer aſper, & inexorabilis videtur. Nam ſuis famulis grauis eſt, cogna- torum atque familiarium criata grauiſſe inceſſit: nec ex- ternorũ quenquam aut miratur, aut reueretur, ſed ſaſtidit, ac deſpicit, ignoſcens nemini: ſed deſerens, atque calum- nians, vt alios ad iram inſtiget: hoc modo captans famam & opinionem hominis vitiiſ infefi, vt nec in hos videat- ur ſtudio tẽperate à libera obiurgatione, neque quicquã ad gratiam vel facere, vel dicere. Deinde idem in veris ac magnis eorum, quibus adulatur, peccatis, nihil ſe ſcire, nec intelligere ſimulans, ad errata leuiſſima nihil ad hoc pertinentia, mire concitatur, magnòque clamore & acri- monia iurgatur, ſi quod vas neglectum iacere cõſpexerit, ſi parũ ſplendidè habitantẽ, ſi parũ diligenter à tõſore cu- ratũ, ſi togã, canem, aut equum, parũ, vt oportet, curatũ vi- derit. Cæterũ parentum cõtemptus, liberorum neglectus, vxoris contumelia, faſtus in familiares pecuniarũ abſum- ptio, nihil hunc mouet: in his elinguis eſt, in his timidus: peiunde quaſi grammaticus puerũ de tabula, deque ſtylo caſtiger: porrò ſolœciſmum, aut barbariſmum committẽ- tem, audue ſe diſſimulet. Talis enim eſt adulator, qualis ſit iſ, qui in imperito ridiculòque oratore, nihilque dicẽ- te quod ad cauſam pertineat, de voce cauilletur, & graui- ter accuſet, quod ſrigidam potans, corrumpat arteriam:

Simile ex
fabula.

Simile.

Simile.

Simile.

aut si iussus scripturam malam & imperitam emendandi causa percurrere, causetur quod crassior sit charta, ac non magis scriptorem ipsum malum ac negligentem appellet. Ad hunc modum adultores & Ptolemæo (cum discendi cupidus videretur) de lingua, de versiculo, de historiola digladiantes, ad mediam vsque noctem reluctabantur. At veto sœuienti, ferocienti, tympanis vrenti, vectigalibus oneranti populum, nullus è tam multis obsistebat. Non aliter ergo, ac si quis hominis tubera fistulâsque habentis, medicus ferro pillos incidat, & vngues: sic assentatores obiurgandi libertatem his admouent partibus, quæ non dolent, neque molestiam adferunt. Quin etiam sunt & his astutiores nonnulli, qui ipsa reprehendendi libertate ad gratiâ & voluptatem vtuntur. Cû aliquando Tiberius Cæsar in senatum venisset, surgens adulator quidã, ait: Hominibus liberis liberè loquendû esse, nihilque metu dissimulandû, neque quicquã reticendum eorû quæ ad publicã vtilitatem pertinent. His verbis cû omnes excitasset, factoque silêtio, & ipso etiam auscultante Tiberio, Audi Cæsar, inquit, in quo te quidẽ culpamus omnes, etiã si nemo palam audet dicere. Negligis te ipsum, corpûsque tuû exponis pro nobis: solitudinibus & laboribus illud conficiens: nec interdiu, nec noctu quiescens. Huiusmodi multa cum ille dixisset, aiunt oratorem Caium Seuerum subiecisse: Ista libertas hunc hominem exitio dabit. Lib. de discrim. adul. & amici.

Simile.

Atque hæc quidem leuiora sunt, sed illa sanè periculosa, & stultorû animos inficietia, quoties improborû vitia confirmant, cum contraria illis vitia criminantur. Quemadmodum assentator Himerius, Athenis diuitẽ quendam sordidissimum, & auarissimum, veluti per contumeliã luxuriosum, reique familiaris indulgentem appellauit, addens futurû, vt vnã cum liberis aliquando miserè egeret. At rursus cû luxuriosis & profusis, parsimoniam ac sordiciem exprobrant, veluti Neroni Titus Petronius: aut cum principes crudeliter & acerbè subiectis imminentes admonent, vt abuciant immodicam humanitatem, intempestiuamque & inuilem misericordiã. His affinis est & ille, qui stupidum ac bardum hominem, perinde cauere sese ac metuere simulat, quasi callidum quempiam ac versutû. Itẽ qui inuidû, atque semper maledicere carperẽque gau-

ADVLATIO, LIBERTAS ADMONENDI.

dentem, si quando compulsus fuerit celebrem aliquem virum laudare, reprehendit, eique contradicens, tanquam hoc vitio morboque laboret, laudas, inquit, homines nihili? Quis enim est iste? aut quid vnquam magnificum vel fecit vel dixit? Porro in amoribus, potissimum insidiantur iis quos captant, quo magis accendant. Etenim cum germanos inter se dissidentes viderint, à liberis parentes haberi despectui, aut maritos malè de vxoribus suspicari, tum nec admonent, nec accusant, sed magis atque magis instigant. Non sentis, inquit, te ipsum harum rerum esse causam, qui nimium obsequentem ac modestum te illi præbeas? Quod si quis iracundiæ pruritus ex ira & zelotypia subortus fuerit in amicam, aut adulteram quam amat, ibi præsto est adulatio, splendidam imitans libertatem, ignem igni, quod aiunt, adiiciens. Accusat, & in ius vocat amantem, quod multa parum amatoricè, multa dura ac reprehendenda fecerit. O ingrata, inquit, & immemor crebriorum suauiorum! Sic Antonio cum Ægyptiã amaret, & incensus esset, amici persuadebant, ipsum ab illa adamari, & conuitiantes rigidum ac superbum vocabant: Mulier, inquebant, relicto regno tam opulento, tamque felicibus familiaritatibus, amore deperit, tecum militas, concubinæ vultu specièque.

Ast immota tibi duro sub pectore mens est.

Qui illam negligas assuetam.

Ille verò non libenter admittens reprehensionem, velut illi faceret iniuriam, & sic huiusmodi gaudens accusatoribus, ut non æquè laudatoribus, haud sentit sese simulata reprehensione magis etiam deprauari. Talis obiurgandi libertas similis est lasciuierum muliercularum moribus. Excitat enim tantum ac titillat, & hoc ipso quòd dolorem facere videtur, delectat. Non aliter ac vinum, alioqui remedium efficax aduersus cicutam, si pariter utrunque commiscuerint, planè vim veneni reddunt immediate, quod vini calore celerius ad cor penetret: ita calidi quidam intelligentes, liberam admonitionem efficax esse remedium aduersus adulationem, ipsi libertati monendi adulationem admiscent. Libr. de discrim. adul. & amic.

Cæterum vna cauendi ratio videtur esse, si cognouerimus, semperque meminerimus, quod cum animus noster
duas

Simile.

Simile.

duas habeat partes, alteram veram, honestis gaudentē, rationi obtemperantem, alteram rationis expertē, mēdaciis gaudentem, affectibus obfertūstem? amicus quidē semper in potiorem partem cōsultat, & huic patrocinator, medicorum exemplo, quod sanum est id augens ac tuens: adulator autem brutæ & affectibus obnoxia parti assidet: hanc scabit, hanc titillat, huic persuadet, & abducit à ratione, perniciosam quandam mollitiem illi moliens inducere. Ergo, quemadmodum cibi nonnulli sunt, qui nec sanguini sunt adiumento, nec spiritibus, nec nervis, aut medullis vigoris aliquid addunt, sed pudenda modò permouent, aluum tumefaciunt, & carnem gignunt supputrem & flaccidam: sic assentatoris oratio nihil addit sobrietati, nihil prudentiæ: sed eum aut amoris delectatione quadā delinire, aut stultam incitare iracundiam, aut inuidiam irritare, aut animi fastum inducere molestum inanem, aut in dolore collachrymari, aut difficultatem morum, & illiberalitatem, ac pertinaciam ingenerare nititur. Semper enim alicui imminet animi morbo: hunc premit & vrget, bubonis in morem, vndique putribus & inflāmati animi partibus incumbēs. Si irasceris, vlciscere, inquit: si cōcupiscis, fructuere: si times, fugiamus, inquit: si suspicaris, crede inquit: Quod si in huiusmodi perturbationibus animi nō queat facilē deprehēdi (propterea quod ratio vehementia magnitudinēque cupiditatū excutiat) in aliis magis ansam præbebit, & in illis sui similis. Siquidē vbi cōtigerit, amicum suspicari ne quid peccarit crapula, aut si quid de balneo, deque cibo dubitet, ibi amicus coërcebit hominē, admonebitque vt sibi caueat, ac vitet periculum. Contrà adulator in balneum pertrahit, iubēs vt superiori peccato nouum aliud addat, nec sinat corpus cohibitū segnescere. Quod si viderit illum ad iter, seu nauigationem, aut aliud quippiā agendum propter mollitiem parum animatū esse, non dicet vrgerē tēpus, sed nihil minus effecturum, si vel differat, vel alium miserit. Porrò si pollicitus sit familiari cuiuspiam, se mutuo daturum pecuniam, & pœnitet quidem promissi, cæterum pudet negare, ibi adulator ad peiorem additus lancem, suo consilio billancē impellens, verecundiam illam excutit, iubens eum rebus suis parcere: quippe qui multa infamat, quique multis suppeditare cupiat. Vnde, si ipsi sentiamus, nos ipsos cupidos esse, impuden-

“
“
Simile.

“
“
Simile.

*T. Cognitio
sui.*

ADVLATIO; LIBERTAS ADMONENDI.
tèr facere, ignauos esse, nihil nos fallat adulator. His eã
nim affectibus ille semper patrocinator, liberè reprehèn-
dens, vbi velis ab his discedere.

Simile.

Atquè hisce quidem de rebus hucusque satis dictum est:
deinceps ad utilitatem & obsequia nostra se conferat ora-
tio: quandoquidem in his quoque sic confunduntur om-
nia, vt difficillimum sit, adulatorè ab amico distinguere, dùm
ille videtur impiger, & ad omnia pròptus, nihilque recu-
sans. Nam vt veritatis, iuxta Eupidem, simplex est ora-
tio, sic & amici mores simplices sunt, synceri, fucòque ca-
rentes, verum adulatoris mores, qui per se morbidi sunt,
multis ac doctis opus habet pharmacis, atque adeo nouis
& exquisitis. Vt igitur in cõgressibus sic se habet amicus,
vt cùm nec dicat quippiam, nec audiãt, tamen aspectu iustu-
que beneuolentiã, verumque pectoris affectum tacitè dans,
atque vicissim accipiens, prætereat assentator tamen cui-
rit, affectatur, salutat eminus, si prior visus, appellatus fue-
rit, excusat sese testibus adhibitis, sæpius & cum iururã-
do. Sic & in negotiis per multa præmittunt amici minu-
ta, nusquam exactè diligentes, nec vsquam curiosi, neque se-
met ipsos in quoduis obsequium ingerentes. At hic in hu-
iusmodi rebus assiduus, ac perpetuus, & infatigabilis, alij
nemini locum dans, nec spatium inseruendi: sed exigens
vti sibi mandet, & si mandatum non fuerit, molestè fert,
vel poti' proisus exanimatur, & obtestatur Deos. Ergo &
ista quoque significant us qui sapiunt, nõ veram nec syn-
ceram amicitiam, sed meretriciam esse. Lib. de discrim. adu-
lat. & amici.

Simile.

Ex adulatoribus qui versutior est, adest quidem in deli-
berando, simul adducit supercilia, simul annuit vultu, lo-
quitur autem nihil. Quod si ille dixerit, quid sibi videat-
ur: Papæ, inquit, paululo me antecuristi loquendo. Nam
istud ipsum ego dicturus eram. Sicut enim mathematici
dicunt, superficies & lineas per se nec inflecti, nec extēdi,
nec moueri, cum res sint intellectus, non corporeæ: cum
corporeis autē vnà flecti, & extēdi, & loco moueri, quo-
rum sunt extremitates: sic adulatorem comperies semper
cum aliis contentem, sententiam dicentem, intelligen-
tem, irascentem, vt in his sanè facillimum sit, discrimen
animaduertere.

T. Amicus.

Sed multò adhuc facilius in inseruendi modo. Siquidè

officium quod ab amico proficiscitur, cœu viuum quoddã animal, vires maximè proprias in intimis habet, nihil autem accedit ostentationis, aut plausibilitatis: quę sepe numero fit, vt quemadmodum fidus medicus ægio nesciente sanat: sic amicus profit, vel congregans, vel discedens, ignorãte amico, negotium illius curans. Hoc pacto Deos etiam arbitror plerũque benemereri de mortalibus, vt nõ sentiuntur benemereri, & ob id ipsum benefacere, quod suapte natura gaudeant benefacere. Lib. de discrim. adulator. & amici.

Simile.

cc

T. Beneficia

Dei.

cc

cc

cc

Vide etiam hac de re T. Admonitio, & T. Amicus.

Religio.

CVt Iouis sacerdoti sub dio vngi fas non est? Ah sicut in templo & sacro corpus aperte nefas est, sic aërem apertum, & qui cœlo subiectus est, deorum ac demonum plenum verebantur? quo fit, vt cum necessitati seruiendũ est, multa sub tecto occultè, Deorum cõspectum verũ homines faciant. In Proble.

Sacrificium, Oblatio.

Quid causæ est, quod Metellus Pontifex Maximus, factus alioqui prudens ac ciuiliis, post Sextilẽ mensem, qui nunc Augustus dicitur, vetuit auspicari? An quod adultis ac perfectis aurbus auspicandum sit? Sunt autè huiusmodi antequàm æstas aduenerit: autumno enim aues aut imbecilles sunt & morbidæ, aut pulli & imperfectæ. Aliæ verò propter anni tempus aliò detrahuntur. In Proble. Hoc prob emate colligimus; non vilia, sed præstantissima quæque Deo esse immolanda, iuxta Michæe vaticinium.

Quid est quod cum Romani Barbaros quosdam Diis immortalibus hominem immolasse accepissent, magistratus eorum accersendos ac puniendos putauerunt. Quos postea cum id consuetudine quãdam ac lege fecisse accepissent, eos dimiserunt, aliis id facere prohibuerunt: cum ipsi non multis annis antè, duos viros & duas mulieres in foro boario viuos obruerint? Non enim videtur conuenire, ipsos hæc facere, & Barbaros qui talia commisissent, reprehendere. An diis immortalibus hominem immolari impium ducebatur; demonibus autem necessarium? In Problem.

Pietas in patriam.

Pompeium legimus defectionis pœnas à Mamertinis exposcere decreuisse. Astitit autem Stheno ille, & libera remissaque fronte verba fecit, non æquè neque iustè constitutum Pompeium, si vnus ob noxam pleròsque insontes damnandos capitis velit: se vnum esse, qui ciuitatè ad defectionem erexit, amicis quidem persuadendo, inimicis vero vim afferendo. His ita affectit Pompeium, vt & ciuitati parcere, & Sthenonem humaniter comitèrque habere, facillè induxerit animum. At hospes quidem Syllæ, virtute quidem ille simili vsus est, sed nõ Pompeio similem Syllam adeptus, fortiter atque ingenuè mortem obiit. Prenestum enim oppidum Sylla cùm vi cepisset, ciuèsque ad vnum necandos constituisset, vnam illum, qui hospes eius fuerat, hospitij nomine exemptum voluit: ille contra, nolo (inquit) occisori patriæ salutis acceptæ gratiam habere, simulque ciuium se turbæ immisit, & vnà cū reliquis trucidatus est. In Polit.

Observantia in maiores.

Plcherrimum & vtilissimum institutum ciuilibus disciplinæ hoc est, vt principibus, magistratibusque quisque obtemperet, etiamsi opibus ac natalibus inferiores esse aliquatenus videantur. Indignum certè & vehementer absurdum negotium, tragœdiarum principem Theodorum, Polumvè histrionem aliquem mercenariū humili quãdoque oratione affari, propterea quòd diadema & sceptrum gestat: in gubernanda vero republica, ac rebus non confectis sed vicijs, magistratū idcirco à diuite quopiã & potente contemni, & parui fieri, quod priuatis non valet opibus, etiamsi rerum angustia & difficultate laborare videatur. Nempè hoc nomine, dum existimationi magistratus per contumeliam & contemptum detrahitur, Reip. ipsius dignitas denici ac premi videtur: quandoquidem pro se quisque maximè ipsam auctam & ornatam velle tenetur & debet, eique suam ipsius gloriã, suam existimationem adiacere. Maius enim decus affert homini præpotenti in ciuitate, si magistratum ipse deducit, ac ei se comitem adhibet, quàm si ipse contra deducatur à magistratu: unò hoc inuidiam parit, illud solidam arguit gloriã:

Simile à minori.

ut quæ à beneuolètia honorem habentium proficiscitur, præterquam quòd etiam ciuitati ipsi dignitatem addit & decus. Pulchrum profectò spectaculum & iucundum, si prior is ad vestibulum prætorij Prætores salute imperat, atque eum amplexus, spatiando per urbem deambulet. Ciuile quoque illud, populare uè, maledictum aliquod per iram prolatum, æquo excipere animo: & vel illud Diomedis per occasionem subdere: Laus hinc & honos sequitur. In Politica.

Gratitudo in Deum.

Pytho, admirantibus eum Atheniensibus, & honore ac laude prosequentibus, quòd Cottyn interemisset: *Dius, inquit, habenda est gratia, quibus auctoribus patrum facinus egregie est, manu duntaxat & opera à me commodatò accepta. In Politic. Si hoc Ethnicus, quid Christianum hominem facere par est?*

Contemplatio.

Equidem Diogenis illud dictum memorabile esse censeo, qui cum Lacedæmone peregrinum quendam conspiceretur ambitiosissime se ad diem festum componentem. *Quid inquit? viro bono nonne dies festus omnis est? Nempe si sapimus, etiam festiuissimus. Est enim mundus sanum quoddam sanctissimum, & maxime Deo dignum: in hoc homo sanum nascendo admittitur, non quidem spectatum simulachra fabrefacta, ac sensus experta: sed Solem, Lunam, sydera: à quibus vitæ motusque principia manant: quæ prouidentia nobis visenda præbuit: ut sensibilia sanè sint intelligibilium simulachra, atque imitamenta, ut Plato inquit. Adde flumina nouam semper aquam euehentia, terramque tum stirpium, tum animalium generi pabula proferentem. Libr. de tranq. animi.*

Iuramentum.

Quid est quod pueros, si Herculem iurent id sub tecto facere prohibent, & sub dio progredi iubent: quod ut sub dio faciant, idè exire iubent? An ea causa *T. Contra e-* est, quam multi afferunt, Herculem non umbra atque *eiuss pro la-* cino, sed labore ac periculis delectatum, non domi, sed *bere.*

MENDACIVM.

foris, ac sub dio vitam egisse. An hæc quidem dicuntur, & ioco apud pueros adhibentur, vt aliud occultius agatur, ne pueri sic temerè insuescant deieciatè? Sic enim Phavorinus aiebat. Hoc enim quasi de industria moram efficit, & deliberandi dat spatium. Phavorinum vero rectè putasse, nec comune, sed proprium huius Dei hoc quod sit, existimasse, ex his quæ de Hercule feruntur, facile cõueni potest. Ferunt enim hunc in pumis religiosum fuisse, & ad iurandum verecundissimum: quippè qui semel in omni vita iurauerit, idque soli Phyleo Augei filio. In Problemate.

Mendacium.

Per se secundum arbitrantur delictum, mentiri, primum, debitorem esse: quandoquidem qui debent, vt plurimum mentiri coguntur. Lib. de vitanda vsuria.

Obedientia.

Laudatur Epaminondas, qui Thebis inuidiosè atque contemptum deiecius Thelearchus, non neglexit munus, inquam, non modo magistratu virum ostendi, verum etiam magistratum viro. Id ita muneris amplitudine ipse enexit, & clarum reddidit. Erat enim antehac parui, & penè pro nihilo habebatur: quòd argiportus, & viã per vibem ita curare necesse habebat, vt per cloacas, & subterraneos riuulos purgantia quæque extergerent, & eiusmodi quisquiliarũ ellumes. Plurimæ enim sunt, quæ si tu tibi ipsi, aut per te ipsum peccantes & agas, abiectus & sordidus mentò existimari possis. Hæc eadem si ciuitati publicitus exhibere videaris, non illiberalis & degener, sed generosus eius haberi queas. Magni est enim atque perstentis animi, vel paruulas ciuitatis res curãdas suscipere. In Politica.

Liberalitas.

Epicurus summũ bonum in otio altissimo constituens, velut in portu tranquillo, qui nullis agitetur ventis, nullo strepat fragore, dicit non modo pulchrius esse beneficio afficere, quàm affici, verum etiam iucundius. Nam nulla res perinde parit gaudium, vt beneficentia.

Quapropter multi sæpè pudore suffunduntur, cum beneficium accipiunt: semper autem gaudent, cum beneficium præstant. Lib. de dispu. Philofop.

Avaritia, Prodigalitas.

EOs qui nihil infumunt, possident autem permulta, semperque plura desiderant, maximè mirabitur, qui meminit Anstippi. Nam is solitus est dicere, si quis multum edent, multumque biberit, nec vnquam expleatur, adit medicos, percontatur, quid sit morbi, quæ sit affectio, qua ratione queat leuari. At, si quis habens quinque lectos, requirat decem, ac decem possidens mensas, alteras totidem coemat, cùmque multum adsit agrorum, multum pecuniæ, non tamen expleatur, verum in alias inhians vigilet, nullisque omninò rebus satiarì possit, an non hic existimabit, sibi opus esse à quo curetur, quique ostendat, quibus ex causis morbus is sit ortus? Ac sanè qui cum nondum biberit, sitiatur, futurum expectes, vt is simulatque biberit, siti liberetur: eum verò qui continenter bibat, nec vllum faciat finem, hunc non expletione, sed purgatione iudicamus opus esse: iubemusque vomere, quippè qui non perturbetur inopia, sed acore, caloreque quopiam, qui præter naturam inest. Ergo qui eget, atque inopia laborat, ex eorum numero qui parant facultates, fortasse quiescet parata domo, aut inuento thesauro. At qui plura, quàm sat est, possidet, plura nihilominus concupiscens, hunc nec aurum nec argentum sanare potest, nec equi, nec oves, nec boues, sed vomitu ac purgatione opus habet. Nec enim huius morbi opus est penuria, sed insatiabilitas amorque diuitiarum, à prauo iudicio proficiscès. Id nisi quis reuellat ab animo, ceu malum transuersum inhærens, non desinet immodicis egere, hoc est, desiderare ea, quibus non est opus. Medicus ad hominem ingressus lecto affixum, suspinantem, ac cibum capere recusantem, simul atque tenuerit eum, ac percontatus fuerit, deprehenderitque non teneri febri, animi morbus est, inquit, ac discedit. Nos igitur cùm viderimus hominem lucis attenuatum, sumptibus ingementem, à nulla turpitudine molestiæque temperantem, quæ modo conducat ad rem faciendam, cùm domos habeat, agros, armenta, mancipia, vestes, quo tandem morbo dicemus hunc hominem teneri, nisi animi paupertate? Quando-

Simile.

Simile.

Simile.

DIVITIÆ, DIVITES.

quidem pecuniarum inopiam (quemadmodum ait Menander) vel vnus amicus bene merens, sustulerit. At illam animi penuriam ne vniuersi quidem expleant, neque viuentes, nec vita functi. Quare illud eleganter in hos dictum est à Solone:

Hand est finis opum fixus mortalibus vllus.

Iam verò est & illud auaritiæ proprium, quòd hæc cupiditas ipsa sibi repugnat, ne satietur, cùm reliquæ magis ad id adiuuent. Itaque nemo probus ab obsoniis abstinet, ob id ipsum quòd sit auidus obsoniorum: nec à vino, quòd vini sit appetens, quemadmodum isti à pecuniis abstinēt ob pecuniæ cupiditatem. Et sanè nonne morbus insanix similis ac miserandus videatur, si quis ob id non utatur veste, quod algeat: neque pane quod esuriat: neque diuitiis, quod diuitiarum sit auidus? *Et mox.* Itaque cupiditas diuitiarum tanquam acerba grauisque domina, cogit quidē vt pares, cæterum vetat ne fruaris. Et cupiditatem quidem acuit, voluptatem autem subducit. Auari igitur parant quidem opes tanquam splendidi, vtuntur autem sordidi: & labores tolerant, quum careant voluptatibus. Quis verò te non admiretur infelicissime, si quum possis istum ad modum viuere vitam adeò sordidam, adeò ab homine alienam, nemini quicquam impertiens, tam incomis in amicos, tam non munificus erga rempublicam: tamen affigeris, vigilas, operaris, captas hæreditates, submittis te, cùm tantum habeas otij viaticum, nempè sordidam parsimoniam? *Libr. de cupidita. diuitia.*

Si quis auaro dixerit, non audis Philosophum? Qui possum? inquit, non est mihi otium patre mortuo. O te miserum! quid tibi reliquit pater conferendum cum eo quod abstulit, nempè libertatem & otium: quanquam non tam ille abstulit, quàm ipsa rerum opulencia, quæ tibi circumfusa, tuisque victrix inflammat te *Lib. de cupid. diuit.*

Vide etiam T. Auaritia. T. Diuitie. T. Paupertas que proximo loco sequuntur.

Diuitie, Diuites.

Simile ab exemplo.

Hippomachus aliptes, quibusdam laude efferentibus prælongum quempiam, ac prælongis manibus hominem, tanquam ad pugilum certamen idoneum, sanè (inquit) si suspensa in alto corona foret detrahenda. Idem licebit

dicere in hos, qui pulchra prædia, qui amplas ædes, qui pecuniæ vim stupent, atque his in rebus felicitatem sitam esse ducunt: sanè, si quidem venalis esset emenda felicitas. Quamquam permultos videas, qui malint esse diuites, simulque miseri, quàm dato argento parare felicitatem. At non emitur nummis animus liber omni molestia, suaque contentus sorte, nec magnanimitas, nec tranquillitas, neque libertas. Diuitem esse, non est diuitias cõtemnere, nec immodicas opes possidere, sed non egere superuacaneis. A quibus igitur malis liberant diuitiæ, si ne hoc ipsum quidem adimunt malum, sui cupiditatem: cum potus sedet sitim, cibus famem sanet? At ille qui dicit, Da pallium Hipponacti, vehementer enim algeo: pluribus quidem impositis pallus offenditur. Cæterum argenti cupiditatem non extinguit argentum, nec aurum auri, neque si plura possideas, coërectur plura possidendi cupiditas. Quin idem dicas licebit diuitiis, quod in medicum competit impostorẽ: Pharmacum tuum morbum auget. Lib. de cupid. diui.

Quod ait Sophocles, deformem corpore, ac obscurum fama, modò accedant opes, mox sapientem lingua, formosumque videri: contra hæc omnia rursus alia Sophoclis opponenda sunt, veluti cum ait, Etiam suis egenti rerum sit honos. Et, si sapiat pauper, nullo sit inferior. Lib. de audienda pœtica.

Paupertas.

NVnquid nominis nullius Diogenes? quem cum vidisset Alexander in sole sessitantem, stetit, & an re aliqua indigeret percontatus, accepit, nihil aliud velle, quàm vt paulisper obumbrare Solem desineret. Cuius animi elatione stupefactus, ad amicos conuersus dixit. Si Alexander non essem, Diogenes vtique essem. Lib. de exilio.

Crates ille Thebanus, quamuis nullo ære alieno obstructus, à nemine vè molestatus, ob curas tamen solùm domesticas molestiasque familiares, substantiam octo reliquit talentorum: sumptoque baculo ac pera, in philosophiam ac paupertatem confugit. Anaxagoras quoque non infertili se abdicauit fundo. Sed quid illos enarrare necesse est? Si quidem Philoxenus Melopæus vitam ac domum opulentissimam in Colonia Sicula hæreditate nactus, cum delicias, voluptates, ac indigenam considerasset inelegantiã,

Dissimile.

FORTITUDO.

per Deos, inquit, bona hæc haud me perdent, sed ego illa: aliisque hæreditate relicta, enauigauit. Libr. de vitanda v-
sura.

Fortitudo.

*Nihil arma
sine fortitudi-
ne valent.
Simile.*

PRæclarè Antisthenes hostibus optanda omnia à Diis
esse bona dicebat, præter fortitudinem: etenim illa tã-
dem omnia virorum fortium atque armis præstantium
fore, non ea possidentium. Quapropter naturam inquit
ceruo, animali ignauissimo, conuua magnitudine visenda
asperitatèque ingenerasse: nimirum specimen dantem, qui
audere ipsi, fiduciãque imperare sibi nequeunt, nullum
eis armorum apparatus bellique instrumentum vsui esse.
Hoc modo sæpè fortuna socordibus stolidisque opes &
impennatibrens, quibus ipsi demum degeneres arguuntur,
adstruit, honestatque virtutem: utpote in qua vna sita sint
amplitudo decòque viui. Siquidem iisdem opibus, eodem
imperio fieta Semiramis fœmina, classes instruebat, pha-
langas amabat, Babylonè condebat, rubrum denique ma-
re nauigio perlustrabat, Æthyopiæ atque Arabiæ subigen-
dis populis. At Sardanapalus vir quidem natus, domi pur-
puram carminabat, inter pallaciarum turbam supinus in
humerosque iacens. Cui lapideam ponentes statuam se-
cum ipsam saltantem, barbarico ritu, argutulisque dignis
supra caput veluti cõcrepitantem, adscripserunt: Ede, bibe,
veneri indulge: nam cætera proisus nihil omnia. Lib. 2. de
fortuna & vitæ Alexandri.

Fortitudo non eget ira, siquidem à ratione tineta est.
Porro quod furore & ira corruptum est, facilè frangitur,
estque putre. Proinde Lacedæmonij pugnatuus nam ad-
munt concentu tibiarum, ac Musis rem diuinam faciunt,
antequam ineam prælium, quò videlicet ratio permane at
in illis. Et cum hostem viderint in fugam, non cum perse-
quuntur: sed reprimunt nam: quippè quæ facilè reuocari
possit Libro de cohibenda iacundia.

*T. Magna-
nimitas.*

Ex Troianis multi sunt capti viui, at Græcorum nullus:
deinde multi item illorum supplicauerunt hostibus, ceu A-
diastus, filij Antimachi, Lycaon. & Hæctori precibus con-
cessum est sepulchrum ab Achille: cæterum ex his nullum
inuenies supplicem. Barbaricum est enim preces porrigere,
& capti in certamine, cum Græcorum sit proprium vel

vicisse in pugna, vel occubuisse. Lib. de audienda poetica.

Vide etiam hac de re T. Patientia. T. Constantia.

Fortunae inconstantia.

Nullus est vir, qui vsquequaque felicitate fruatur: & per Iouem parendum est satis. Nam vt in plantis nonnunquam maxima est fertilitas, interdum sterilitas: & in animantibus quandoque numerosa proles, quandoque nulla: & in mari tempestates ac tranquillitates: ita & in vita multi ac varij casus in aduersas cucumagunt homines fortunas. Natus es enim mortalis. Et te quoque inuito, diis ita volentibus erit. Et illud à Menandro dictum. Nam si omnium solus natus es Trophime, cum te mater pariebat, ea lege, vt quod velis agas, felicitate perpetuo fruaris, & Deorum aliquis hoc tibi pollicitus est, merito indignaris: mentitus enim est, atque iniquè fecit: sin autem isdem, quibus nos, legibus vitalem hunc ac communem hausisti aërem, hæc melius & ferenda & cogitanda sunt. Quod autem rationum caput, homo es: quo ad summa rursumque ad ima nullum animal mutationem celetius accipit, nec id immerito. Nam cum natura infimissimum sit animal, maximas res administrat. Cum autem cadit, multa contemnit bona. Est igitur viti haud rectè res ipsas cogitantis, in re nequaquam stabili ac firma constantiam querere. Rotæ enim circumactæ nonnunquam altera pars supernè extat, nonnunquam altera. Inconsiderata namque est fortuna, vt inquit Theophrastus, & ad ea, quæ elaboraueris, auferenda vehemens, nullumque habens ad perturbandam existimatam felicitatem constitutum tempus. In orat. conso.

Crates autem Phrynes meretriculæ effigiem Delphis positam cum vidisset, exclamauit, Græcorum id petulantix trophæum erectum esse. At, qui Sardanapali aut vitam, aut monumentum (nihil enim vt arbitror differunt) viderit, hoc fortunæ bonorum trophæum sanæ esse dixerit. Leo sthenes dicebat, hanc immensam potentiam errabundam, & huc illuc incurrentem, Cyclopi similem esse: qui post exosulationem, manus quoquò versus intentabat, nūquā non aberrantes à destinato proposito. Lib. secundo de fortuna & viti. Alex.

Fortunæ vtriusque contemptus & moderatio.

Similia.

Simile.

Simile.

à fabula.

“

“

FORTVNAE CONTEMPTVS

Simile.

Quemadmodum muscæ in terribissimis speculis reptantes, delabuntur, asperis verò hærent locis facillimè: sic stulti homines ex iucundissimis placidissimisque rebus decedentes, tristissimarum rerum recordationem tenaciter apprehendunt: imò verò quemadmodum apud Olynthios locum quendam esse aiunt (quod ex re sumpto nomine, Cantharoletron dicitur) in quem congesti scarabæi foras erepere nequeunt, sed diu multumque intus volutati, orbésque nequicquam ducentes, intereunt ad extremum: sic homines in malorum memoriam reuoluti, enim posthac non possunt, nec respirare. Proinde ut pictores fuscis in tabulis colores, omninoque subducendos oculis, prænitentibus aliis & visendis coloribus inducere, atque interlinere solent: sic homines in suo sibi animo tristia quæque maximè silendaque euenta, memorandis aliis & prædicabilibus premere oportet, & tanquam obruere. Tam est enim varia, multiplex, reciprocabilis mundi huius harmonia, quam lyrae est, aut arcus: nec in humanis quicquam est, quod purum, sincerum, simplexque sit. Verum ut musica sonis acutis & grauibus constat, & grammatica literis vocalibus & mutis (at musicus grammaticusque est, non qui horum alterutris illorumque offenditur, sed qui utrisque uti, miscerèque accommodatissimè nouit) haud aliter sapienter is demum instituisse vitam videtur, qui diuersissimos rerum euentus, mutuòque sibi obuersarios miscere scitè didicit, secundos cum aduersis compensando. Nam ut seorsum bona, & mala, ponantur, humanæ vitæ commoditas non admittit: sed temperamentum quoddam ex utrisque constari conuenit, si rectè de iis statuere volumus. Non est igitur cõsentaneum alteris eorum ingemiscere, & tanquam oneri iniquo succumbere, animo concidentes: sed deterrimi cuiusque euentus vim atque impressionem meliorum rerum recordatione retundere, omninoque commodis incommoda veluti inuolucro quodam velantes totius vitæ tenorem ex prosperis aduersisque rebus concierum, ac coagmentatum, quasi concentum quendam efficere, harmonica ratione temperatum. Nec verò, ut Menander putauit, homini statim nato præsto Genius est aliquis, auspiciandæ benè vitæ initiator, retèque degendæ magister: sed ut Empedocles potius, binos Genij, hoc est, bifariæ sortes (quibus ille multa no-

Similia.

Simile.

Simile.

mina variâque indidit) in lucem protinus editos accipiunt, iam inde auctoratos sibi datosque pari propè dixerim mancipij iure. Harum omnium affectionum impendentia semina aiebat genituram nostram suscipere: ideòque ductum vitæ nostræ non libratum & æquabilem, sed salebrosam potius atque asperum esse: proinde sapienti meliora in votis esse, deteriora verò etiam in expectatione: utrorumque autem temperamento ipsum uti sapientem, neutram in partem nimium. Quippe vehemens cuiusque rei appetito comitem formidinem habet illius amittendæ: quæ hebetem ipsa lætitiâ, atque identidem interpellabilem facit, perinde atque flammam statim violentiore inhibitam: Quem verò ratio docuit, præfidenter & intrepidè ita fortunam alloqui.

Si dederis, perlatos ero: repetiveris, æquus:

Hunc nimirum sese fretum præsentariis rebus suavissimè frui oportet, nec succurrente iacturæ cogitatione, metu subinde vellicari. Anaxagoras accepto de filij morte nuntio: ego, inquit, quum genui, interiturum sciui, & ei expectationi sustuli. Hæc Anaxagoræ affectio tam nobis imitanda est, quàm est admirabilis. Vnicuique certè infortunio subtestari illicò licet: sciebam precarias me opes, nec trabali clavo fixas, ut aiunt, possidere, omninoque vendas accepisse. Haud ignarus eram, qui mihi potentiam dedissent, eosdem adimere quoque posse. Noueram uxorem probam esse, sed mulierem quoque: Denique non me latebat, amicum hominem esse animal naturâ faciliè depravabili, ut Plato dictitabat. Profectò qui affectuum suorum rationem hoc modo comparauerit, illaque sibi subsidia rationis præstruxerit, si quid ei præter votum aut retrorsum fortè cesserit, nec tamen improuisum: quum vulgaria illa nunquam admiserit (Haud vnquam existimassem. In magna spe eram, Hoc nunquam futurum arbitratus sum) tum verò subsilentis micantisque cordis inæquabilitatem absterferit, confestimque ex turbulento & percito, compositum constantique sibi reddiderit. Carneades aduersorum casuum prosperis maximè in rebus admonere solebat: quod omne improuisum cum ægritudinæ animi, & quodam quasi deliquo excipi natum esset: Enimvero Homerus luculento admodum exemplo docuisse mihi videtur, quàm vulnificentiora sint ea, quæ improuiso ia-

In die bonorum non immerita memor sis malorum.

FORTVNAE CONTEMPTVS

opinatioque feriunt. Vlysses peregrè reuersus, repentinè morti canis sui illachrymavit: vxori suæ flenti assidens, non illachrymavit. Siquidem iam inde aduentans, præsumpta lachrymantis vxoris imagine, erupturum haud dubiè in re præsentis affectum ociosè mancipauit sibi, of-
 firmatòque prius animo, in potestatem redegerat: canis ve-
 rò nec opinato intentu perturbatus est: quum spatium in
 re improuisa non haberet affectus vim inhibendi. Lib. de
 Tranquil. animi.

*Ti. Victoria
 sur.*

Quod autem vnusquisque securitatis anxietatisque cõ-
 ceptacula, quasque scaturigines in suo animo habeat, &
 omnino bonorum malorumque Homericæ illa dolia (non
 quidem, vt aiebat ille, in Iouis lumine deposita, sed iustus
 in anima sita) hominum sanè discrimina declarant, quos af-
 fectionibus animi variè moderari videmus. Item in si-
 stentes bona quoque præsentia transmittunt; vsque adeo
 ad futurum vergunt intentissimæ semper eorum curæ. Pri-
 uidentibus contra, ac si se recordatione in rem præsentem re-
 ducentes, vel ea quæ iam non sunt, instare etiam atque ad-
 esse faciunt. De tranquili. animi.

*Stulti futu-
 rorum cuji.
 ditate se tor-
 quent sapien-
 tes præterito-
 rum recorda-
 tione præsen-
 tia moderari
 sur.*

Prosperitas.

SYLLA quæstor in Lybiâ, Imperatore Mario, missus ad
 Bocchum, re feliciter gesta, victum Iugurtham addu-
 xit. Ea re, vt erat iuuenis, & gloriæ paulò auidius affecta-
 tor, neque felicitatem modicè tulit, & Iugurthæ imagi-
 nem, vt fuerat traditus, in anulo quem gestabat, inscul-
 psit. Lam rem cumini dans Syllæ Marius, amicitiam eius
 posthac aspernatus est: ad Catulum ille atque Metellum
 claros tum viros, alioqui infestiores Mario, sese contulit;
 nec multo post Marium auctoritate deiecit. & opibus o-
 mnibus exiit, concitato iam illo bello ciuili, ex quo pa-
 rum abfuit; quominus Romana res funditus periret. In
 Politica.

*Vide quid
 sibi statim in-
 temperantia
 faciat.*

Ielicitas in rebus agendis (si Demostheni credimus)
 stultum complexa virum, prius insanie facit. Atque
 eadem infano turpia perpetrandi certissima occasio est.
 Libro de fort.

Aduersitas.

FVerunt nonnulli, quibus exilium & pecuniarum ita-
tura viaticum extiterit ad studium ac philosophiam,
veluti Diogeni & Crateti. Nam Zenon, ubi nauigium
suum fractum audisset: Benè facis, inquit, fortuna, cum ad
pallium nos compellis. Lib. de vit. cap. ab inim.

Persecutiones contra viros bonos.

Non solùm (vt est apud Phocylidem) multorum do-
lis expositum esse eum, qui cupiat in bonorum vi-
riorum haberi numero, necesse est: sed etiam cecibò irride-
ri, contemni, ac morsus dentatos in se accipere illum, qui
porsus cupiat explodere ab animo inscitiam. Libro de of-
ficio auditoris.

Patientia, Impatientia.

ANaxagoram accerimus philosophantem; vt aiunt,
atque inter amicos differentem, quum à nuntio quo-
dam filij mortem audiuisset, paululum se continuisse,
hisque qui aderant dixisse, Noueram me mortalem ge-
nuisse. Periclem verò, qui ob orationis ac prudentiæ exi-
miam vim, Olympius quoque appellatus est, cum vtrum-
que filium, Paralum videlicet ac Xantippum (vt Prota-
goras ait) vitam cum morte commutasse accepisset; ita &
ipsum fuisse locutum tradunt: Filius enim adolescenti-
bus ac foimosis, octo dierum interuallo vita defunctis,
citra luctum sustinuit. Tranquillitate namque animi ac
serenitate perfusus erat: quæ sibi per singulos dies ad fe-
licitatem atque indolentiam plurimum contulit. Hunc e-
nim statim post vtriúsque filij obitus nuntium; nihilo-
minus corona patrio more insignitum, candidaque veste
indutum concionari intuebantur, consilia excogitantem
bona, ipsosque Athenienses ad bellum exhortantem.
At Xenophontem Socraticum, cum sacra quondam fa-
ciens, à nuntis ex bello profectis, filium nomine Gryllū
dimicantem, vitam finisse audiuisset, coronam sibi primū
detaxille accepimus: percontatum deinde, quonam pa-
cto perisset, cum strenuè dimicando, hostiūque quam-
plurimos occidendo retulissent, aliquantulum temporis
commoratum, dum cogitatione luctum cohiberet, coro-
nam rursus imposuisse, inchoatūque peregisse sacrificiū.

*Hæc Hier.
in Epita-
phio Nepo-
tiani.*

PATIENTIA, IMPATIENTIA.

T. Pietas in
patriam.

ac nuntiis dixisse: Deos precatus sum, ut mihi filius non immortalis ac longzeus esset (neque enim constat, utrum tale quid conferat) sed qui & strenuus esset, & patriam diligeret: quod utique factum est. Dionem vero Syracusanum accepimus cum amicis sedentem, magnaeque vocis tumultu circa aedes excitato, cum rei causam percontatus, filium de recto delapsum mortem obuisse audiuisset, nihil perturbatum a percussum, defuncti quidem corpus ad legitimam sepulturam ut traderent, iussisse: ipsum vero, quae considerabat, & cum amicis deliberabat, minimè reliquisse. Horum utique virorum animi elationem suspiciunt quidem omnes, atque admirantur: sed ob eam, quae ab inscitia proficiscitur animi, imbecillitatem, eos re ipsa imitari nequeunt. In oratione consol.

Neque verò ut corpus rei grauantis pondere premitur, sic semper & animus: qui contra potius rebus ex seipsoonus imponit & grauat, quae per se alioqui tolerabilia erant. Durus quidem natura est lapis, Cristallus item frigida: exilium verò, ignominia, & honorum amissio non sua natura, sed nostro ipsorum iudicio affligendi vel delectandi modum habent: vnusquisque autem hæc sibi leuia vel graua, tolerabilia vel dura toleratu efficit. Nam & ex cibariis multa amarulenta sunt & acria, sensumque mordentia: quibus tamen si mitium quid aut dulcium admisceas, omnem illam saporis insuauitatem tollas. Sunt præterea & colores, quorum molestiam visus ferre nequeat, sed eorum vi confundi, & perstringi lumina contingat. Si igitur eius incommodi medicamen est vmbrae admixtio, vel ad viridia mitiaque oculorum deflexio, cur non idem in aduersis casibus facere liceat, hisque admiscere, quae nunc tibi vtilia benignaque non desunt. Quare, ut in comœdia adhortatus quispiam amicum infelicem, ut bono animo esset, malamque fortunam vlceretur: quomodo vlceri posset, interrogatus: sapienter vlcerendam esse respondit: sic eam nos quoque sapientiæ studio dignè (ut par est) vlceramur. Qua enim ratione pluuia nobis Boreamve defendimus? nempe ignem, balnea, vestimenta quarimus, tecta que subimus, neque enim dum imbre perfundimur, desideramus aut ploramus. Tibi quoque igitur eam vitæ partem, quam frigus & rerum inopia tentarit, apud vnum aliquem recreare & fouere licet: nec alius adiumentis indigeas,

Similia.

Simile.

Simile.

digeas, si iis quæ adsunt, ut ratio ipsa dicit, uti velis. Medi-
corum quidem cucurbitulæ exhausto vitioso sanguine, ita *Dissimile.*
reliquum alleuant, & conseruant. At mœrori & tristitiæ dediti
ac queruli, quæ apud se pessima sunt, sine vlla intermissio-
ne colligendo & reputando, dolorumque inferentibus se-
se ipsos atterendo, etiam quæ bona sunt & utilia, mala ef-
ficiunt, & eoque id potissimum tempore, quo auxilio opus
erat. Illa enim duo fatorum dolia, quorum alterum bonis,
alterum malis plenum scribit Homerus in cœlo esse, non
Iupiter sedens dispensat, ut his mitia, & bono aliquo per-
mixta, his verò mera malorum fluentia transmittat: sed ex
nobis ipsis, qui mentis sunt compotes, ex rebus secundis,
iis quæ aduersa sunt, exhauriunt & infundunt, & potabi-
liorem iucundiorumque sibi vitam efficiunt. Contrà vero
multis mortalibus veluti colis quibusdam, quæ deterrima
sunt, melioribus effusis, relinquuntur & permanent. *Si-*
ergo in quippiam inciderimus, quod reuera malum sit, hi-
laritatis aliquid & lætitiæ superindui debet, & peculiari
aliquo bono ex iis, quæ expertis iam rebus reliqua sunt,
quod alienum & aduersum sit, leniendum est. *Simile.*
Quum vero
suapte natura res ipsa nihil mali habet, sed id quod affli-
git, ex inani quadam opinione consistit, tunc, ut larvas
formidantibus pueris in manibus tradimus & inuertimus,
quò re perspecta, vanos terrores contemnere assuescant:
ita nos quoque quod fragile, ac tragicis fabulis est persi-
mile, diligentissima consideratione quasi manibus pertra-
ctantes, detegere oportet. Lib. de exilio.

Constantia.

Quid Diogenes? nunquid dicendi libertatem non ha-
buit? qui castra Philippi ingressus, quo tempore
hostis Græciam inuadebat, cum quasi speculator ad eum
duceretur: nempe, dixit, tuæ auaritiæ & dementiæ specula-
tor veni, qui breui temporis spatio de principatu simul
& vita veluti ad aleam periclitaturus accedas. Lib. de
exilio.

Verum enim verò ut animi constantiam in rebus aduer-
sis retineamus, operæ pretium est, non transmittere illam
coniuuentibus, ut aiunt, oculis, quæ præclarè aliquando
nobis, atque ex animi sententia cesserint, concinnaque
mixture, cum deterrimo quoque euentu secundiores com- *Simile.*

TEMPERANTIA, INTEMPERANTIA.

pensare. Nunc verò, cum oculos penitentium rerum aspectu perstrictos, ad floridos herbaceosque colores auertere recreandi causa soleamus, contra mentem nostram ad mortifica intendimus, vnique ei afferentes, cogimus ad penitendarum maximè rerum recordationem incumbere, eamque à prædicabilibus inuitam, propè diximus, penitentemque conuellimus. Atqui subit nunc mihi, appositissimè huc transferri posse id, quod in hominem olim curiosum dictum est, aliena ad se nihil pertinentia perscrutantem. Quid, malum, homo malevolentissime, aliena vitia miluini oculis cernis, tua verò transmittis noctuinis & coniuventibus? Quid mala tua, vir beate, tam accuratè perspicis præsentiaque semper & recentia iugi recordatione facis: à præsentibus autem bonis auersam mentem habes? Et quemadmodum cucurbitulae medicinales deterrimum sanguinem ex carne eliciunt, sic tu pessima queque tuorum in te congeris ipsum. Lib. de Tranq. ami.

Simile.

Temperantia, Intemperantia.

Temperatus animus vndique est æqualis & pacatus, inferiori animæ nostræ portione cum superiore consentiente: admirabili quiete ornatus, & compositus, in quem intuens dicas: Considerant venti iam, & tranquillus sine vento pontus erat: namque ipse Deus sedauerat undas vehementes, insanos rabidosque motus cupiditatum restinguente ratione, & quibus natura indiget, eos sibi consentientes obtemperantesque in actionibus voluntariis parante: vt nec rationem præcurrant, nec terga vertant, nec ordinè turbent, nec dicto nõ sint audientes: verù vt omnis motus, quòcunque velit ratio ducere, paratus sequi, ceu lactens pullus cum equa simul curat, Xenocratis confirmans sententiã dicentis, quod verè philosophantes spontè agunt, quæ cæteri metu legis facere solent inuiti, tãquam verberibus canes à voluptatibus repulsi foimudine suppliciorum. Lib. de virtute morum.

Simile.

Vide etiam hac de re Titulos sequentes.

LUXUS.

T. Usura.

Nemo pauper est earum rerum, quæ naturæ sufficiunt, nec quisquam vnquam fœnore mutuum accepit, vt farinam, caseum, panem, aut oleæ baccas emeret: sed hunc

sumptuosa domus xri alieno reddit obnoxium, illum cō-
 tiguum suis agris oliuetum, alios arua frumentaria seu vi-
 neta, nonnullos mulæ galaticæ, alios equi iugiferi, vehi-
 cula magna cū plausu ducentes, præcipitarunt in bara-
 thrū pactorum, vsurarū, pignorum. Deinde fit, vt quemad-
 modum hi qui nō sitientes bibunt, nec esuriētes edūt, etiā
 ea, quæ sitientes ac esuientes sumpserant, reuomunt: sic hū-
 dum superuacanea & inusitata appetunt, ne necessariis
 quidem potiuntur. Lib. de cupid. diuit.

Simile.

Abstinentiā.

SOcrates admonet, cauēdos esse cibos, qui non esurien-
 tes denuo ad edendum inuitent: cauendos esse potus,
 qui non sitientes ad bibendum illectent. Lib. de tuenda
 bona. valet.

Sunt nonnulli, quos parsimonia coniuncta cum gulæ vi-
 tio adducit, vt cum domi coerceant cupiditatem, apud a-
 lios lauticiis fruantur, expleantque sese, ampliter, ingurgi-
 tantes, perinde quasi rebus bello partis: deinde grauer affecto
 corpore discedūt, postero die premiū iugurgitationis
 auferentes, nempè stomachi cruditatem. Li. de tu bo. va.

Cibi viliores appetentiā intra naturæ modum cohibēt.
 Cæterum artes istorum, qui obsoniorum sunt opifices &
 architecti, & operosæ istæ cupiditæ, nec non ingeniosa
 condimenta, semper (vt inquit Comicus) voluptatis fines
 longius promouent, ac viuunt utilitatem. Atque haud
 scio quo pacto fiat, vt quum vxores quæ philtis ac vene-
 ficis in viros vtuntur, abominemur, conducticiis ac ser-
 uis cibos & obsonia nostra proiciamus, vt ea penè dix-
 rim veneficis, ac præstigijs vitient. Morbi igitur non
 tam multa negocia, nec tot spes, nec tot peregrinatio-
 nes, nec tam multa exercitia nobis eripiunt ac perdunt,
 quàm multas adimunt voluptates. Vnde fit, vt qui maxi-
 mē sectantur voluptatem, his minimē expediat corporis
 sanitatem negligere. Siquidem permulti sunt, quibus ad-
 uersa valetudo nequaquam est impedimento, quominus
 philosophiæ dent operam, aut rem etiam exercent mili-
 tarem, aut imperium administrant: ac corporis voluptates
 eiusmodi sunt, vt his in morbo siui nullo modo possis.
 Lib. de tuenda bona valetud.

*Philtum. I.
 poculum a-
 matorium.*

Sicuti Demades, Athenienses qui non in tēpore bellum

A B S T I N E N T I A .

capesserent, aiebat nunquam nisi pullatos pacem deer-
nere: ita nobis haud vnquam tenuis ac moderata victus
ratio venit in mentem, nisi iam febris æstuantibus & admo-
tis pharmacis.

Simile.

Quemadmodum quum Lysimachus inter Scythas siti
constrictus sese pariter atque exercitum hostibus dedi-
disset ac deinde frigidam bibisset aquam Dyonisi, inquit,
quam breuis voluptatis gratia, magnam deposui felicita-
tē. itidem & nobis ipsis in morbo debemus in animum re-
uocare, quod ob frigidam potionem non in tempore sum-
ptam, aut balneum intempestiuum, aut computationem,
complures earum rerum delectationes amiserimus: dein-
de præclara permulta, postremo non paucas exercitatio-
nes iucundas perdidimus. Facit enim huiusmodi reputa-
tio, vt animum quidem dolor mordeat, vulneransque me-
moriā (veluti cicatrix quæpiam remanens) in bona vale-
tudine cautiore ac circumspectiore nos reddat in obser-
uanda vitæ ratione. Neque enim tum corpus sanitati red-
ditum, admodum magnas pariet cupiditates, nec intracta-
biles, aut inusitatas, & inuincibiles. quin magis forti & in-
trepido animo esse oportet aduersus appetentiam erumpē-
tem, & ad fruendum his, quæ cupit, exilientem, vt quæ ni-
hil habeat præter leues, ac pueriles querimonias ac plo-
ratus: deinde mox conquiescat, sublata mensa, neque quic-
quam incuset, aut lædat: sed contra potius pura atque hi-
lari, minimèque graui, minimèque fastidiosa duret in
posterum diem. Quemadmodum videlicet Timotheus,
qui superiore die in Academia apud Platonem cœnauerat
tenuem cœnulam, dixit, qui cœnassent apud Platonē, eos
postero quoque die suauiter agere. Fertur autem & Ale-
xander dixisse, posteaquam solitos obsoniorum artifices
abiecisset, se longè cōmodiores secum posse ducere, nēpē
nocturnam profectiōem ad condiendum prandium, ad
cœnam vero prandij tenuitatem. Proinde cauendum est,
ne sicuti boni naucleri posteaquā ob auiditatem multum
oneris in nauim coniecerint, deinde perpetuo labore sen-
tinam exhauriunt, aquamque marinam euiciunt: ita nos
quoque simul atque corpus expleuerimus onerauerimus-
que, tum rursus repurgemus, & clysteribus exoneremus.
Li. de tuen. bona val.

Simile.

Præclare dictum est illud, Vesci citra satuitatem, im-

pigrum esse ad laborem, vitale semen conseruare, res esse longè saluberrimas. Etenim coitus immodicus, propterea quod maximè vim eam extrahit, qua cibus concoquitur, plurimum superfluitatis & redundantiz gignit. Lib. de tuen. bona. valet.

Vide etiam hac de re T. sequentem.

Gula.

Quid est, quod boui, qui cornu petat, scœnum in cornu apponunt, vt occurrentes caueant? An quia propter repletionem ac satietatem insolescunt & boues, & equi, & asini, & homines, vt ait Sophocles? Tu vero ferues quasi pullus cibi copia: Venter enim tuus & malè insolescit. In Problemata.

Vini & carniū plenior vsus corpus quidem validum, athleticâque firmitate facit, animum vero imbecillum & fragilem. Lib. de tranq. ani.

Si illud Alexidis alios moueat quo ait, Sapientem decere, vt voluptates congerat: proinde tres esse, quæ haud dubiè in vita vtilem vim quandam pariant habenti: bibere videlicet, edere, & Veneris vsus: alias verò omnes merito vocari adiectitias: meminisse vtiq̃ oportet, Socratem in contraria esse sententia, dum ait: Male moratos idè viuere, vt edant, bibântque: sed bonos viros cibū sumere ac potum, quò possint viuere. Lib. de aud. poëtica.

Ebrietas.

Quod vulgo dici solet, Odi memorem compotorem, quidam præscribi hoc loco legem quandam putant conuiuiis, ne vlla dictorum ibi factorūmq̃ posthac habeatur memoria: quando obliuionem & ferulam patrio instituto maiores Baccho consecrarunt, ceu vel parum cōueniat, erratorum inter pocula deinceps cōminisci, aut si qua in parte peccatum sit, puerilis ac leuis reprehensio sufficiat. Perspicuum enim est, Vere sapientem esse, ex Euripidis sententia, ineptiarum obliuionem. Lib. Num philosophandum inter pocula.

Castitas, Coelibatus.

Odium erat bellūmq̃ inter Phocenses ac Thessalos inexpressibile, cum Phocenses Thessalorum magistratus ac præfectos omnes, qui in suis vrbibus erant, statuta die ad vnum interfecissent. Qua indignatione commoti

C A S T I T A S , C O E L I B A T V S .

Theſſali, C C L. Phocenſium obſides , quos apud ſe habebant , iugulauerunt . Deinde coaſto exercitu adueſus eodem profecturi , publicè decreuerunt , vt capta vbe, nemini omninò puberi parceretur , mulieres autem puerique omnes venundarentur. Daiphantus autem Bariſi filius, qui cum duobus collegis ſummæ rei Phocenſium præerat, ſuis ciuibus perſuaſit , vt ipſi quidem copiis quâ poſſent maximis in hoſtes proficiſcerentur : mulieres autem atque omnem pueroꝝ imbellem turbam è tota ciuitate in vnum coaſtam, in ſecretiorem quandam ciuitatis partem deducerent , eodemque loco multum lignorum ſtipulæque congererent , & aliquot apud eas relictis cuſtodibus iuberent, vt ſi ſe bello ſuperatos ab hoſtibus audiſſent , tum ſubitò incenſa materia mulieres omnes pueroſque cremarent . Cum ceteri Daiphanto aſſentirentur, quidam è media concione aſſurgens, placere ſibi conſiliũ, inquit: atamen æquum eſſe cenſere, mulierum quoque ſuper ea re ſententiam ſciſcitari. atque ita conſilio huiusmodi vtẽdum ſi ipſæ quoque decretum illud comprobaffent: ſi minùs, incolumes illas, & ſui iuris dimittendas, neque vllam omninò vim moriendi aſſerendam eſſe cẽſere. Hac itaque oratione apud mulieres vulgata, ipſæ priùs inter ſe conuentu peractò, Daiphanti ſententiam comprobarunt, illius virtutem ac prudentiam laudantes , quod omnium optimè, & ciuitati, & earum ſaluti conſuluiſſet. Hoc idem quoque pueros ſeorſum congregantes decreuiſſe tradunt. His peractis, Phocenſes apud Cleonæ Hyampolis ciuitatem Theſſalis congreſſi , illos ingenti pugna ſuperarunt, atque in eius victoriæ gratiam Dianæ ſacra omnium maxima in hodiernum vſque diem faciunt. Libro de claris mulie.

Quid eſt quod Veſtales inceſti conuictas , alia pœna non aſſiciunt, ſed viuas tantummodo defodiant ? An quod mortuos vrunt, quod illis tribuere iniuſtum iudicarent, quæ non diligenter ac ſanctè ignem ſacrum cuſtodiffent ? An quod corpus maximis ac ſanctiſſimis religionibus cõſecratũ interficere, & mulieri ſacrę manus aſſerre nefas putauerunt ? Rationẽ igitur inierunt , qua ſubterraneo ſpecu defoſſo obruta, ſua ſponte morerentur. Ibi enim & lucerna accenſa inerat, & nõnihil panis, exiguum & aquę ac lactis, inde ſpecum deſuper terra operiebat. In Problema.

Rhozanes amore captus Alexander, eam vnam vxorem
 sui sibi duxit. Cæteras omnes Persides tantò modestia
 præstare, quantò fortitudine Persas. Inuitam nullam vi-
 dit quas vidit autem, magis etiam aspernatus est, quàm
 quas non vidit. Mirèque quum cæteris omnibus blâdus
 esset, solis venustis superbum se præbebat. Nam de Darij
 vxore, eleganti in primis forma, nullum vnquam verbum
 commendanda eius venustate emisit, defunctæ vero, re-
 giè vsque adeo iusta fecit, misericorditèrque fleuit, vt fi-
 dem eius integritas nõ faceret præ tanta humanitate, sum-
 miæque probitas iniuriæ accesseretur. Siquidem Darius
 primùm admodum commotus est potentiæ eius ætatisque
 licentia: simul ac autem accuratè omnia perscrutatus, id
 quod erat comperit: Non vsque adeo igitur, inquit, res
 Persarum cõploratæ sunt, nec prorsus ignaros nos imbe-
 cillèisque dixerit, qui ab huiusmodi hoste superatos au-
 dieut. De fortuna & virtute. Alexand.

Clementia, Mansuetudo.

Cæsar Augustus Alexãdria expugnata, victor ingres-
 surus urbem, amici cuiusdam ciuis Alexandrini ma-
 numprehendit, atque cum eo honoris ergò familiaritèr
 confabulando, introit. Timentibus reliquis ciuibus, ne
 in direptionem militi darentur, próque eo pestem huius-
 modi suppliciter deprecantibus, parcere se inquit Augu-
 stus illis, & omne ius belli libenter condonare, cum vrbis
 magnitudinem miseratum, tum vero conditoris Alexan-
 dri habita ratione, ad extremum in gratiam illius amici
 familiarisque sui. In Politica.

Placabilitas, & mansuetudo, & humanitas nulli fami-
 liarium perinde grata est, nulli tam amica, nec tam mo-
 lestia carens, quàm ipsis quibus hæc adsunt. Lib. de cohi-
 iacund.

Mansuetudo, Ira.

Cætera quidem mala (etiam tum cum viget morbi
 vis) vt cunque cedunt, & admittunt orationem opi-
 feram aliunde venientem in animum: verùm ira,
 non aliter quàm illi, qui sese vnà cum ipsis ædibus in-
 cendunt, ita tumultu, fumo, caligine cuncta intus replet,
 vt nec videre possis, nec audire eos, qui cupiūt subuenire.

T. Amicitia.

Simile.

Quapropter navis in mari tempestate periclitās, sine nau-
clero, citius aliundè recipiat gubernatorem, quàm oratio-
nem alienam admissurus sit homo, cum impetu & ira ceu
fluctibus iactatur, nisi paratam habeat domi rationem. Sed
quemadmodum qui expectant obsidionem, contrahunt,
& in promptu collocāt quibus est opus, nihil spei collo-
cantes in his, quæ sunt extra ciuitatem: ita maxime nos
oportet aduersus iracundiam auxilia è longinquo petita,
nimirum è philosophia, comportare in animum, ne quum
tempus aduenerit, eorum vsum postulans, non facile pos-
sint aliunde inuehi. Lib. de cohibenda iracundia.

Simile.

Iraſcendi aſſiduitas, ac frequenter in iram impingere,
habitum perueſum gignit in animo, quem appellant ira-
cundiam: huc tandem deducēs hominem, vt facilè cōmo-
ueatur, vtque ſit amarulentus ac moroſus. Poſteaquam a-
nimus redditus eſt vlceroſus, ac leues ob cauſas ægreſcēs,
ac de quibuſlibet mouens querimonias, non aliter quàm
ferū tenuè & inualidum non fert denuò ſculpētis manū.
Cæterū ratio iudex, quæ protinus iſtat ac premit ira-
cundiam, nō ſolum præſenti medetur malo, verumetiam
in reliquum tempus firmum reddit animum, vt nō facilè
morbo tentetur. Mihi quidem igitur poſteaquàm ſemel
atque iterum iræ reſtitiffent, accidit id, quod Thebanis:
qui quum primū repuliſſent Lacedæmonios, tum vt vi-
debantur inuincibiles, poſtea nullo in prælio ab iſdem
ſuperati ſunt. Iam intelligebam, ratione prudentiæque vi-
ctoriam eſſe parandam. Lib. de cohib. iracund.

*T. Tertiatia-
na ſuperate
fractus.**Simile.*

Quemadmodum flammam pilis leporum, aut ſupis
paleilque ſuccēſam facilè eſt cohibere: quod ſi corripue-
rit ſolida: ac ſpiffitudinem habentia, mox corrumpit ac ſi-
mul perdit ea: ita qui ſtatim initio animaduertit, & animū
videt paulatim ex leuibus dictis, ac ſtupea ſcurrilitate fu-
mum & incendium colligere, non opus habet magno ne-
gotio, ſed frequēter ipſo ſilentio, ac negligēdo reſtinguit.
Nam vt incendium, qui non addit materiam, extinguit: ſic
& iram quiſquis non aluit naſcentem, nec eam ſtatu con-
citauit, ſeipſum ſeruauit, ac ſubtraxit incēdio. Lib. de co-
hibenda iracund.

Socrates quorū ſenſit, ſeſe acerbiūſ commoueri aduer-
ſus amicorū quempiam, velut imminente fluctu mariti-
mam antennam dirigens, præbebat ſeſe dictis, ac vultu

artidebat, faciēque placidiorem ostendebat. Itaque alteram in partem deflectendo, atque in diuersum nitendo, quā quod vocabat affectus animi, seruabat seipsum incōcūsum & inuictum. Est enim quoddam iræ, ceu tyranni, dissoluendæ initium, si non obtemperes, nec auscultes illi imperanti, ut acriter vocifereris, ut truci sis aspectu, ut cædas teipsum: sed si quiescas, nec iram ceu morbum ventilatione & clamore reddas vehementiorem. Hæc enim permittuntur lugentibus, complorare, ac lamentari, quæ bonam doloris partem vnâ cum lachrymis educunt. Contra ira vehementius incitatur his, quæ faciunt aut dicunt, qui ea sunt occupati. Proinde quiescere optimū est, aut effugere aut occultari, se seque ad silentium velut in portum recipere (quemadmodum solent qui senserunt epilepsiam oborientem) ne concidamus, aut potius ne in quenquam irruamus. Nam in amicos & potissimum, & frequētissimè irruemus. Nec enim amamus omnes, nec omnibus inuidemus, nec omnes metuimus. Cæterum nihil est quod non inuadat, & in quod non faciat impetū ira: sed irascimur tū inimicis & amicis, tū liberis ac parentibus, ac per Iouē etiam diis, denique bestiis ac vasis anima carentibus. Xerxes vero etiam ipsi mari notas ac plagas incussit, ac monti misit epistolas. Atho infelix, ad cœlū vsque porrecte, ne meis operibus facias tuos lapides magnos, & ad elaborandū difficiles. Alioquin excisum te proiciā in mare. Multa enim sunt horrenda, quæ designat ira, multa rursus ridicula. Quapropter nullus est animi morbus, qui magis vel habeatur odio, vel cōtemnatur magis. Profuerit autē, vtrunque considerasse. Ego igitur nescio quidem an rectè fecerim, attamē cum hinc medendi fecissem initium, quæ admodum Lacones solent in Helotibus (sic enim illi vocant homines mediæ cōditionis inter seruos & ingenuos) ostendere quā fœda res esset ebrietas, ita in aliis didici qualis esset ira. Ac primum quidē, sicut Hippocrates ait, cum morbū esse grauissimum, qui faciem ægrotātis quā maximè mutet in diuersum: ita conspiciens alios ob iram maxime sibi excidere, ac vultum immutantes, colorem, incessum, vocem in diuersum vertere: hinc velut imaginē eius mali mihi fingebam, admodum dolens, si quando tam formidabilis & cōmotus viderer amicis, vxori, ac liberis, nō tantū aspectu truci, & ad cōsuetudinem inamœno, ve-

*Dissimile.**Simile.**Xerxis epistola ad Atha montem.**Simile ab exemplo.**Simile.*

MANSVETUDO, IRA.

rum etiam vocem emittens immitem, & asperam, quem-
admodum in alios familiares inciderã, qui neque mores,
neque formam, nec sermonis gratiam, nec affabilitatē, &
comitatē in colloquio præ ira seruire possēt. Itaque Caio
Graccho, qui fuit orator, & moribus acerbis, & in dicendo
vehementior, fistula erat modulata, qua cantores vocem
paulatim, vel intendunt, vel remittunt, tonos ad id aptos
occinentes. Hanc seruus tenens, dicenti astabat à tergo,
tonumque accommodabat placidum ac mansuetum, quo
clamorem illius reuocabat, vocisque contentionem adi-
mebat. Quod si mihi esset famulus diligens & elegans,
haud molestè tulerim, si in ira speculum adferret, quem-
admodum nonnullis offerunt, vbi lauerint, nulli vsui
futurum. Cæterum si quis se ipsum contempletur præ-
ter naturam affectum conturbatumque, nō parum habeat
momenti ad infamandum iræ morbum. Nam & Miner-
uam aiunt, qui iocosis fabulis delectantur, quum tibia ca-
neret, à satyro admonitam,

*Non te decet forma ista: mitte tibias,
Sume arma, buccas, vt decet, componito.*

Cæterum vbi figuram oris vidisset in amne quodã, offen-
sam tibias abiectis: quamuis ars deformitatis solatium
habet, aptam modulationem. Lib. de cohib. iracund.

Dis simile.

Mare quidem, cum ventis turbatum, algam & fucum
reiecit, aiunt purgari. Verum ira, animo exæstuante & in-
uerso, sermones reiecit impudicos, amarulentos, ac scurri-
les, quibus ipsos loquentes cōspurcat opplētque infamia.
Lib. de cohib. iracund.

Irascentium lingua posteaquam facta est aspera, sordi-
dãque ac difluens in sermones absurdos, emittit ferocem
& contumeliosum sermonem, immedicabilis inimicitiae
parentem, ac latentis malevolentiae proditorem. Neque
enim indiluta vini potatio refundit quicquam tam petu-
lans ac molestum, quàm ira. Lib. de cohiben. iracund.

Simile.

Quemadmodum tumor accidit ex magna in carne pla-
ga, ita in molissimis animis (si quis se præbeat dolori) hoc
ipso quo maior est imbecillitas, hoc maiorem elicit ira-
cundiam. Atque hac de causa mulieres iracundiores sunt
viris, ægroti sanis, senes ætate vigētibus, & infelices feli-
cibus. Iracundissimus enim est auarus aduersus dispensa-
torem, lurco aduersus popinatore, Zelotypus aduersus

uxorem, gloriosus in maledicos. Sic ex eo quod maxime dolet & aegrotat in animo, maxime ob imbecillitatem nascitur ira, nequaquam nervis adsimilis animi, sicut dixit quidam: sed est intentio contractioque animi supra modum intumescens in affectibus ad ultionem prouocantibus. Lib. de cohibenda iracundia.

Quum omnes animi cupiditates egeant assuetudine veluti domitricæ, quæ exercitatione superet impetum rationi rebellem & intractabilem, non alibi maius est certamen heris inter famulos, quam aduersus iram. Neque enim aduersus hos oboritur, neque inuidia, neque metus ullus, nec ambitio: sed iræ etiam assiduæ, quæ multas parit offensas & errores, ob faciendi quod velis licentiam, velut in lubrico loco abripientes animum, nemine obistente aut prohibente. Nec enim fieri potest, ut in eo affectu nihil peccans, cohibeat rebelles animi motus, nisi quis multam illam quod velit faciendi licentiã, multa lenitate circumscripserit: ac nisi multas voces tolerauerit uxoris & amicorum, incusantium lenitatem & socordiam: quibus potissimum exacerbabat & ipse aduersus famulos, veluti quos corrumpere non castigando. Tandem vero cognoui, quod primum quidem præstaret, illos reddere deteriores tolerantia, quam si quis amarulentia & ira deprauet seipsum, dum corrigere vult alios. Deinde quum viderem multos hoc ipso quod frequenter non punirentur, pudescerent timidos esse, quodque his immutatorum morum initium, magis esset ignorantia, quam ultio: atque adeo per Iouem conspicerem eos nutu sine responsione propriusque seruire, quam alij cum plagis, ac flagellis: persuasus sum, rationem magis herilem esse, & principatui gerendo accommodam, quam iram. Non enim sicut poeta dixit:

Vbi enim est timor, & pudor hic est.

Sed contra pudescerentibus innascitur timor, sobrietatem adferens. Cæterum assidua verberatio, non admissis precibus aut exculpatione, nequaquam hoc efficit in seruis, ut poeniteat peccasse, sed ut prospiciant, ne sentiantur peccare. Deinde semper memor, ac mecum reputans & illud, quod nec is, qui nos docuit iaculari, prohibuit ne mitteremus sagittam, sed ne aberraremus à scopo: ita nec obstabit, quominus sumas poenas, si quis doceat id facere

Simile.

MANSVETUDO, IRA.

tempestiuiter, moderatè, vtiliter, & quemadmodum decet. Conor iram subducere maximè, non denegans iis qui puniuntur, pro se respondendi facultatem: sed audiendo quid adferant. Oportet ergo hominem iræ impulsu ad vindictam properatè, sibi ipsi suggerere, si hic hodie peccauit, & eas & perendie verum fuerit eum peccasse, neque quicquam erit periculi, si paulò seriùs det pœnas: sed si præproperè punitus fuerit, semper videbitur non peccasse: quòd iam frequenter accidit. Quis enim nostrum vsque adeo morosus ac sœuus est, vt puniat ac flagris cædat seruum, quod ante quinque aut decem dies adusserit obsonium, aut mentiam suboerterit, aut tardius auscultauerit? Et tamen hæc sunt, ob quæ protinus vt acciderunt, ac recens admissa sunt, turbamur, exacerbamur, & implacabiles sumus.

Simile.

Quemadmodum enim per nebulam corpora, ita per iram maiora videntur commissa, quàm sunt. Quapropter oportet illicò horum, hisque similium præceptorum reminisci: deinde cum liberi ab affectu, iam nobis ipsi suspecti esse desierimus, si pura ratione sibi que constante videbitur admissum scelus, animaduertere, nec tum dissimulare, nec vltionem omittere eorum, veluti solent, quos edendi destituit appetentia. Nec enim perinde culpandum est, presente ira punire, quàm vbi se remiserit, non punire: sed remissum ac dissolutum fieri, vt idem accidat nobis, quod solet pigris nautis: qui, dum est tranquillitas, commorantur in portu: deinde periclitantur velificantes. Nam nos quoque neglecta rationis mansuetudine ac molitudine in puniendo, properamus id facere adueniente ira, ceu flatu periculoso. Ac cibo quidem secundum naturam vtitur, qui esurit: vltione verò tunc rectè quis vtitur, cum eam nec sitit, nec esurit, nec iam opus habet ad puniendum, velut opsonio ad edendum. Quin potius quum longissimè cœperit abesse ab appetitu vindictæ, necessariò rationem ac prudentiam admouens. Lib. de cohiben. iræ.

Simile.

Dissimile.

Poriò vbi mecum recolo, quibus modis nascatur ira, videbam alios alius de causis in eam incidere, quibus omnibus probabiliter hæc accidit opinio, vt se contemni negligique credant. Quapropter his qui se defendunt, quasi iure nascantur, sic oportet succurrere, vt quod admissum est quàm longissimè remoueamus à suspicionem contemptus & confidentiæ; transferentes ad opinionem dementiæ, ne-

cessitatis, morbi, aut infelicitatis. Lib. de cohi. irac.

Perpetuas ac frequentes iras (quæ paulatim in animis colliguntur) potissimum gignūt in nobis amor nostri, molestas cūm deliciis ac mollitie coniuncta, non aliter quā examen apum aut vesparum. Proinde ad mansuetudinem nullum maius viaticum, quā facilitas ac simplicitas morum erga famulos, vxorem, & amicos: videlicet si possimus rebus presentibus esse contenti, nec egere multis ac superfluis. Itaque consuefaciendum est corpus, vt per frugalitatem facilitatēque discat sibi sufficere (etenim qui pauca requirunt, non frustrantur multis) vtique nihil tumultus mouens tibi grata, silentio vtatur his, quæ fortē contigerunt: vt ne multis de causis irascentes & indignantes, ingurgitemus nos obsonio insuauissimo, tum nobis, tum amicis, videlicet ira.

Hac cœna, haud possit contingere tristior vlla.

dum famuli verberantur, vxor conuitiis afficitur, propter cibum adustum, aut fumum, aut salis defectum, aut panem frigiditorem. Arcesilaus verò quum hospites quosdam vnā cūm amicis acciperet conuiuio, apposta est cœna: sed deerat panis, nimirūm pueris oblitis emere: quo quidē in casu quis nostrum non rupisset parietes clamore: At ille ridēs, Quam, inquit, res est apta apparandis conuiuiis, esse sapientem. Socrates verò cūm ē palæstra redeuntem Euthydemū casu duxisset ad conuiuium, Xanthyppe cūm irata surrexisset, dixissetque conuicia, tandem etiam mensam subuertit. Euthydemus autem surgens abire cœpit, dolore affectus. Tum Sociates, At domi tuæ nuper, inquit, nōne accidit, vt gallina quædam subuolans, idem hoc efficeret? Nos tamen non indignabamur. Oportet enim cūm comitate, risu, ac beneuolentia amicos accipere, non adducentes supercilium, nec horrorem ac tremorem incutientes ministris. Consuefcendum est autem, vt faciliter assuescamus & vasculis quibuslibet, nec hoc magis vtamur, quā illo. Proinde qui ad iram propensus est, huic abstinendum est à raris ac insignibus, velut ē poculis, sigillis, ac lapidibus preciosis: propterea quòd si pereant, magis turbantur, quā ab ea quæ paratu facilia sunt ac vulgaria. Cæterum facilitas in rebus vtendis, etiam erga famulos reddit hominem facilem ac mansuetum. Quod si tales reddit erga famulos, haud dubium est, quin multo magis erga amicos, & erga

MANSVETUDO, IRA.

illos in quos gerimus imperium. Videmus autem & seruos nuper emptos, de eo à quo empti sunt percontantes, non an sit superstitiosus, non an inuidus: verum an iracundus. Atque in vniuersum, si adsit iracundia, videmus neque viros posse ferre vxorum pudicitiam, nec vxores virorum amorem, nec amicos mutuum inter se consuetudinem: adeo vt neque coniugium, neque amicitia tolerari possit, si adsit iracundia. Lib. de cohiben. iracund.

Pythagoræ symbola sunt. Cum lecto exurrexeris, stragula turbato. Ollæ vestigium in cinere confundito. Hirundinem in contubernio ne habeto. Adunca vnguibus domine nutrito. Stragula turbare est cubilis delicias obliuisci, earumque memoriam deponere: Ollæ vestigio turbando significatur, nequam pristinae iræ indicem notam in animis nostris relinquamus: quoniam cum efferbuit, omnia continuo pacanda abolendaque iniuriæ monumenta. Hirundo vero adeo diffidit, vt & mansuescere non possit: & nihil non suspectum pauiter. Monet igitur vitandum esse infidum & ingratum conuictorem, mensæ, lecti, ac reliqui domestici commodi gratia subrepentem. De nota Pythag.

Cæterum nec inter ludendum ac iocos oportet iræ dare locum: propterea quod inimicitiam asciscat, beneuolentiæ: nec in colloquiis ac disputationibus, eo quod ex cognoscendi studio gignit contentionem: nec in iudicando, nam violentiam addit autoritati: nec in docendo: desperationem enim adfert, ac studiorum odium: nec in rebus prosperis, eo quod auget inuidiam: nec in aduersis: aufert enim misericordiam, quoties se præbent difficiles ac præfractos his, qui simul dolent. Lib. de cohib. irac.

Simile.

Quemadmodum dixit Zenon, sperma mixturam ac temperantiam esse ex omnibus animæ viribus reuulsam: ita videtur & ira semen quoddam esse ex omnibus animi perturbationibus commixtum: siquidem & à dolore, & à voluptate, & à ferocia decerpra est. Tum ab inuidia quidem hoc habet, quod malis gaudet alienis. Cæterum homicidio deterior est. Nam illud conatur ira, non nequid ipsa patiatur mali, sed vt malè habeat, modò funditus perdat alium. Itaque cum hæc mecum reputo, simul sonor etiam aliquid deuenire curiositati. Nam omnia exactè obseruare ac deprehendere, & quicquid gerit famulus in medium adducere, quicquid agit amicus, quicquid exercet filius, quic-

RECREATIO SIVE RELAXATIO ANIMI. 100
 quid clanculum garrat vxor, multum adfert irarum, & frequentium, & quotidianarum: quarum caput est morum difficultas, ac morositas. Deus igitur (quemadmodum dixit Euripides) quæ sunt immodica tangit: curanda verò parua fortunæ sunt. Etenim quemadmodum minutæ literæ visum, ita pusilla negocia (quoniam magis reddunt intentos) pungunt, & commouent iram, malam hinc consuetudinem sibi contrahentem ad maiora. Super omnia verò illud Empedoclis magnum quiddam ac diuinum existimabam, ieiunium esse à malitia. Laudabam interim & illas non inuenustas nec abhorretes à studio sapientiæ aetas in precibus consuetudines, annum à re venerca vinoque puros viuere, colentes interim Deum temperantia: aut rursus à mentiendo certum tempus abstinere, nos ipsos interim obseruantes. Deinde hisce rebus instruebam animum meum, vt qui non minus amet pietatem, quam philosophiam: vt primum paucos dies sacros sine irascendo transigerem, velut absque temulentia vinoque, non aliter quam si celebrassem Nephalia, aut Melisponda: in quibus vinum attingere, aut luxui indulgere fas non est. deinde idem faciebam mensem vnum aut duos, paulatim mei ipsius periculum faciens. Sic tempore proficiebam ad vltiorem malorum tolerantiam, diligenter attendens & conseruans meipsum. Lib. de cohibenda Ira.

Simile.

Christiano homine digna appendix.
T. Continētiae siue mortificationis exercitationes.

“
 “
 “
 “
 “
 “
 “
 “
 “
 “

Simile.

Quemadmodum equis in ipso cursu nemo iniicit frena, sed longè ante: ita qui animo sunt in ira præcipiti, & ad res molestas facilè irritabiles, rationibus quibusdam diu ante præsumptis in certamen sunt producendi.

Recreatio siue Relaxatio animi.

Plantæ cum modicis alantur aquis, quàm multis suffocantur. Eodem modo animus cum mediocri vegetetur labore, sub nimio demersus opprimitur. A continuis igitur laboribus danda est quædam pueris respiratio. Reminisci enim oportet, nostram omnem vitam in remissionem ac studium esse diuisam. Quocirca non vigiliam modo, verum etiam somnum esse repertum: non bellum solùm, sed & pacem: non hyemem, sed & tranquillitatem: non operosos, sed festos etiam dies: & vt generatim eloquar, laboris condimentum est otium: idque non in animantibus modò, sed etiam in his quæ anima carent, fieri conspicies.

Simile.

T. Educatio filiorum.

“

Simile. Arcus enim lyrasque remittimus, vt tendere possimus. Ac summatim, corpus quidem indigentia & replemento, animus verò remissione ac labore conseruatur. Lib. de lib. educand.

Platonem videas in cōuiuio (vbi rem perpetuis agit dialogis, & de summo bono disserit, & prorsus partes sustinet Theologi) non tamen intendere neruos demonstrationis, nec vt alibi assolet, causam fulcire coloribus, ac robur tale addere, quod euincere nequeas. Quin magis quibusdam molliusculis lemmatis, exemplis, & lepidis fabellis homines quò mauult, adigit. In conuiuio igitur agitari conuenit quæstiones meliores, problemata familiaria, interrogationes iucundas, non captiosas ac lubricas, quibus rudiores illaqueentur, aut quas aduersari suffugiant, ac declinent. Animos enim faciles haud dubiè quæstiones & iucundæ non sine fructu demulcent, & delinimentis agitant: amarulentæ, ac nimium intricatæ iuxta Democritum, quâdo difficultatem ingerunt imperitis, tristes auditores reddunt & anxios. Id enim apprimè expedit in conuiujs, vt sermonis eadem sit, quæ est vini communitio: quod omnes citra delectum bibunt, nulla dignitatis habita ratione. Li. Num philosophari conueniat inter pocula.

Simile.

Cognitio sui.

HOmerus quidem, vbi mortalium animantium genera contemplatus esset, horumque vitæ rationem & statum inter se contulisset, in hanc vocem erupit: Omnium quæ in terris & spirarent & serperent, nihil esse calamitosius homine: principatum haud sanè felicem homini tribuens, vt in malorum expensione primas teneat, atque excellat. At nos hominem tanquam iam vincentem calamitate, iamque animantium omnium pronuntiatum miserrimum, ipsum cum seipso conferimus, vt propriis malis secum ipse certet, cum in corpus atque animum partientes. Quod quidem negocij nequaquam fuerit inutile, sed vehementer ad rem pertinens: nimirum vt intelligamus, vtrū per animum, an per nos ipsos miserius viuamus. *Et mox.* Dicamus igitur ipsi nobis, complures quidem, ô homo, morbos ac mala corpus tuum & gignit ac prodit ex sese, & foris incidentes accipit: verum si te ipsum intus aperueris, varium quoddam ac multis refertum malis penum reperi:

peries: ac mundum quendam miseriarum reconditum (quē admodum inquit Democritus) non quidem foris incidentium, sed ipso in solo ipsaque in terra suos habentium fontes, unde scaturiant. Hos elicit malitia, copiosum ac largū fluxum præbens affectibus. Quod si corporis morbi pulsibus arteriarum, aut coloris rubore deprehenduntur, hōsque feruor, aut facilis lassitudo solet arguere: contra, animi mala plerōsque ita fallūt, vt non habeantur pro malis: nimirum ob id ipsum periculosiora sunt, quod sui sensum adimunt ægrotanti. Siquidem corporis morbos ratio sana percipit: at animi morbos ipsa simul ægrotans non potest de suis iudicare malis, quibus laborat: propterea quod ægrotet ea pars, cuius erat iudicare. Proinde inter primos ac maximos animi morbos ponenda est dementia: per quam fit, vt plerīsque immedicabilis ac domestica sit, & conuiuat, & commoriatur malitia. Etenim sanitatis initium est, si qui laborat, sentiat sibi opus esse remedio. Rursum qui non videt, quibus eget, propterea quod non credat sese ægrotum, etiam si præsto sit qui medeatur, tamen recusat, nec admittit curationem. Nam inter corporum morbos perniciosiores sunt hi, qui sui sensu vacant: quod genus sunt lethargus, capitis dolor, morbus commitialis, febres, ac hæ potissimum febres, quæ vitiosum humorem vehementer exacerbant, ac sensum velut in organo perturbantes, mouent chordas non mouendas mentium. Quapropter medici concedunt quidem, vt ægrotet homo, at ita si, qui ægrotet, non ignoret se male habere: id quod non in omnibus animi morbis solet vsu venire. Nec enim qui desipiunt, nec qui sunt temulenti, nec qui faciunt iniuriam, sibi videntur peccare: verū etiam sunt, qui tum officiosè se facere putant. Febrim enim nemo vocat sanitatem, nec tabē quisquam appellat bonam habitudinem, nec podagram, pedum velocitatem, nec pallorem nominat ruborem: at iracundiæ multi fortitudinis nomen imponunt: amorem, aemulitiæ nomine palliant: inuidiam, emulationis: timiditatem, diligentiam, qua res in tuto collocentur. Hinc fit, vt illi quidem medicos accersant, quippè qui intelligant, quid morbus postulet: e diuerso hi fugitent philosophos, veritatem non assequantur eas res in quibus delinquant. Et mox. Itaque quemadmodum periculosior est tempestas, quæ ventum in portum appellere, quàm ea quæ cohibet à nauigādo:

*Dis simile.**T. Peccatum
excecatur mentem.**T. Stultitia.**T. Peccatum
vt supra.**Dis simile.**Vitium sub
virtutis ima-
gine.**Dis simile.**Simile.*

» inidem quæ in animo accidunt tempestates, grauiores erunt,
 » quæ non sinunt hominem contrahi, nec rationem perturbatam consistere: sed nullo gubernatore, nullis fulturis in
 » perturbatione atque errore, pernicioso cursu protul aucta,
 » præceptis in metuendum aliquod incidit naufragium, suamque
 » ipsius vitam illisa comminuit. Proinde his quoque
 » de causis grauius est animo quam corpore ægrotare: pro-
 » pterea quod hi tantum patiantur, illi non solum patiantur,
 » verum etiam faciant male. Lib. Vtrum grauiores sint animi
 » morbi quam corporis.

*Abnegatio sui vel affectuum cohibitio,
 siue continentia.*

*J. Prospero
 144.*

Quemadmodum Xenophon iubebat, in secundis ma-
 ximè rebus homines Deorum meminisse, eosque tum
 » enixius venerari: videlicet ut cum res tulisset, maiore eos
 » fiducia quicquid ipsis opus esset, poscerent conciliatos iam
 » & propitios: haud aliter commentationes eas, quæ sedan-
 » dis perturbationibus appositissimæ sunt, præsumptas re-
 » conditasque esse oportet, duntaxat apud mentis compo-
 » tes, ut multò antè præparatæ, longè sint utilissimæ. Ut enim
 » truculenti canes, & ad omnem vociferationem consterna-
 » biles, ab vna tamen voce solita & nota sibi, demulcentur:
 » sic animæ efferatos affectus non parui est negocij compo-
 » nere ac permulcere: nisi commentationes solitæ ac familia-
 » res præsto sint, & ad manum, quæ turbulentos eos & per-
 » citos protinus consopiant. Lib. de Tranq. animi.

Simile.

*Synderis
 conscientie
 fructus.*

Simile.

» Quod aduersus omnes affectus conducit, huius oportet
 » eos, qui facilè vincuntur inuili pudore (quoties morbo
 » superari, præter animi sententiam peccant ac subuertuntur)
 » firmiter meminisse, notasque morsus ac pœnitentiæ desi-
 » xas in animo reuocare, seruarique in longissimum tēpus.
 » Sicut enim viatores, posteaquam semel in lapidem impe-
 » gerunt, aut nauæ posteaquam ad scopulum tregerunt na-
 » uem, si meminerint, perpetuò metuunt, cauētque non illa
 » tantum, verum etiam alia illis similia: ita qui turpitudinē
 » damnāque ex vitioso pudore accepta assiduè ingerunt a-
 » nimo pœnitentiæ morsūque vulnerato, in similibus postea
 » reuocabunt se ipsos, nec facilè patientur, sese à recto cursu
 » deduci. Lib. de vitiosa verecundia.

Plurimam capies utilitatem, si curiositatē auertas, vique

coëreccas, vt consueſcat obtemperare rationi. Ab hoc initio perficiẽs ad acriorem exercitationem, rectè feceris, ſi theatrum in quo quid iucundi recitatur, prætereas. ſiquẽ amicos ad ſalcationis aut comœdiæ ſpectaculum ſecum abducere conantes, repellas: aut ſi clamore in ſtudio cucove exorto, non aduertas oculos. Quemadmodum enim Socrates monebat, cauendos eſſe cibos, qui non eſurientes inuitarent ad edendum: ſimiliter & potum, qui non ſicientes ad bibendum: itidem oportet & nos omnia ſpectacula, omneſque recitationes cauere, fugerẽque, quæ nos ad ſe colligunt allectantque, cum illis nihil ſit opus. Lib. de Curioſit.

Mira præcepta & exercitationes.

Simile ab exemplo.

Præcepta Chriſtiano homine digna.

Eſt item & ad iuſtitiã exercendam vtile, nonnunquam & quod iuſtum eſt prætermittere: quò conſueſcas procul abeſſe à factis iniuſtis. Similiter & ad pudicitiam conducit, nonnunquam à propriis vxoribus abſtinere, nequando commouearis in alienas. Hanc denique conſuetudinem adducens curioſitati, tenta nonnunquam & eorum quæ ad te pertinent nonnulla diſſimulare, nec in aures admittere: & ſi quis voluerit aliquid earum rerum, quæ domi tua geſtæ ſunt, renuntiare, differas, verbæque quæ de te dicta videntur, repellas ab auribus. Lib. de Curioſit.

Quomodo poſſet fieri, eundem ſe ipſo meliorem & ruruſus peiorem eſſe, aut ſimul vincere ac vinci, ni modo quodam eſſet cuiuſque animuſ natura duplex, & aliud bonum, aliud malum in ſe ipſo haberet? Sic igitur, qui deteriore ſe vitur, vt obtemperet meliori, continens ſui eſt, atque præſtantior ſe ipſo. Qui verò per negligentiam patitur, vt princeps animuſ irrationalem effrenatũque ſequatur, & ei ſubmiſtrat, iſ dicitur ſe ipſo inferior, & incontinens ſui, & præter naturam affectuſ. Nam cum ratio ſit diuinituſ homini data, conueniens eſt, eam præſtare atque imperare ei, quæ caret ratione: tum quia originem ducit à corpore, tum quia natura ſua completur affectibus, & illoruſ ſimilis, & eos induit, & cum illiſ cõmiſcetur. Quare iuuenes vehementes ac temerarij ſunt, & in appetitibus inflammari, & furentes, & rabidi, propter ſanguiniſ copiam & caloriſ. At in ſenibus concupiſcentiæ fons, qui quidem eſt in iocinore, reſtingitur, paruſque ſit, & imbecilliſ. Viget autẽ magis ratio, affectibus vnà cum corpore tabeſcentibus. Quod autem humanum corpus cũ appetitibus affectatiſ conſentiat, vnàque moueatur, pallores arguunt,

Duas eſſe anime noſtræ portiones.

T. Iuuentuſ.

T. Senectuſ.

rubores, tremores, cordisque pauitationes: & contra diffusions in spe, atque expectatione voluptatum. Verum quædo mens ipsa per se sine affectu mouetur, corpus agit quietem, & sibi constat: propterea quod mentis agitationes nihil cum corpore habent commune: si verbi gratia aliquid è disciplinis mens attingat, in quibus non est irrationalis locus. Ex quo etiam patet, duo esse, & facultatibus inter se differentes. Lib de Virtute morum.

*T. Affectus
non esse impro-
banos.
Simile.
Simile.
Simile.*

Non est rationis munus vnà cum pernicioso excindere ea, quæ in affectibus sunt vtilia: verum tanquam sator bonus & vrbanus, agrestia & luxuriantia refecare: deinde colere, & ad vtilitatem constituere. Nec enim qui remulentiam verentur, vinum effundunt: nec affectum, qui perturbationes timent, auellunt: sed ei adhibent modum. Bobus quoque & equis saltus & rebelliones & contumaciam, non motus nec actiones auferunt: affectibusque domitis & obedientibus ratio vtitur: haud eneruata, nec stirpis excisa ex animo ministrandi facultate. Curtibus enim equus, aratro bos: at apro intentanti lethum, animosus est inueniendus canis inquit, Pindarus. Quibus longè sunt vtiliora affectuum iumenta, cum videlicet rationi auxiliantur, & concordem ad virtutem diriguntur. Vt ira fortitudini, si adsit modus: iustitiæ, odium improbitatis. indignatio, in eos qui præter dignitatem secunda vtuntur fortuna. Quod si qui amorem vnà cum furioso amore eiciunt, peccant profecto. Nec illi quidem rectè faciunt, qui cupiditatem propter auaritiam vituperant: non enim discrepant ab illis, qui cursum propter lapsus improbant: & qui penitus cautus propter dissonantiam odio habent. Verum vt in sonis musica concentum non extinctione grauis & acuti, & in corporibus medicina salutem non intermissione caloris & frigoris, sed cum symmetria & quantitate temperationibus ipsorum perficit. ita in anima mores, quando à ratione, affectuum moribus æquitas adhibetur ac moderatione. Quare in voluptatibus nimia tollenda est cupiditas, & in vitiis nimium improbitatis odium. Ita enim alius non stupidus, sed modestus: alius iustus, non sæuus, nec acerbus est. Quod si penitus affectiones tollerentur, fierique id posset, in multis ratio segnis, obtusa, & languida esset: vt gubernator destitutus à ventis. Quam rem intelligentes latrores legum, in rebus publicis cupiditatem gloriæ, & æ-

Simile.

Simile.

QUIES, SIVE TRANQUILLITAS ANIMI. 203
mulationes inter ciues ferunt. Contra hostes autem tubis,
aliisque modis iram excitant, & amorem augent pugnan-
di. Lib. de Virtute morum.

Quies, sive tranquillitas animi.

SI à multis charissimorum philisophorum quæras, qui-
nam eos in se status fuerit, & exulare coegerit, inuenias
neminem. Sed ipsi sponte quietem sequuti, cuius participa-
re nequeunt, qui domi nominis aliquid vel potestatis ob-
tinent. Itaque cum cetera suis nos doceant libus, hoc pro-
fecto re ipsa etiam docent. Et nunc quoque optimus quis-
que & probatissimus peregrè viuit, non pulsus, sed sponte
aliò transgressus: nec fugatus, sed fugiens ipse molestias,
occupationes, negocia, quæ patria afferre solet. Olimque
antiquis illis, ut videre est, lucubrationes, quæ pulcherri-
mæ extant, maximèque approbantur, adiuuante exilio, à
Musis peractæ absolutæque sunt. Li. de Exilio.

Qui censent ad vitam per tranquillitatem agendam, nō
multa agere oportere, nec priuatim, nec publicè, hi primū
magno nobis parabilem animi tranquillitatem faciunt, ut
pote inertia segnitiaque venalem. Deinde etiā falsum est,
homines minimè actiuos tràquillè vitam ducere: alioqui
tranquilliorum mulierum vitam, quàm viroium esse o-
portuerit: nempe quæ plerūque domi excubare sessitan-
tes soleant, sellularis in officis occupatæ. Nec verò mul-
titudine paucitatèque negotiorum securitatem animi, an-
xietatèque metiri conuenit. Honestæ enim omittete, nō
minus quàm turpia agere molestum est. Lib. de Tranq.

Plato humanam vitam cum alea comparabat: in qua o-
pimus quisque iactus aleatori maximè expetendus est:
sed utcūque tamen ceciderit, adhibenda artificiosa cura
est, ut eo quo casus tulerit, quàm rectissimè utatur. Quorū
tamen ipsorum alterum in nobis situm non esse, aleæ vi-
delicet iactum alterum situm esse: si sapientes sumus, id
quod fors attulerit, ut æquo animo excipiamus, & vnicui-
que locum distribuamus, quò magis commodet, id quod
bene ceciderit, quòque minus incommodet id quod retro-
uersum cesserit. Verum inertes homines, degendæque vi-
tæ ignari (instar morbofi corporis hominum, qui nec æstū
ferunt, nec rigorem) ut in rebus secundis exporrecta fron-
te perfusi, seruate modum nequeunt: ita in aduersis obdu-

T. Mundo
contemptus.

T. Renun-
tatio.

“

“

“

“

Simile.

T. Fortune

utriusque

moderatio.

T. Patientia,

“

“

“

“

Simile.

“

QUIES, SIVE TRANQUILLITAS ANIMI.

75 Et atque caperata foedissime contrahuntur. Conturbabuntur igitur ab utrisque, vel in utrisque potius à se, nihilòque secius in his quæ bona esse creduntur. Prudentes melius: qui veluti apes ex thymo aridissimi asperrimique succi herba, mel rem suavissimam conficiunt: sic ex rebus ipsi incommodissimis sepe quippiam sibi accommodatumque eliciunt. Zenoni Citeo unica navis reliqua erat: hanc ut audisset cum vectouibus, cum mercibus, cum pulvisculo, ut dicitur, periisse: præclarè, inquit, mecum fortuna agis, quæ me ad pallium illud obsoletum, atque ad porticum impellis philosophicam. Quid igitur tandem nobis obstat, quominus illos imitemur? A magistratu quoquam excidisti. tui vitam ages. Circa tua priuatum negocia satagens, & in principis amicitiam insinuare te magno ambitu contendens, repulsam tulisti: tutò, nullòque vndecùnque tibi exhibito negotio viues. Rursus negotiis multis curisque implicatis, ne aqua quidem calida vsque adeo mollia membra fouet (quod ait Pindarus) ut honores & gloria cum potestate iuncta suauem laborem faciunt, & facile exudabilem. At enim quedam te angit offensio ex delatione, aut inuidia, aut atroci ignominia: secundus hic status est, ad Musas & in Academiam ferens: id quod Platoni accidit, cum in Dionysij amicitia quasi sua tempestate depræhensus esset. *Et mox.* Age iam pleròsque non modo amicorum ac propinquorum vitia, sed etiam, si Diis placet, inimicorum exacuunt. Si igitur his vtens, mansuetudinem, moderationemque præ te vbique pro te nata tuleris, profectò non magis aliena petulantia atque improbitate offendere, quam tua affectionis conscientia lætabere. Nam eos ita agere non ab re arbitraberis, non magis quam canes, cum oblatiant, indignè natura sua facere. Alioqui si huic imbecillitati atque pusillanimitati indulgens, alienis te etiam malis degiuarari contempseris, fallent te miserum ac in dies egrescentem molesta multa, veluti in locum quendam depressum subsidentemque influentia. Lib. de Tranq. animi.

Ne exigas oculos tuos ad opes quas habere non potes, &c.

In numero constantem illum tranquillumque statum animi in modum frangit aliorum spiritibus ad assequendum quippiam quam pro viribus niti, quasque gradibus velis proportionem vehi: quippe immodica nobis atque immensa, affulgente utcùnque spe, temerè pollicentes, deinde non respondente successu, fortunam statim mi-

quitatis, genitumque nostrum postulamus: cum temeritatis potius nosmetipsos damnare deberemus. Ceu verò fortunæ succensendum sit, quod vel aratro sagittam eiaculari nequeas, aut bone incitato venari lepusculum: quasque iniquus quispiam Deus iis aduersetur, qui euenticulis ceruos irrito conatu venantur, & non vesania potius atque improbitate sua impossibilia etiam perficere aggrediantur. Huius verò erroris causa est perditus amor sui. Homines enim nimium de se meriti, dum primas ubique partes sibi magna contentione tribuunt, per uicacia proeucti nihil intentatum relinquunt. Cum vero nemo nostrum vitem ficus ferre dignum censeat, nec oleam vuas, nos tamen ipsi cuminamur assidue, ingrataque inexplebilitate premimus, nosque adeò nostri poenitet, nisi primas partes inter diuites simul & disertos, domi & militiæ, inter philosophos & milites, denique inter assentatores, & eos qui fidenti ingenuaque simplicitate veraces esse noscuntur, postremo inter præparicos profusosque feriamus. Oportet igitur vnunquemque nostrum quod appositissimum sibi esse intellexit, id sumere, totòque opere incumbentem ad illud, de possessione eorum decedere, quæ ad alios pertinere senserit. Li. de Tranq.

Inuictos animi, præidentes nobis, futurorum securos esse decet: idque ad fortunam dicere, quod Socrates ad Anytum & Melitum criminatores suos simulâs se dicere, reuera dicebat ad iudices: Anytus & Melit' interficere me possunt. incommodo aut detrimento afficere non possunt. Vt enim fortuna morbis variis obruere, opes interuertere, ad tyrannum aut populum criminari potuerit: non potuit certe malum, aut socordem, aut demissum, degeneremque animi, aut etiam maleuolum facere duntaxat virum bonum, virilitate ac magnitudine animi præditum & (vt semel dicam) non potuit rectam animi constitutionem adimere: quæ multò plus certe homini confert ad vitam transigendam, quam ars gubernatoria ad emendanda maria. Nec enim gubernator quantumuis peritus, æstuantem vadam componere: nec impetum sauiantis flatus retuadere quoquomodo potest: non magis quam portum vbiuis nancisci, quoties ei ex alto reuehi libitum sit. Sed ne illud quidem ars ei præstiterit, vt tempestate deprehensus, constanter ac intrepidè necessitate defungatur: hæc enim ipsa iuuat, vt tantisper dum locum arti esse non

Simile.

Simile.

*Disimile
T. prudentia.*

QUIES, SIVE TRANQ. ANIMI.

desperat, expansa vela deducens, vicumque cum tempe-
state decidat: ab hoc iam ignauus compressis manibus
sedet: ac interim dum malus existit ventorum vi demer-
sus, vibrante pauore contremiscit. At in homine pru-
dente compositus animus cum corpori serenitatem af-
fert (continentia videlicet & victu laboréque temperatis
morborum causas materiamque abstergentibus) tum si
quod extinsecus forte argumentum perturbationis exi-
stat, in quod animus hominis quasi in saxosum vadum
incurrerit, expedita (inquit Asclepiades) suspensaque an-
tenna transiit. Lib. de Tranq. animi.

*Tit. Spei im-
mortalitatis.* Enimverò si quis naturam animæ nostræ, vel quoquo-
modo subodoratus sit, secumque reputauerit, transitum ex
hac vitæ conditione ad altam, meliorem fieri per mortem,
aut certe non deteriorem, profecto is non modicum iam
viaticum habet, quò se ad securitatem animi ac tranqui-
litate conferat, morus scilicet contemptum. Libro de
Tranq. animi.

*T. Premedi-
tatio malorū
ad patientiā.* Quisquis verò ille est, qui celebratum illud protulit:
Anteuerit tibi fortuna, teque occupavi, atque omnes tuos
aditus quacūlibet aëtos interceptis nimirum nō pessulis,
non clauibus, nō structuris animasse sese, erexisseque vi-
detur: sed decretis potius philosophicis, elogiisque sapiē-
tum quæ tamen ipsa in medio posita sunt, obuiaque om-
nibus, atque adeo in manibus duntaxat sumere volenti-
bus. Lib. de Tranq. animi.

*T. Virtus pa-
cidum & pa-
catū simul ho-
minē efficit.* Qui per philosophiā omnia refert ad virtutem, ipsum
secum cōcordem, sibi que consentientem, ac talem, ut ipse
de se nihil queratur: pacis & gaudij plenum, semper sibi
ipsi amicum ac benevolentem reddit hominem. Non hic
seditio, non improbū bellum in mēbris, non affectus pau-
ditō audiens rationi, non cupiditas cum cupiditate pu-
gnans, non concursus cogitationis cum cogitatione, non
velut in confinio cupientis ac pœnitentis asperitas, ac tur-
bulentia cum delectatione coniuncta: sed amica pacatāque
omnia. Lib. Cum principe philosophandum.

Inquietudo animi, Cura, Distractio.

Simile. Enimverò quemadmodum meticulosi, & inter nauigium
nauseantes, in prægrande subinde nauigium
ex nauicula transiliūt, atque illinc rursus in triemen, ne-

lius iam iamque sibi fore sperantes, quoad sese tandem nihil
 promouere, & ut ita dicam, incassum laborare senserint, ut
 qui bilem quoquo gentium secum ignauiamque circūfe-
 rant: sic vitæ genus aliud atque aliud idemidē capessere, à
 molestis perturbationibusque animum eximere nequit:
 Cuiusmodi sunt imperitia rerum, inconsiderata temeritas,
 nec scire, nec posse rectè pro re nata presentibus uti. Hæc
 opulentos iuxta inopesque exercet hæc & maritos & cœ-
 libes mœtore afficiunt. Non aliam ob causam quidam à
 foro publicisque negotiis se subtrahentes, vitam rursus
 umbratili non perferunt. Propter hæc eadem in aulas
 sese regum nonnullos omni ope insinuantes, incepti rur-
 sus piget. Implacidissima res est morbus, ut inquit Ion: æ-
 grotas enim vxorē fastidit, medicum inculat, lectulo suc-
 cenlet, denique amicus inuisens molestus est, abiensque
 rursus offendit. Postmodum verò remittente morbo, tem-
 peramentoque reddito, sensim venit sanitas, iucunda iam
 omnia faciens & placida: adeo ut qui oua pridie, amy-
 lum, & primarium panem fastidiosè expuerat, cibarium
 postridie panem avidissimè cum nasturtio comedit. Tan-
 tum est in ratiocinatione momentū, ad vitam feliciter tra-
 ducendam. Alexander cum audiret Anaxarchum mundos
 esse infinitos disseientem, illachrymassè dicitur: percontā-
 tibusque amicis, ecquid lachrymis dignum ei contigisset?
 An indignum est, inquit, nos flere, si cum infiniti mundi
 esse dicantur, haud dum vnus domini facti simus? Cares
 contra manicam sordidūque palliolum gestans, per lu-
 sus & risum vitam quasi dies festos adusque extremū egit.
 Porro quemadmodum calcens ad variij pedis figurā obtor-
 queri etiā solet, pes verò non item ad obtinere calcei: hunc
 in modū mentis habitudines quamlibet oblatam viuendi
 rationē, similem sibi reddiderint atque cōsentaneam. Nec
 verò his qui optimam vitam elegerunt, suauem quoque
 vitam consuetudo efficit (ut quidam voluerunt) sed pruden-
 tia potius vitam optimam, eandem suauissimamque facit.
 Lib. de Tranq. animi.

Simile.

Ti. Pruden-
tia.

“

“

“

“

“

“

“

Simile.

Modestia.

Equidem commemini iuuenem me, quodam adhibito
 altero socio, legatum ad Proconsulem decreto publi-
 co institutū: socium verò casu quodam restitisse, nec

M O D E S T I A.

legationis munus ad exitum vsque profecutum : me fun-
ctum officio, & quæ publico nomine curâda susceperam,
ex sententia confecisse, domum regresso, ac legationis iâ
absolutæ rationem publicè relaturò mihi patrem secreto
iussisse, ne dicerem: accessi, dixi, feci: sed compreheso col-
lega, accessimus, diximus, fecimus: haud secus atque si re-
bus omnibus ipse quoque interfuisset, & operam mecum
præsens conficiendis negotiis impendisset: hac enim ratio-
ne nihil non modeste atque humaniter fieri, nec modò nò
inuidiosè rem totam tractari, verum etiam nihil de existi-
matione inde ac gloria detrahi. In Poluica

*Ciuium &
modesti viri
descriptio.*

*Gaudere cū
gaudentibus
fere cum
sunt.*

Frugi nãmque moderatúsque vir, non insolens, non ni-
mium sui amans, nemini in ciuitate oneri esse potest, nul-
li acerbus & grauis, nulli visu infestior. Nam & salutabi-
lis est, & natura communis, atque adire & affari volenti-
bus facilis: cuius domus non obserata, non occlusa, sed pa-
rens est omnibus, quò se quisque velut à tempestate & flu-
ctibus in portum tutò recipere possit. Nec humanitatem
duntaxat his rebus affert, quibus curandis ope simul & o-
pera opus est: verum etiam vota prosperè assequentibus,
lætum se & hilarem exhibet: rursus offensis & aduersitate
vlla affectis, dolentem & mœstum. Nusquam vlli mole-
stus occurrit, nemini per importunitatem impedimento
est, non longo seruorum & comitum agmine insolens,
non in balneis & theatris occupatione locorum curiosus,
non delictis & nimio sumptu insignis, & propterea inui-
sus & grauis: sed æquus, & lenis: moribus, veste, victu,
educatione liberorum, vxoris, atque familiarum cultu, simul
modestia, & humanitate, rebúsque omnibus talis, vt facile
agnoscere possis popularem hominem: qui se vnum de-
ceteris haberi ciuium ex animo studeat, qui beneuolum
se & fidelem consiliarium dubitatione æstuantibus præ-
beat, afflictis patronum sine mercede, connubiis amicis-
que committendis facilem aptúmque conciliatorem. In
Politico.

Linguae moderatio.

*Aduersus cō-
tentiosos.*

NON solum vincere, sed etiam vinci scire speciosum
est: in his præsertim rebus, in quibus victoria detri-
mentum parit. Lib. de liber. educand.

De continenda lingua, vt proposui, explicare restat. Si

quis hoc paruum aut contemptibile suspicatur, à veritate vehementer errat. Magnæ enim sapientiæ tempestivum est silentium, & omni certè sermone præstantius. Quod enim silentio retentum est, efferetur perfacile: quod autem edideris, nullo modo reuocari potest. Scio innumerabiles ob linguæ intemperantiam in maximas incidisse calamitates. Lib. de Liber. educ.

Qui equos probè educant, versatiles quidem eos efficiunt, & parentes fræno: atqui instituunt pueros, docent eos idoneos se præstare auditores: multa videlicet audire, & pauca loqui. Sic Spintharus Epaminondam laudibus vehens: Quamquam plura, inquit, sciret, & pauciora loqueretur, utiunque tamen æquè illi ac facile in promptu erat. Hinc naturam tradunt cuiuslibet geminas præbuisse aures, & linguam vnicam: quòd plura expediat hominem audire quàm loqui. Lib. de Officio auditoris.

Simile.

Ornatus vestium.

Quid est quod in luctu mulieres albis vestibus induuntur? An tenuitas his in rebus ac simplicitas maxime decet? infectæ autem vestes tum superfluitatem præferunt, tum elegantiam ac sumptum. Non enim minus aduersus nigrum, quàm purpureum colorem illa dici possunt Dolosæ vestes, dolosi etiam colores. Quod autè sua sponte, non arte, nigrum est, natura tinctum est, & opaco admixtum vincitur. Solum igitur album syncerum, ac purum, ac minime inquinatum est. Quare mortuis aptissimum. In Problem.

Angeli ergo in aliis aspectibus sim- plicitatē, & synceritatē cōmendant.

Verecundia, Pudor.

EX his quæ terra producit, quædam sunt non modò sua aptè natura sylvestria infrugiferaque, verùm etiam miribus frugiferisque seminibus ac plantis suo incremento officientia: attamen hæc agricolæ iudicant argumenta soli nequaquam mali, sed pinguis ac feracis. Itidem sunt & affectiones animi, per se quidem non bonæ, sed tamen ceu germina quædam ac flores bonæ indolis, quæque semetipsam rationi colendam commodè possit exhibere. In his numero & eam, quæ Græci vocant dysopiã: hæc dicere possis vitiosum pudorē, aut stupidã verecundiam: quæ signum quidè est haud quaquã malū, cū sit causa mali. Etenim qui

Simile.

T. Affe- ctus.

VERECUNDIA, PUDOR.

pudescunt, frequenter eadem peccant, quæ solent impudentes: nisi quod illi cum peccant, dolore molestiæque afficiuntur, non autem delectantur, quemadmodum isti. Quisquis enim pudore vacat, non sentit dolorem ex turpiter factis. Contrà qui facile pudescit, citò commouetur, non solum obiectis his quæ verè turpia sunt, verum etiam quæ speciem habent turpitudinis. *Et mox.* Itaque Cato dicebat, sibi magis placere adolescentes, qui rubescerent, quàm qui pallecerent: rectè consuefaciens illos docensque, probium esse magis metuendum, quàm reprehensionem. Lib. de vitiosa verecund.

Simile.

Est profectò & difficilis pudoris vitiosi curatio, nec absque periculo fit ab excessibus huiusmodi reuocatio. Sicut enim agricola cum euellit sylvestre germen & infrugiferum, ibi validè impacto ligone subuertit radicem, aut admoto igne incendit. Cæterùm cum vitem aggreditur putandam, aut mali arborem, aut oleastium tractat, circumspectè manum admouet, metuens ne quid ex his quæ sana sunt resecet. Itidem philosophus, cum ex adolescentis animo eximit inuidiæ infrugiferum germen, quòdque non facile mansuescit, aut intempestiuum pecuniæ studiù, aut cum libidinis intemperantiam exsecat, ciuentat præmitque, atque sectionem & cicatricem profundam facit. Cæterùm quoties ad delicatam teneiàmque animi partem sermonem adhibet, auocantem à vitio, qualis est ea quæ immodico pudore commouetur ac tribatur, cauet ne imprudens simul resecet ingenuum pudorem. Nutrices enim dum frequenter pressius extergunt sordes ab infantibus, nonnunquam & carnem vnà cum sordibus abstrahunt, læduntque. Proinde non est committendum, vt dum modis omnibus ab adolescentibus ad viuum vsque, pudorem immodicum extundimus, incogitantes eos reddamus, ac præter modum improbos. Quia potius quemadmodum ij, qui demoliuntur ædes sacris ædificiis contiguas, quæ proxima sunt & continètia manere sinunt ac fulciunt: ita dum immodici pudoris vitium attingimus, cauendum est, ne simul & illa detrahamus, quæ contigua sunt pudori, modestiæ, ac mansuetudini. Hanc ob causam Stoici his de rebus disserunt, prout ipso etiam nomine distinxerunt erubescentiam ac vitiosum pudorem à verecundiâ: ne si commune voca-

Simile.

Simile.

bulum reliquissent, vitio darent occasionem lædendi. Verum nobis concedant nominibus citra calumniam uti, vel potius largiantur nobis Homericò more loqui. Siquidem ille dixit:

Valde pudor mortale genus læsiturè iunatvè.

Et haud malè quidem lædendi verbum priore loco posuit. Fit enim pudor utilis ratione, quæ & detrahit quod redundabat, & quod erat moderatum relinquit. Illud igitur in primis persuadendum est ei, qui immodico pudori obnoxius est, quòd affectu noxio teneatur. Nihil autem est noxium, quòd idem sit honestum. *Et mox.* Pudor, inquit, immodicus mollibus & effœminatis imminens, nec valens ad ullam petitionem renuere aut contradicere, & iudices auertit à iustitia, & in consultatione sedentibus obturat os, multaque cogit tum dicere, tum facere inconsultè. Caterum qui improbissimus est, semper huius affectus dominus ac superior est: sic excutiens pudoris affectum, ut nunquam pudeat. Itaque pudor immodicus, dùm nullam interpellationem potest repellere, nec submouere: perinde ut ager supinus ac mollis, turpissimis factis ac cupiditatibus peruius est. Nam huiusmodi pudor malus custos est teneræ ætatis, quemadmodum dixit Brutus, sibi non videri cum ætatis florem rectè collocasse, qui nihil negaret. Rursus malus est thalami & fœminei conclauis cuiusque accussator. Itaque pudor immodicus posteaquam intemperantiam ad turpia procliuam, magis etiam non obstando corrumpit, omnia præbet inuadentibus immunia, patètia, procliuia. Obsequendi vero facilitate & immodico pudore corrumpunt etiam verecunda. Nò interim commemoro detrimeta rerum vtilium, quæ parit immodicus pudor, dum mutuum dant, quibus diffidunt: dum sponditores fiunt, pro quibus nolunt: dum laudant quidem illud, Sponde, sed præstò est noxa: ceterum eo in rebus gerendis uti non possunt. Conandum est igitur, ut hic morbus, multorum causa malorùm, propellatur: primùm, per exercitationem factò initio, more eorum qui aliis in rebus quippiam meditantur, à pusillis, & ubi non difficile sit, contra oculos tollere: veluti si quis tibi propinet in cœna cum satis bibentis, ne te moueat pudor inutilis, nec tibi ipse vinum facias, sed deponito poculum. Rursum aliquis prouocat ad talos inter pocula, ne pudeas, nec metuas si

*Supinus. i. mō
cosus vel in-
ascensu mon-
tis situs.*

*Mollis. x. ad
tu & accessu
facilis.*

*Exercitatio-
nis genus ad
frenandos a-
nimi affectus.
quod quidam
mortificatio-
nem vocant.
T. Mortifi-
catio.*

petaris dicitur, sed imitare Xenophontem Lagi: quē dum
 Hermoneus meticulosum vocaret, quod nollet cum ipso
 talis ludere, cōfessus est, se non modo timidum, sed vehe-
 menter etiam timidum & meticulosum esse aduersus in-
 honesta. Rursus incidisti in hominem ineptē loquacem,
 qui te apprehendit, & inhærens complexu retinet: ne sis
 hic immodicē pudens, sed interuptum sermonem vrge &
 absolue. Nam huiusmodi recusationes ac discussiones,
 quoniam in minoribus malis præparant, exercētque ad
 excutiendum inutilem pudorem, consuefaciūt nos ad ma-
 iora. Iam vero aduersus laudes adulantium, non inutilis
 fuerit in rebus leuioribus meditatio exercitatioque ad
 expellendum vitiosum pudorem. Quod genus sit, in ami-
 ci conuiuio citharædus inscitē canit, aut comædus ma-
 gno emptus inscita actione perdit Menandium, plerisque
 plaudentibus & admirantibus: non fuerit opinor mole-
 stū aut difficilē cum silentio audire, nec illiberaliter lau-
 dare supra quā tibi videatur. Quod si in his tibi non tē-
 peras, quid facies amico recitante malum carmē, aut scri-
 ptam orationem ostendente? Nimirum illiberaliter rudi-
 culēque laudabis, simulque cū ceteris adulantibus applau-
 dens, augebis tumultum. Quomodo igitur reprehēdes in
 negotio seriō delinquentem? Quomodo in gerēdo prin-
 cipatu, aut in nuptiis, aut in administranda Repub. nō re-
 ctē se gerentem admonebis? Itidem oportet & pecuniam
 mutuatim flagitantibus obsistere, consuetudine multo an-
 te parata in rebus nec magni momenti, neque recusatu
 difficilibus. Archilaus Macedonum rex, cum ab ipso po-
 culum aureum postulariet quidam inter cœnam, qui nihil
 ducebat honestum præterquā accipere, iussit ministro,
 vt id Euripidi daret & hominem illum intutus, Tu qui-
 dem, inquit, dignus es, qui postcas nec accipias: hic vero
 dignus est qui etiā non postulans, accipiat: pulchrē decla-
 rans, non ex pudoris arbitrio, sed ex iudicij delectu dona-
 tionem ac largitionem esse faciendam. Nos vero sarpenu-
 merito modestis hominibus ac familiaribus (cū egent) con-
 temptis, aliis instanter improbēque flagitantibus damus:
 non quod dare velimus, sed quod negare non valeamus.
 Ad hæc vitiosus pudor, non modo malus & imprudēs di-
 spensator est pecuniarū, verum etiam maioribus in rebus
 non admittit vtiliter cōsulentem rationem. Et enim egro-

tentes non accersimus medicum peritum, veriti familia-
rem offedere: ac liberis præceptores eligimus eos potius,
qui nos huc ambitu suo prouocant, quam idoneos. Quin
& in litibus frequenter non patimur eum patronum dice-
re, qui causæ utilis est, & rei forensis peritus, sed amici
cuiuspiam, aut cognati filio gratificantes, tradimus apud
populum agendam causam. Age igitur & adhæc multò an-
te in rebus vulgaribus ac pusillis nosmetipsos exercea-
mus, assuescentes nec tonsore, nec pictore per immodicū
pudorem vii, nec in sordido diuersorio manere, si copia
sit melioris, eo quòd caupo frequenter salutarit nos: sed
in consuetudinem ducamus, etiā in minimis eligere quod
melius est.

Ac de exercitatione quidem hæc sufficiunt. Cæterum
rationum ad hæc conducibilium illa prima est, quæ nos
docet & commonefacit, quòd omnes affectus ac morbos
ea sequuntur, quæ per illos videmur nobis effugere: velut
ignominiam, gloriæ studium: dolores, voluptatum amo-
rem: labores, molliciem: & ambitionem vincendi, sequi-
tur vinet & cõdemnari. Cæterum illud palàm accidit im-
modico pudori, vt dum fumum vitat, in ignominiz igne
se coniciat. Quin permultos vitiosus pudor, posteaquã
eo, inuuli promisso de nuptus, aut de filia, sororevè con-
stitinxit: rursum in diuersum mutata sententia, mentiri co-
git. Lib. de vitios. verec.

Persæus, cum cuidam mutuam daret pecuniam, apud
forum ac mensam fecit cautionem, memor videlicet illius
Hesiodi dicti.

Et fratris testem videns adhibere memento.

Verum cum ille admirans dixisset, Adeone Persæe legali-
ter? Scilicet, inquit, vt amanter recipiam, nec legaliter re-
poscam. Multi siquidem ob immodicum pudorem initio
non cauentes, ne fallantur, post cum amicitiz detrimen-
to coguntur legibus experiri. Contra Plato, cum Heli-
coni Cyziceno daret ad Dionysium literas, commendauit
illum vt humanum ac modestū. Deinde in calce literarum
asciupit. Hæc autem tibi scribo de homine animante na-
tura mutabili. Xenocrates tamen moribus alioqui esset
austeris, tamen pudore victus, literis commendauit Poly-
perchontem, hominem minime probum, vt res indicauit.
Huc vbi complexus esset Macedo, rogarétque num qua-

re opus haberet, poposcit talentum: atque ille quidem dedit: cæterum Xenocratem per literas admonuit, vt post-hac diligentius circumspiceret quos commendarent. At Xenocrates ignorabat quem commendabat. Nos verò quos comperimus, idque sicquenter, improbos, in hos non modo literas commendatitias profundimus, verumetiam pecunias, ipsi nobis noxam accersentes. Porro sicubi aliàs, certè aduersus eos qui nos pudore grauant, dicere licet illud:

” *Intelligo que sim patraturus mala.*

” Si falsum præbuero testimonium, aut si præter æquum iudicauero, aut si suffragium tulero negotio inuili, aut si mutuum dederò non reddituro. Quapropter habet hoc peculiare pudor vitiosus, quod cum cæteras cupiditates sequatur pœnitentia, hic non sequitur, sed protinus in ipsis factis adest. Nam & cum damus, discutiamur: & testimonium ferentes, pudescimus: & auxiliantes, infamiã contrahimus. Quoniam enim imbecilliores sumus quàm vt possimus postulanti bus recusare, etiam illa pollicemur eis, qui nos vrgent, quæ præstare nequaquam possumus, veluti commendationes in principum aulas, & intercessionem apud præfides, dum nec volumus, nec audemus dicere, Non nouit nos rex, sed alios potius respicit. Lib. de vitiosa Ver.

In noxiis verò & inhonestis conuenit illud Zenonis semper habere in promptu: qui cum incidisset in adolescentem quendam ipsi familiarem, iuxta mœnia furtim ambulanti, audiissetque quod fugeret amicum, à quo postulabatur ad ferendum falsum testimonium. Quid ais, inquit, ignaue? ille ausus est te malo iniuriãque afficere, neque erubescit: & tu illi pro iustitia non audes obsistere? Proinde quisquis improbitatem illorum, qui impudenter ac fronte persuetã obstrepunt, pari impudentia retundit, nec turpia concedit, verens facere inuerecunda, rectè iureque facit id, quod faciunt quicumque sapiunt. Lib. de vitios. Verec.

” Interpellat te rhetor in iudicio sedentem, aut concienator in consilio versantem: premitto, si ille solacium committat in dicendo pro amico, aut barbarismum faciat in narratione. Non enim id volet: propterea quòd tunc non tam sit, quàm videatur. Adeo vt nonnullos videamus

in dicēdo, ne vocalis quidem cū vocali concursus ferre. Rursus ubi molestus est nobilis quispiam, & in pretio habitus, iubeto, ut saltans forum, aut distorto vultu trāseat. Quod si recuset, tum tibi loqui tempestiuum erit, ac percontari, utrū sit turpius, solœcismū admittere, aut distorquere vultum, an violare legem, transgredi iurandum, ac præter ius & æquum malo bonum posthabere? Cæteriū in vulgaribus id videndum ac dispiciendum, an auarū hūc pudore possis adigere, ut absque cautione credat talētum: aut honore auido persuadere valeas, ut locum honoratorem alteri cedat: an ei qui gaudet gerere magistratum, cum iam imminet gloriæ, ut temperet ab imperando. Profectò merito videatur absurdum, si cum illi in cupiditatibus suis ac vitiosis affectibus inflexibiles, rigidique, & immobiles perseuerent, nos qui non solum esse volumus, verum etiam nos profiteamur studiosos honesti, & amātes æqui, nō temperemus nobis, sed subuertamus abiiciamūque virtutem. Lib. de vitiosa verec.

Veneramini, inquit Timotheus, pudorem, virtuti bellicæ suppetias officientem. Lib. de audiend. poëtica.

Philosophia.

Cætera quidem bona, humana quædam esse, pusillaque, & indigna, quæ tantis insectemur studiis. Pulchra quidem mediis fidiis est nobilitas: sed Maiorū illud nostrorum bonum existit. Pretiosæ quidem diuitiæ: verum ea est fortunæ possessio: cum eas & habentibus, ut usu euenit, auferat: & minimè sperantibus afferat. Gloria, venusta quidem res est, sed inconstans minimèque stabilis. Forma præcipuum quoddam, & pro qua vendicanda magnopere decertetur: at caduca, paruo durans tempore. Pretiosa quoque sanitas: verum permutationi prorsus obnoxia. Concupitæ sanè vires, & in partem beatitudinis collocandæ: sed facile aut ægitudine aut senectute contabescunt. Siquis omninò corporis robore gloriatur, sententia falli se discat. Humana siquidem vis præ cæteris pars quota extat animantibus? Elephantos, inquam, tauros, ac leones? Nostriis autem in rebus sola, & immortalis, & diuina est ciuitio. Ex vniuersis, duo humanæ naturæ perquam peculiaria bona sunt, intellectus, *Tit. Intelle-* & ratio. Et intellectus quidem imperat, ratio autem ob- *ctum.*

sequitur. Hunc nullus fortunæ tollit incurfus, nulla calumnia distrahet, non ægrotudo corumpet, nec senectus ullis affliget nocementis. Solus intellectus est, qui vetustate confectus repubescat: & cum reliqua omnia tempore diminuantur, sciëntia senectute augetur. Bellum singula, torrens instar, trahens, & omnia ferens, solam doctrinam nequit cupere. Lib. de libe. educ.

S. mile.

Simile ab exemplo.

Ingenuis igitur adolescentibus nihil vel auditu, vel spectatu debet omitti, imò nec is qui orbis disciplinarum appellatur. Verum hæc perinde ac gustus gratia, vel in transitu perdiscenda sunt: sicut autem nequit, ut in cunctis perfectionem assequantur. Antiquiorem autem primariamque philosophiam esse ducant. Quæ in te mea coram ex similitudine quadam constituenda sententia. Nam sicut complures nauigando vires obire perpulchrum est: ita in præstantissima domicilia habere, commodissimum ac pretiosissimum. Urbanè profectò Biantem philosophum dicere solitum accepimus. Quemadmodum cum proci Penelope congressum habere nequirent eius, se ancillis iniusebant: ita & philosophiam consequi non valent, per ceteras nullius sanè existimationis disciplinas aridi semper & tennes intabescunt. Quamobrem aliarum artium & scientiarum veluti principem constituere philosophiam oportebit. Ad corporis quidem curam, duplicem scientiam humanam excogitauit industria: medicinam dico, atque gymnasticam: quarum altera sanitatem, altera bonam importat habitudinem. Animosum autem ægrotudines atque languores, sola est quæ curet, ac medeat philosophia. Per hanc enim & cum hac scire licet, quid honestum, quid turpe, quid iustum, quid iniustum: & summum, quid deligendum, quid fugiendum, quomodo parentibus, quomodo naturæ gradibus, quomodo peregrinis, magistratibus, amicis, vxoribus, ac seruis utendum sit: ut qui Deos veneremus, parentes honoremus, seniores vereamur, legibus obtemperemus, magistratibus cedendum sit, amicos diligere oporteat, in mulieres seruate modestiam, charos habere liberos, minime sauire cum seruis, & quod maximum est, in prosperis fortunæ successibus lætitia non effundi, nec in aduersis casibus tristitia depumari, nec omnino voluptatibus esse deditos, nec ita per iracundiam affici, ut belluarum animos induamus: quæ ex omnibus philosophiæ bonis

antiquissima iudico. Generosi enim viri officium est; secundam ferre fortunam: sine invidia vero, hominis bene instituti: voluptates ratione superare, sapientis: iracundiam vincere, non vilis profectò aut abiecti viri munus est. Ceterum eos perfectos opinor esse homines, qui civiles cum philosophia potestates queant immiscere. Hos sibi gemina vindicare bona reor, ut scilicet eorù & ad communem omnium utilitatem in Republica duceretur, & summa cum tranquillitate nullis obiecta fluctibus, per sapientiæ studia versaretur. Lib. de Liber. educand.

Poetice.

NUnquam mihi insignis ille Licurgus visus est sapere, qui ob multorum vinolentiam & ebrietatem, vites circumambulans, illas amputauerit, cum licuisset illi propius admouere fontes, & insipientem Deum Bacchù, id quod ait Plato, altero Deo sobrio comperescere, & ad moderationem perducere. Aufert enim à vino aquæ commistio id quod est noxium, non perimens interitum quod est utile. Itaque poetica, Musarum quædam portio, haudquaquã excidenda nobis est, & prorsus reicienda: sed fabulosum hoc & theatriale quod habet (sicubi deprehenderimus intempeste quadam voluptatis temerè in expugnanda veri opinione omnia audeat, ac prorsus insanire) cohibendum utique est illud; & protinus reprimendum. Porro ubi musam coniungit gratiæ, amœnitas illa sermonis ductu suo non modo non inanis, sed etiam plurimum fugifera est: ac tum maxime locus postulat, ut illic philosophiam inuestigemus atque introducamus. Ut enim mandiagora prope vites nascens, virtutem ministrans vino, leniorem efficit illius vim inebriandi: ita poetica ex philosophia certas accipiens rationes, & fabulosæ narrationi commiscens, faciliorem nimirum effecerit, & amabiliorem illius cognitionem. Lib. de audienda Poëtica.

Simile.

Simile.

Primum igitur afferamus in medium quod passim est obuium, & in poëticen ingeniosè excogitatum: quoniam multi mentiuntur Poetæ: & ex illis sua sponte quædam, nonnulla vero necessitate coacti. Sponte, quia non admodum suauem auditu pleiique arbitrantur veritatem:

quæ ratio poëtas urget, ut maiore studio voluptatem & gratiam in nugis sectentur. Nam res gesta, si finem habeat inamœnum, nihil commouet animos. Ceterum affectio in verbis, mirum dictu, quàm facilè à rebus rusticioribus ad hilaritatem auditores commouerit, atque vi sua traduxerit: quod nec versus ipse, nec figura, nec acumen dicendi, aut tempestiua metaphora, concinnitas, aut structura tantum afferat secum illecebrarum, quantùm inest fabulæ suis affectibus rectè sibi constanti. Et quemadmodum in picturis vehementius mouet color, quàm linea, ad hoc ut humana effigies reddatur conspicua, & fallantur spectatores: sic carminibus veri similitudo admixta nugis, attonitos quodammodo reddit, ac decipit eos, qui audiunt, magis quàm diligens ille apparatus versibus ac dictionis elegantix adhibitus. Lib. de audiend. Poëti.

*Affectus cõ-
modè admix-
ti narratio-
ni.*

Simile.

Quisquis in poëticis admiratur omnia, illis que se exhibet familiarem, dum iudicium subicit opinioni, heroicis istis ac præclaris nominibus infectæ, similis erit quibusdam insignium autorum discipulis: qui dum præclara referre non possent, exprimebant iurgia veluti Platonici quidam, præceptoris incuruos humeros, & Aristotelici balbuciem magistri æmulabantur. Oportet autem, non veluti meticulosi ex superstitione in templo omnia exhorrent, & reuerentur, ita in poëtis quoque versari: sed sumpta audacia, ita consuescere, ut de eo quod decet ac reatum est, liberè pronunciet. Lib. de aud. Poët.

Disimile.

Simile.

Quemadmodum apem videmus naturæ instinctu ex amarissimis floribus, asperumque spinis dulcissimùm mel ac leuissimum colligere: ita pueri bene instituti in poëtica, norunt ex vilibus absurdisque argumentis, quæ suspecta etiam aliquo modo videntur, vndeunque dulce quippiam ac frugiferum euicere. *Et infra.* Ad hunc igitur modum poëticam vsurpare, præceptisque insistere salubribus, vindicat illam à fabulamentis, & detrahit ei personam, additque studium illis rebus, quæ magno cum fructu ibi dicuntur, aditum parans iuueni ad rationes philosophicas, dum animum eò inclinat. Venit enim cum quibusdam prægustamentis, non omninò rudis, sed ceu candidatus quidam rerum philosophicarum. Quando iam exoleuerunt illa, quæ audiuit perpetuo à matre, à

nutrice, & per Iouem, à patre, & à pædagogo, diuites solos beatos prædicantibus, summoque honore illos afficientibus: exhorrentibus præterea mortem, & laborem: virtutemque capessere operæ præcium non existimantibus, atque adeo nihil præter opes & honorem: his, inquam, opinionibus dum repugnare audiunt philosophos, stupor quidam illos ab initio retinet, ac metus pauorque: ita ut progredi non liceat, nec ferre queant insolita: Non aliter atque ij, qui è magna caligine prodeuntes, solem contueri nequeant, nisi antea paulatim fuerint assueti. In poëtica igitur, ceu in adulterino quodam lumine, vbi vera falsis sunt permixta, splendor est tenuis, quem facile feras, potesque citra molestiam respicere: tantum abest ut in fugam te agat præcipitè. Audierunt enim prius in poëtis, & plane persuasa habent hæc sequentia.

Mortalibus fletus est cuique sua calamitas,

Et mortuus cunctis liber laboribus

Domo efferendus est multo præconio.

Et.

Quando duobus vita eget mortalium

Tantum, cibo panis, aque dem potu,

Vale tyranni barbarorum amicitia,

Et hominum miserorum felicitas.

Hæc enim, inquam, minima sunt, quæ graua esse possunt, minusque conturbant & offendunt ex his quæ manant à philosophis. Dum videlicet audiunt, mortem nihil ad nos pertinere: Naturæ opes eucunscriptas suo tempore. Quodque felicitatem & beatitudinem non liceat præscribere opulentia, aut rerum maxima vbertate: imò nec principatu, aut magna potentia: sed sola indolentia, ac affectuum tumultuantium sedatione: cupidine animi intra suos naturales terminos circunscripta. Lib. de aud. poëtic.

Cæterum citra veritatem poëtica plerumque varietate utimur, & motum plurima commutatione: eo quod ex huiusmodi affectuum diuersitate, quæ ex insperato improvisoque accidit, quando animus ad ea obstupescit, gratia quædam conciliatur, quam fabularum illa commutatio secum affert. Atqui si oratio est simplex, & ab his figuris aliena, ea profecto & affectibus item careat necesse est. Nã hac potissimum ratione non semper eisdem poëtæ victores inducunt, non semper eisdem felicitate fortunæ florentes,

Simile.

T. Virtus

initio difficilis.

Ratio profi-

ciendi à mi-

noribus ad

maiora.

Affectuum

varietas ad

oblectandum

necessaria.

CURIOSITAS IMPROBANDA.

aut in rebus per virtutem gerendis strenuos. Nec Deos, sicubi in negotia humana inciderint, expertes proferunt affectuū, culpāque omni vacantes: ne videlicet hoc quod concitat mentē, & facit obstupescere, à poesi prorsus exulet, dum sedata est, nihilque periculi aut motus præseferre videtur. Lib. de audienda poetic.

Curiositas improbanda.

*Tit. Cognitio
sua.*

CVRÔ homo invidentiſſimè, in alienis malis perſpicaces habes oculos, in tuis cæcutis? Inverte cognoscēdi ſtadium, & iſtam curioſitatem ab externis transfer ad ea, quæ ſunt intra te. Si cordi eſt aggredi malorum hiftoriam, habes affatim domi quid agas. Tantam reperies multitudinem evatorum in vita tua, malaiūque cupiditatum in animo, nec minùs negligentia in his, quæ fuerat officij præſtare. Hæc recenſeto, hæc recognoſcito, fenestras, unde proſpectus pateat in vicinos, aditūſque curioſitatis obturato. Cæteriū alias aperto vias, quæ ducunt in virorum conclauē, quod tibi domi eſt, in loca in quibus veſantur famuli. Illic habet iſtud percontandi ſtadium & curioſitas negotium nec inutile, nec improbū, verūm vtile ac ſalutiferum: quum ſibi quiſque ſic loquitur. Quò lapſus? quid feci? quod mihi munus omiſſum eſt? Nunc vero, ſicut fabulæ narrant, Lamiam domi quidem cauere cæcam, oculos habentem in vaſculo quodam reposito: verum vbi prodit foras, reponere, ac tum oculatam eſſe: ita quiſque noſtrum foris, & in rebus aliorum ob malevolentiam, ſibi curioſitatem, velut oculum imponit. In noſtris autem ipſorum turatis ac malis ſiquenter labimur præ ignorantia, ad hæc nec oculos habentes nec lucem. Quapropter homo curioſus hoſtibus vtilior eſt, quàm ſibi. Si quidem illorum mala coarguit, præfertque, commoſtrans illis quid ſit cauendum, quidvè corrigendum. Porro plerūque quæ domi geruntur, nō animaduertit, videlicet attonitus ſtudio negotiorum alienorum.

*T. Detraſto
ſue obloquutio.*

Itaque nuè ſecuri, ignarique eorum quæ ad nos ipſos pertinet, aliorum genus inquirimus: videlicet quòd auus vicini fuerit Syrus, auia vero Thræſſa. Ille vero debet talenta tua, nec uſuram perſoluit. Quin & huiuſmodi diſquirimus, unde illius vxor rediit domū? quid hic & ille ſoli in angulo collocti ſunt? Atqui nonnulli propriā

vitam, velut inamœnissimum spectaculum, non sustinent
intueri, nec rationem, veluti lucem, ad sese reflectere & cir-
cunducere. Verùm animus omni genere malorum scaten- *cc*
horrens, ac metuens quæ sunt intus, exilit foras, vagatur- *cc*
que circa aliena, nutiens ac saginans animi vitium. Ete- *cc*
nim quemadmodum gallina in ædibus frequenter, cum *cc*
cibus sit appositus, subitangulum, ibique scalpens terram. *cc*

Sicuti, ut in fimo, vel granum appareat unum:

itidem qui curiositatis vitio laborant, prætermis- *cc*
sionibus institutis, ac narrationibus, aliisque quæ nul- *cc*
lus vetat percontari, nec quisquam molestè fert, si quis in *cc*
retroget, occulta secretaque mala totius domus efferunt. Et *cc*
sanè in alienas ædes non est mos ingredi quæquam; nisi *cc*
prius pulsarit fores: curiosus autem ad hæc ipsa clam subit, *cc*
pudicæ domus recteque constitutæ nequaquam libenter *cc*
spectator futurus, etiam si quis vocet. Ea verò, quorū causa *cc*
clavis, repagulum, ac vestibulum adhibentur, retegunt & ef- *cc*
fert in vulgus. Atqui ventorum hi nobis sunt molestissi- *cc*
mi, sicut ait Ariston, qui nobis reuellunt pallia. Curiosus *cc*
autem non pallia vicinorum nec tunicas, sed parietes de- *cc*
tegit, fores reserat, & ad teneram vsque virginem non ali- *cc*
ter quam ventus penetrat, irrepitque. Simul est in ædibus *cc*
diuitū, in casis pauperum, in aulis regū, in thalamis nuper *cc*
nuptarū, scrutans omnia omnium negotia, tum hospitem, *cc*
tum præsidum: atque id quidem haud citra periculum, sed *cc*
peius ac si quis gustet aconitum, curiositatis vitio scire *cc*
cupiens quale sit, priusquam sentiat, tollitur è medio: sic *cc*
qui potentiorum inquirunt mala, prius obsumunt seipsum, *cc*
quàm intelligant. Lib. de Curiositate. *cc*

Si quis de coniugio quopiam loquatur, aut de sacrificio, *cc*
aut de deductione, indiligenter & oscitanter audit curio- *cc*
sus: atque sibi plerāque iam ante audita esse: iubetque nar- *cc*
rantem conferre sermonem in pauca, aut prætercurrere. *cc*
Quod si quis assidens referre cœperit vitiatam virginem, *cc*
aut adulteram uxorem, aut institutam liam, aut dissidium *cc*
fratrum, hic nec dormitat, nec causatur deesse otium. Quæ *cc*
admodum enim cucurbitulæ quod in carne deterrimum *cc*
est, ad se trahunt: sic curiosorum aures deterrimos quos- *cc*
que sermones attrahunt: & ut melius dicam, sicuti ciuita- *cc*
tes habent portas quasdam nefastas, sinistrique ominis, per *cc*
quas educunt supplicio capitis destinatos, sordēsque atque *cc*

CURIOSITAS IMPROBANDA.

Curiositas quid.
 » purgamenta eiiciunt: nihil autem purum, aut sacrum per
 » eas vel ingreditur, vel egreditur: ita per curiosorum aures
 » nihil probum aut venustum transit: sed sermones de cædi-
 » bus aditum inueniunt, atque ibi versantur, impuras & im-
 » pias fabulas secum deferentes. Siquidem curiositas est libido
 » audiendi secreta retrusaque. Nullus autem occulit, si quid
 » habet boni: quandoquidem hic simulantur adesse bona, e-
Curiositas in- uide proxima.
 » uiam quæ non adsunt. Proinde curiosus qui appetit cognos-
 » cere mala, obnoxius est morbo gaudendi de malis alio-
 » rum, luoris & inuidiæ fratri. Lib. de Curiositate.

Curiosi perdunt ac proiciunt sua ipsorum negotia, dum
 » intenti sunt alienis. Nec frequenter eunt rus, eò quod non
 » ferant quietem, ac silentium agrorum. fugiunt rusticatio-
 » nem, ut rem quamquam inanem, frigidam, nec quicquam
 » habentem tragædiæ: ad tribunalia, fora, & portus se reci-
 » piunt. Nihilne noui? Nam mane non eras in foro. Quid i-
 » gitur? num tribus horis existimas immutatam esse ciuita-
 » tem. Et tamen si quis habeat tale quippiam quod narret,
 » descendit ex equo, datæque dextera, & exosculatus homi-
 » nem, consistit auscultans. Quod si quis fortè obuius dicat,
 » nihil esse noui, tanquam offensus, quid ais, inquit? Non
 » fuisti in foro? Non præteristi stationem, nec incidisti in
 » eos qui venerunt ex Italia? Itaque laudanda Locrensi-
 » lex, quæ si quis peregrè reuersus, rogasset, nunquid noui?
Simile.
 » eum multa afficiebat. Quemadmodum enim coqui optant
 » uberem pecudum prouentum, piscatores, piscium: sic cu-
 » riosi optant annonam malorum, ac negotiorum multitu-
 » dinem, nouitatésque, & rerum mutationes: quò semper ha-
 » beant, quod uenientur, mastentque. Quin & Thurien-
 » sibus rectè cautum est, quæ vetant, in comædiis taxari
 » ciues, præterquam adulteros, & curiosos. Siquidem vide-
 » tur & adulterium esse curiositas alienæ voluptatis, inqui-
 » sitióque ac perscrutatio rerum, quæ sic asseruantur, ut ple-
 » iósq; lateant. Ipsa verò curiositas, paralytis est ac tabes,
 » ienudatióque rerum non efferendarum. Itaque ferè fit, ut
 » multa cognoscendi studium comitetur garrulitatis uitiū.
 » Quapropter & Pythagoras solitus est iuuenibus indicare
 » silentium quinquenne: quod ille vocabat ochemythiam, à
 » continendo sermone. Ceterum fieri non potest, ut curiosi-
 » tatem non comitetur maledicentia. Etenim quæ libenter
T. Maledi- sentis curio- sitati proxima.
 » audiunt, ea libenter effutunt: & quæ ab aliis studiole

colligunt, apud alios cum voluptate efferunt. Lib. de Curiositate. cc
cc

Igitur ad huius morbi depulsionem plurimum profuerit, si consuescamus exercere nosmetipsos, initio è longinquo facto, atque hoc pacto discamus in hoc affectu temperare nobis. Quoniam enim ex assuetudine natum est incrementum morbi, paulatim in peius proficientis, eodem modo sumus pariter & de exercitatione temperantiæ disputaturi. Proinde sumamus initium ab his, quæ & celerimè fieri possunt, & maximè vulgaris sunt. Et quemadmodam venatores non sinunt canem aberrare, & quælibet odorem persequi, sed loris retrahunt, reuocantque, olfactum eius seruantes purum & integrum officio peculiari, ut acuius inhæreat vestigiis,

Simile.

Naribus inquirens vestigia summa ferarum:

sic oportet & curiositatem, ad quiduis spectandum audiendumve excurrentem atque oberrantem, cohibere atque retrahere, quò seruetur ad vtilia. Etenim sicuti leones & aquilæ dum ambulant, ungues vertunt introsum, ne aciem illorum & cuspidem deterant: sic existimantes curiositatem ad multarum cognitionem aciem quandam & acumen habere, ne consumamus illud, nec hebetemus in rebus deterrimis. Secundo verò loco consuescamus, si quando præterimus fores alienas, non introspicere, nec in ea quæ sunt intus, oculis irrumparamus, curiositate manus utente vice: sed illud Xenocratis in promptu sit, qui negavit quicquã referre, utrum pedes an oculos inferas in eades alienas. Nec enim iustum, nec honestum, ac ne iucundum quidem spectaculum est,

Simile.

T. Opificium

Des.

cc

cc


Hospes videre, turpe si quid intus est.

Lib. de Curiositate.

Dulcis quædam est amaritudo, nec cohiberi potest curiositatis titillatio, velut vlcus semetipsum euertens, dum fugitur. Cæterum qui sit hoc morbo liberatus, naturaque placidus, nec gnarus vllius mali, dicturus est,

O diua quam sapias malorum obliuio.

Quapropter & aduersus hæc est consuetudo ducenda, ne redditam epistolam mox ac protinus soluamus: quemadmodum faciunt plerique: qui, si manus sint tardiores, dentibus epistolæ vincula dilacerant. Tum sicunde veniat nuntius, ne accurramus, nec surgamus loco, si quis amicus



A M B I T I O.

dixerit, habeo nonnihil nouæ rei quod tibi dicam. Imò potius si quid habes quod vtilitatem ac fructum adferat. Cum ego quondam Romæ differerem, Rusticus ille, quem post occidit Domitianus, gloriæ illius inuidens, me loquentem audiebat, atque interim satelles accedens, Cæsar^{is} epistolam illi reddidit. Atque orto silentio, meque sermonem interrumpente, quo posset epistolam legere, noluit: nec prius resignauit, quàm ego finissem orationem, ac dimissem auditorium. Quæ quidem in re, omnes viri grauitatem admirati sunt. Lib. de Curiositate.

Ambitio, contraque honoris contemptus.

Ambitio, etsi speciosior videri potest avaritia, & lucri. facienda cupiditate, nihilo tamen minus mihi videtur perniciosa reipublicæ quippè cui maior inest audacia, & quæ non deiectis, neque ignauis innascitur animis: sed nouis, vrgentibus, & iuuenilibus. Accedit plerumque obsecundatio quædam, & fauor populi: quò fit, vt extollantur magis & intumescant, nec contineri proinde possint, nec facile à quouis se tractari permittant. *Paucis vero interiectis, Plutarchus eos commendat, qui moderatis honoribus contenti fuerunt, his verbis: Cato referta iam vrbe Roma signis & statujs, suã ipsius sisti vspiam non permisit: malle, inquit, causam, cur sibi non steterit statua, quàm cur stet requiri. Honos verò Pittaco habitus, ciuile aliquid præ se fert. Iussus enim quantum vellet ex eo agro sibi acciperet, quem ipse ciuibus vendicarat: quantum iaculum, quod ipse iaculatus erat, pertransiit, tantundem accepit. Publius verò Romanus tantundem agri sibi quæsitum voluit, quantum ipse qui claudus erat, vno die peragrasset arando. Honos enim non rei placidæ gestæ merces esse debet, sed signum permanendæ rei ad multum tempus, vt illi superius memorati honores diu manserunt. Ex tercentis autem statujs Demetrio Phalereo honoris causa erectis, nullam ergo attigit, nullam squalor sordidauit, nullam verustas attriuit: quippè quæ adhuc illo viuente, subuersæ omnes sublataeque sunt. Demadis item statuas deiectas & obritas, ac inde ad vascula quædam per contumeliam constatas accepimus. Plerique alij huiuscemodi honores in contumeliam versi, molesti odiosique habiti sunt: nec per improbitatem tantum eorum, quibus deieci fuerant, verumetiam vastitas*

HONOR, HYPOCHRISIS. ELOQUENTIA. 214
& amplitudo immoderata, cur antiquarentur, causa extitit.
Proinde fortissimus atque firmissimus honoribus custos,
modestia adhibenda est. Prægrandes enim honores, ut po-
te superbi & tumidi, æquè ut corpora vastæ & immodera-
tæ proceritatis citò simul & facile corruunt. In Politic.

*Ambitio
Alexandri.*

Alexander suo more dum videret nuntium summa læti-
tia gestientem, dexterâque protensa accurrere: Quid mihi,
inquit, vir bone nuntiabis aliud, quàm Homerum reuixisse?
Nihil videlicet sibi deesse iis verbis contestatur, quàm
famam insignem apud posteros. Lib. de Profectu morum.

Honor.

Virtutis elementa sunt spes honoris, & formido pœnæ.
Illa enim ad egregia honestatis opera promptiores
efficit: hæc ad perpetuanda valissima segniores reddit. Lib.
de Lib. educandis.

Hypochrasis.

Extrema est peruersitas (ut ait Plato) cum prorsus iusti-
tia vaces, ad id tamen niti, ut vir bonus esse videaris.
Lib. Num philosophandum inter pocula.

Eloquentia.

Non rhetoricam suadendi opificem, sed adiutricem es-
se debemus existimare. Qua ratione illud est corri-
gendum Menandri: Mores dicentis sunt, qui persuadent,
non oratio. Re enim vera utrunque est, quod rem efficit,
mores nimirum atque oratio: nisi quispiam dicere velit,
nauem à gubernatore duntaxat dirigi, nõ à clauo quoque:
& equitem esse, qui equum in giros verteret, non etiam fre-
num: item ciuitatem quoque oratorum vita & moribus re-
gi, non & oratione nempe qua veluti gubernaculis ac fræ-
no utantur, quibus maximè verisatilis animal, ut Plato in-
quit, tanquam e pupi regatur atque verteretur. Homo certe
pauatus de veste atque habitu populari ciuitatem regere,
voluntatem populi præualere, multitudinis moribus mo-
dum facere nunquam poterit, nisi oratione & eloquentia
præditus sit, qua vnâ suadeat, afficiat, flectat, ducatque mul-
titudinem. Lupum quidem aiunt auribus teneri non pos-
se: populum autem inde maximè duci oportet. In Politic.

Simile.

Phocionis in dicendo breuitatem omnes admirabantur:

ELOQUENTIA.

quippè Polyuctus Demosthenem aiebat esse oratorem amplissimum, Phocionem verò persuadendo grauissimū: breuissima enim eius dictione vberimas sententias contineri. Quamobrem Demosthenes ipse ceteros non magni faciens, solitus dicere traditur, vt Phocionem surgere conspexisset, Verborum meorum gladius iam surgit. Maxime itaque admittendum est, vt oratione non interuacua meditatus cautè ad populum vtare: quando etiam Pericles ille, priusquam orsus esset orationem, precari & vota facere consueuerat, ne verbum quidem vllum sibi in mentem veniret, quod à rebus ipsis videri posset paulò alienius. In Politic.

Ad hæc, ne pueri dicant ex tempore, cauendum erit. Quod enim inconsultò ac temerè dictum factum vè sit, id pulchrum esse nequit, vtque in prouerbio est. Difficilia, quæ honesta sunt. Impræmeditati quoque sermones pluma leuitate incuriæque referti, neque vnde sumendum exordium, nec vbi terminandum, facile conspicatur. Præter alia delicta, quibus extemporariè dicendum est, hi ad immoderatam quandam incidunt multiloquentiam. Considerata verò meditatio orationem è congrua vagari mensura non sinit. Periclem ad perorandum conuocatum multoties populo nequaquam audiuisse constat, quod imparatum se esse diceret. Eodem modò & eius in Repub. æmulator Demosthenes, quum ad consulendum accerseretur à populo, restitit. Non enim instructus sum, ait. At quum eloquendi vires radicem egerint, tunc vbi tempus aduocauerit, orandi vbertatem impartire conueniat. Sicut enim qui longo tempore in vincula coniecti fuerint, si posteriùs soluantur, ob diuturnam vinculorum consuetudinem ambulare nequeunt, quinimò claudis incedunt pedibus: ita & qui sermonem diutius astrinxerint, si quando loquendum ex tempore fuerit, nihilominus eundem stylum interpretis obseruant. At si quis pueros ex tempore dicere sinat, extremæ causam garulitatis instituit. Miser quidam pictor quum suam Apelli ostenderet imaginem, hæc modò pinxi, dixit. Cui Apelles: Et si taceas, inquit, hanc subito depictam esse intelligo: demiror autem quonam pacto non plures huiusmodi depinxeris. Et vt ad priorem materiam referatur oratio, sicuti Theatralem ac tragicam, ita & depressam & humilem dicendi orationem curra-

dam fugiendamque proflus admonco. Tumidum namque orationis genus, civile nequaquam est: tenue verò nusquam mouet. Quemadmodum enim corpus non solum in colume, verum etiam bonæ habitudinis esse oportet: ita & orationem non modo non ægram, sed etiam robustam esse conuenit. Nam quicquid tutum est, id solummodo colaudatur. Quod verò cum periculo fit, id etiam admiratione prosequimur. Lib. de libe educ.

Non solum vulgatum illud receptum esse videri debet, quod videlicet poëtica sit pictura loquens, pictura vero poëtica tacens: sed id quoque astruendum, quod pictam alicubi lacertam, simiam, aut Therisitæ faciem intuentes, voluptate capimur & admiratione: non quia appareant hæc esse pulchra, sed quia rectè expressa & similia. Nam ita res habet, vt non possit videri speciosum quod natura est fædum: quanquam non minus interea imitatio laudatur, quæ rei similitudinem artificiosè assequitur siue illa sit pulchra, siue deformis. Ac contrà nihil præstitisse videtur, qui corpori inepto & turpi imaginem formosam dederit: quod hoc sit aberrare à decore & lineamentis. Lib. de audienda poetica.

Studium scientiæ, discendi ardor.

Corporis labor perinde ac in cella quadam reseruandus est, ne fragiles leuiterque cedentes, ad doctrinæ studia fatigati succumbamus. Hostes enim disciplinarum (vt à Platone dictum est) labores, atque somni. Lib. de liberis educandis. Ti. Labor immodicus.

Super omnia, puerorum memoria exercenda consuecendaque: ea enim disciplinæ quasi quædam cella penaria est. Quamobrem memoria esse matrem Musarum, traditur in fabulis. Quasi vero insinuent atque demonstrent, nullam à natura rem tantum gignere ac nutrire, quantum memoriam posse. Lib. de libe. educ.

Qua via ea quæ legimus, in multiplicem vsum traducamus, Chrysippus aptè ostendit. Oportet enim, ait, quod est ex vlu, ex us, quæ confinia sunt, & similem habent speciem, colligere. Velut dum ait Hesiodus. Bos equidem non amittitur, nisi quis improbum habeat vicinum: id sane de asello, cane, & omni eo quod ad hunc modum potest amitti, intelligas licebit. Ergo quemadmodum idem

pharmacum ad vnum morbum fugandum efficax, dum vim illius discunt medici, ad omnes finitimos illud transferunt & accommodant sic sententia communis, quæ vim suam in plura potest extendere, non est despicienda, sed dum vni negotio propriè cõgruit, ad similia nihilominus traducenda est & proximè cognata. Estque in hac occupatione exercenda iuuentus, vt consuescat pro ingenij sui acrimonia, id quod est commune, ex proprio traducere, idque compluribus experiri exemplis. ita vt in promptu illi fiat, celerrimè huius exercitij præstare documenta vt cum Menander ait,

Beatus est opibus iungens industriam.

hoc existiment non modò de diuitiis dictum, sed etiam de honore, principatu & eloquentia. Stupendam præterea admirationem Vlyssis, qua tangebatur, dum Achillem interpuellarum gregem in Scyro esset conspiciatus:

Tuque ô generis extinguis clara lumina,

Dum pensa, natus optimi patris, trahis:

licebit in prodigum quoque retorquere, sordida luëra captantem, desidem, & negligentem disciplinarum osorem. Rutilus dum ait,

Ne dixeris, Miror præclarum opum Deum,

Quarum facile vim magnam possidet malus.

sic nec gloriam dices, formam corporis insignem, vestem magnatum, aut sacram etiam coronam: quòd hæc omnia videamus etiam vanissimis contingere nebulonibus. Et quod ait,

Fædos metus de se producit filios,

per Iouem sic & petulantia, superstitio, inuidia, & reliquæ item omnes hominum id genus pestes. Lib. de audienda poetica.

T. Labor.

Exclusa omni deiectione animi, & elatione, toti in hoc incumbamus, vt vtilia dicta discere possimus, & animo complecti: vestigia eorum, qui nos ingeniosè ceu tardiuolos uidere solent, affectando quemadmodum Cleatham & Xenocratem factitasse legimus, qui cõdiscipulis primo lentiores visi, studio non intermisso, laborèque irrequieto, tandem alios longo intervallo post se reliquerunt, imitati in ea te vasa angusti oris, & tabellas cæcæ: quæ vt liquorem & literas difficiliter accipiunt, ita fidelius seruant & tenacius. Lib. de officio auditoris:

Sermo auditus feminis vice nobis sit, vnde in procliui sit foetum concipere, qui breui coalescat, & prodeat in lucem. Neque enim ingenia desiderant repletionem, veluti vasa: sed accendi volunt, ceu materia, quò vis inueniendi simul cum appetentia veritatis inciteretur. Denique quemadmodum inciuile est, ad vicinum proficisci, ignis accipiendi gratia, ibique inuento luculentissimo foco desiderare, & dibus propriis neglectis: ita prorsus indecens est, ab alio sermonem doctum audire, minimèque curare, vt domesticus ignis, nempè vis ingenij accendatur. Quid verò prodest, sermonibus alienis animum oblectari, si nihilo te fias melior? Lib. de officio auditor.

Veritas.

Quid est quòd Saturno capite aperto immolant, cum ceteris Diis operto immoletur? An quia veritas occulti, obscuratìve non potest: veritatis autem parentem ac Deum Romani Saturnum habent. Sed quid est quòd Saturnum veritatis parentem ducunt? An quòd, vt plerique Philosophi censent, Saturnum, tempus esse existimant: veritas autem tempore inuenitur? In Proble.

Consuetudo.

Muliere improba facilè careat quispiam, & in libertatem sese vendicet, modò vir sit, & non vile mancipium. Porro aduersus sua ipsius mala nemo scribit repudij libellum. Neque enim fieri potest, vt dimittas atque sedes ea mala, quæ occuparunt viscera, & intimas medullas, iamque simul à teneris coaluerunt & noctes & dies. Inflàmant enim miserum occultis viribus, effœtæque tradût senectuti. Lib. de Virtute & vitio.

Tempus.

Quid est, quod Romani Ianuarium principium anni faciunt? Antiquis enim temporibus Martius primus omnium numerabatur, quod cum multis signis perspicui potest, tum eo maximè, quod quintum à Martio, & sextum, & reliquos deinceps vsque ad extremum à Martio numerant. Quidam dicunt, Martium à Romulo primum omnium fuisse numeratum: quod homo acer atque bellicosus, atque adeo bellandi amore insanus,

Marte satum se esse existimans, parentis sui cognomen ceteris mensibus præponendum esse censuit. Numa Pompilius deinde vir pacatus, & pacis atque otij studiosus, cum civium animos à bello ad agriculturam traducere contemderet, Ianuario inter menses principatum dedit, & Ianum, quasi civilem, & agriculturæ magis quàm rei bellicæ studiosum ad summos honores cultumque prouexit. Sed vide ne Numa Pompilius magis consentaneum naturæ, quantum ad nos attinet, principium anni sumpserit. Omnino enim eorum quæ in circulo circumferuntur, nihil est, quod natura aut extremum sit, aut primum: sed lege factum, ut alij aliud statuant anni principium. Optimè verò, qui post hybernum tropicum, annum inchoant, quum sol finem ulterius progrediendi faciat, iustus ad nos se recipit. Fit enim naturale quodammodo huiusmodi principium, quo & lucis tempus nobis augetur, tenebrarum verò & noctis diminuitur: princeps denique & substantiæ fluxæ autor propius accedit. In Probl.

Vita.

Tydide magnanime, inquit Homerus, quid genus percontaris? cuiusmodi est foliorum genus, huiusmodi & hominum. Foliorum alia quidem ventus decutit, alia pullulans fert sylua, verno autem nascuntur tempore: sic virorum genus, hoc quidem nascitur, hoc verò desinit. In oratione consolatoria.

Hesiodus Homero & existimatione & tempore posterior, Pandoram indicat dolium aperientem per omnem terram ac mare malorum copiam dispersisse, sic dicens. At mulier manibus magnum auferens operculum, hominibus curas suo consilio præbuit perniciosas: sola vero Spes in ædibus infrangibilibus intra dolium sub labris permansit, nec foras euolauit: dolio enim prius opposuit operculum: ast alia innumera in homines exierunt mala: plena enim malis tellus, refertum mare, morbi autem hominibus quotidiani: hi noctu sponte accedunt, mala mortalibus tacite asserentes, quandoquidem vocem abstulit consultor Iupiter. In Oratione consolatoria.

Mors

Mors.

Quid mirum si fissile fissum est? si quod liquefcere potest, deliquit? si quod exuri potest, combustum est? si corruptibile; corruptum? quando enim in nobis ipsis non est mors? Et, vt inquit Heraclitus, idem viuens & mortuus, vigilans & dormiens, nouū & vetus: quæ enim recidere, illa sunt: & illa rursus quæ cecidere, hæc. Nam vt ex eodem luto potest quispiam animalia fingens, confundere: & rursus fingere ac confundere: atque hoc vicissim incessanter facere: sic & natura ex eadem materia iandiu quidē nostros edidit auos, & continuo post eos genuit parentes: mox nos, deinde alios ad alios circulari quodam modo producet, & hic nascendi fluius perpetuò fluens, nunquam quiescet: & rursus qui huic opponitur, moriendi, siue Acheron à Poetis, siue Cocytus appellatus. Quocirca nostrum hoc viuere, fatale quoddam debitum esse dicitur, vtpote reddendum, à proavis nostris mutuo acceptū, quod facile ac citra gemitum restituendum est, cum à quo accepimus, exigitur. Hoc enim pacto videri gratissimi poterimus. Existimo autem naturam ipsam, cum tantam vitæ breuitatem nullo ordine vidisset, vt mortis terminus lateret, voluisse: Hoc enim fuit melius. Nam si preuidissemus, nonnulli mæroribus contabuissent, & ante mortem decessissent. Aduerte autem vitā ipsam; cum doloribus refertā, tum multis sollicitudinibus exhaustam, quas si recensere vellemus, vehementer ipsam condēnarem: & quæ apud quosdā obtinuit, veram opinionem redderemus, quòd scilicet lōgè sit melius mori, quam viuere. Itaque Simonides hominum inquit, modicæ quidē vires, inanes vero curæ, vitæque breui labor supra laborem, & mors crudelis atque inuitabilis imminet. Illius enim æqualē sortiti sunt portionem, & boni, & quicunque est malus. In orat. tons.

Socrates similem esse mortem dicebat aut profundissimo somno, aut peregrinationi longæ ac diurnæ, aut cuidam corporis atque animi interitui: proptereaque nihil mali esse in morte. Singula sic percurrens ostendebat. Si enim somnus est aliquis mors, & dormientibus nullum est malum, constat ne mortuis quidem vllum esse malum. Atque quòd suauissimus sit somnus profundissimus, quid opus est dicere: cunctis enim hoc exploratum est. Testa-

INFERORVM REGIO.

cur & Homerus de ipso somno dicens. Profundus, dulcissimus, morti assimilatus. Multis autē in locis & hæc dicit. Ibi somno occurrerunt mortis fratri: Somno & morti gemellis facie atque aspectu, eorum similitudinem indicans. Gemella enim maxime similitudinē ostendunt. Oppidō autem quā sapienter Cynicus Diogenes somno deditus, vitamque relicturus, excitāti ipsum medico, & num moleste quietuā ipsi inesset percōtanti, Nihil molestiæ mihi inest, respondit: fratrem enim frater præuenit: somnus videlicet mortem. Quod si peregrinationi assimiletur mors, ne sic quidem malum est: nunquid autem ē contrario bonū? nam corpori inferuire, atque ipsius affectibus degere, ex quibus auulsa mēs mortalibus adimpleti nugis, felix ne quid ac beatū? In mensa namque nobis, inquit Plato, ob necessariū alimentum præbet negotia corpus: neque enim quietuā aliud præter bella & seditiones, pugnasque corpus cōtinet, & quæ ab ipso procedunt cupiditates. Nam propter pecuniariam possessionē omnia excitantur bella, pecunias autē corporis causa cogimur comparate, huius obsequis inferuientes, & ex hoc nullum ob hæc omnia philosophiæ otium datur. In Oratione consolata.

Scitum est illud Archelai: hoc, inquit, quod malum dicitur mors, solum ex his quæ putantur mala, præsens quidem neminem vnquam dolore affectit, absens vero atque expectatum mœrorem affert. Nam proculdubio nonnulli propter imbecillitatem, & eam, quæ morti inferitur, calumniā, ne moriantur, obeunt. Pulchrè igitur Epichaimus, Concretus, inquit, est ac discretus, & iussus abire vnde venerat, terra quidem in terram, spiritus ad superiora. quid horum graue, ac difficile: nihil. In Oratione consolata.

Inferorum regio.

AIt qui apud Platonē est Sociates: Audi iam valde bonam orationem, quam tu quidem, vt puto, fabulam existimabis, ego vero orationem. Vera namque tibi, quæ locutus sum, enarrabo. Partiti fuerant imperiū Iupiter, Neptunus, & Pluto, postquam id à patre acceperunt. Irat igitur hæc de hominibus inter Deos lex, & regnante Saturno semper, & adhuc est, vt hominū quicumque iuste ac sanctè vitam egisset, post mortem beatorum adiret insulas: ibique procul à malis in omni habitare felicitate.

*Tit. Vita
misera.*

Qui verò iniquè atque impiè, iudicij ac supplicij carcerè, quem Tartarum appellant, peteret. Horum autem iudices sub Saturno, & nuper Ioue imperium obtinente, viuentes erant viuentium, ea die iudicantes, qua erant morituri. Postea causę quodammodo nō rectè iudicabātur. Itaque Pluto, & qui ex beatis insulis hæc curabant, ad Iouem profecti, dicebāt, indignos ad se homines utrobique accedere. Quibus Iupiter. Ego igitur, inquit, ne hoc fiat prohibebo. Nunc enim causę iniquè iudicantur. Multi autem, inquit T. Iudex. ille, scelestas animas habentes, induiti sunt corpore pulchro, generèque, atque diuitis: & cum adent iudiciū, accedunt ad eos quāplurimi, quod iustè vixerint testificātur. Iudices igitur ab his peteresunt, simul & ipsi induiti iudicant suas ipsorū animas, oculis & auribus ac toto adoperi corpore. Hæc itaque omnia ipsis obices sunt, sua scilicet ipsorum, & eorum qui iudicantur indumenta. Primum autem cauēdam est, ne ipsi prospiciant mortē. nunc enim prænorunt: sed Prometheo iam dictū est, ut hoc prohibeat, postea hi omnes nudi iudicandi. Defunctos enim opus est iudicari: ipsūque iudicem nudū esse decet defunctum anima ipsa, animam ipsam (cūm primum quis deceaserit) contēplantem, omnibus cognatis destitutā, omnèque illud ornamētum relinquētem ut æquum sit iudiciū. Ego igitur cum hæc priusquam vos cognouissem, filios meos iudices creavi, duos quidē ex Asia, Minoen & Rhadamāthum, vnum vero A acū ex Europa. Hi autē ut primum decesserint, in prato ad triuitiū iudicabūt, ex quo viarū altera ad beatorū insulas, altera ad Tartarū ducit. In orat. cons.

Beatarum mentium regio.

SI veterum poetarum, ac philosophorum, ut par est, verus est sermo esse videlicet prius manibus honorem aliquem, ac præfectionem locumque illis destinatum, in quo versentur, non est tibi desperandū, quin beatus filius tuus inter eos recensatur. Dicuntur autem hæc à suauissimo Pindaro de prius, qui ad inferos sunt. Quibus utique dum nocturnum hic est tempus, Solis iubar splendet, rosarūque puniceis consista prata, ipsorum sunt suburbium, Thuriensis arboribus adumbratum, aureisque fructibus onustum, atque equestribus gymnasiis hi, alij tellesis, non.

FELICITAS VERA ET FALSA.

nulli tibiis oblectabuntur. Apud ipsos autem omnis florū pullular opulentia, optabiliūque odori perpetuò per locum diffunditur, varias imponentiū longe splendenti igni primitias in Deorum auis. In orat. consol.

T. Inferorū
regis.

Aiunt philosophi nonnulli, gloriæ essentiæque locū sedem esse piorum, quibus splendet solis vigor, deinde noctem infernè in pratis roseo colore purpurantibus, quibus intonsa vernant omnia, & procerarum arborum floribus amœnus conuestitur campus: tum amnes quidam fletus ignari, ac lenes eum perfluunt: ipsi transigunt iucundè tempus colloquiis, & commemoratione rerum præteritarum ac præsentium, accensentes sese mutuo & inter se consuetudinem vitæ agitant. Porro tertia via eorum est, qui impiè vixerunt, & iniustè, animas in obscurum locum, & Batathrum quoddam præcipitans, vnde immensas ruant tenebras languida noctis obscuræ flumina, quæ recipiunt, & ignoratione atque obliuione tegunt eos, qui puniuntur. Nec enim vultures semper arrodunt hepar fontium in terra iacentium. Nam aut exustum est, aut corruptum. Neque grauium quorundam onerum gestatio affligit, conficitque corpus eorum, qui puniuntur. Neque enim iam carnes aut ossa coheret neruis. Nullæ sunt corporis reliquæ, corporū vita defunctis, ciuiatum eorū capaces, qui specie sibi respondētem requirūt. Sed vna protecto ratio puniēdi eos, qui malè vixerunt, nempe obscuritas, & ignoratio, & modis omnibus abolitio, tollens in talem anem, æque lethe, id est, obliuione præcipitās in abyssum ac vastum pelagus, videlicet ignauiam & otium, quod suo fluctu ignorationē & obliuionē secum trahit. Lib. an benè lateat viuens.

Felicitas vera & falsa.

Plerisque nostrum accidit illud Telemachi. Nam ille per imperitiam, vel potius ob iustitatem, quum Nestoris domum videret instructam mensis, vestibus, stragulis, vino suauis, non admiratus est eū rebus necessariis & utilibus abundantem: ceterum apud Menelaum conspicatus ebuli, aurum, & electrum, obstupuit, dixitque.

Talis est aula hæc, qualis Iouis altitonantis:

Plurima dictu mira stupor me habet aspicientem.

Porro Socrates aut Diogenes dixisset, quàm multa hic mi

fera, inusitata, stulta, risus me capit aspicientem. Quid ais vir muliere deterior? cum debueris submouere puerum, ac cultum, ut illa desineret deliciarum rerumque peregrinatum amore laborare, tu contra exornas ædes, perinde quasi theatrum aut scenam ingredientibus? Huiusmodi felicitatem adferunt diuitiæ, quæ sit spectatorum, ac testium, aut certe nulla. At temperatum esse, philosophum esse, de Diis scire quæ scitu sunt necessaria, id semper idem est, etiamsi vniuersi nesciant mortales, sed proprium iubar magnamque lucem habet in animo, & gaudium domesticum parit, ipso supersus fluente bono, siue videat aliquis, siue lateat omnes & Deos, & homines. Huiusmodi quidē res est virtus, veritas Geometriæ & Astrologiæ: an cōuenit huic phaleras istas diuitiarum, monilia puel-
 lariaque cōferre ostentacula? Si nemo videat nec aspiciat, verè cæcæ sunt, & orbæ luce sunt diuitiæ. Si quidem diues, cum solus cœnat cum vxore seu familiaribus, non facit *Simile.*
 negotium mensis conuiualibus, neque poculis aureis, sed vitur quibuslibet ac plebeis: adest vxor, nullo auro, nulla purpura insignis, sed simplici cultu. Verum sibi iam cœna, hoc est pōpa & spectaculū adornatur, fabulæque diuitiarum inducitur, tū è nauibus effert lebetesque, tripodésque ordine disponuntur lucernæ, contrahuntur calices, mutant pocillatores, iuestiunt omnia, omnia mouent, aurum, argentum gēmis additum, palam se diuites esse confitentes: cæterum abest alacritas, abest tēperantia. Lib. de cupid. diuit.

Vestes cōfouere quidē videntur hominē, at nihil habēt in se caloris, neque illū possunt corpori ministrare: quādo *S. mile.*
 suapte natura gratissima quæque vestis nūc friget, veluti experientia docet febri æstuantem, dū subinde mutatis vestibus quæ: ut refrigeria. Verūm qua ratione ab amictu calescimus, paucis accipe. Calor ipse ex humano corpore effusus, à veste superiecta excipitur ac retinetur: mox in omnes diuisas partes, inque corpus quodāmodo adactus, dispergi & perire nō sinitur. Hęc cū ita se habeāt in rebus humanis, fallitur: longē, qui magnas & sumptuosas sibi circundant domos, mancipiorum turbam, opesque inexhaustas congregant, hac sola spe fieri, ut viuāt iucundiūs: quando dulcedo vitæ atque hilaritas haudquaquā in rebus externis sita sit, sed potiūs ex domesticis & suis, id est, ex propria animi virtute homo veluti ex fonte voluptatem sibi

FELICITAS VERA ET FALSA.

comparat & gratiam, dicente Poeta.

Est honoras: domus magis haec, ubi flamma relucet:

Opes enim plus habet voluptatis, gloria multo est illustrior, & potentia item, si in animo solidum possideas gaudium, unde inopiam, exilium, & senectam quoque ipsam leuiter & placide ad patientiam morumque lenitatem traducere possis. Et quemadmodum aromata tritas etiam lacernas suauiter replent odore: sic cum virtute victus omnis totaque viuendi ratio amena est & perueniunda. Vitium vero etiam quae splendida apparent & pretiosa, multumque honesta contaminat, molesta illa reddens, horrida, & abiecta suis possessio- nibus, adeo, ut recte dictum sit.

Quem vulgus in foro beatum praedicat,

Donum petens, est omnium miserimus.

Lib. de virtute & vicio.

Iam abi & corrade aurum, composita argentum, ambulacra con- straito, seruis domum, vitem debitoribus impleto: si non se- dauens in animo turbatos affectus, & immodicum habendi amoris, teque metu inani, cuiusque exemeris, ita habeto, te febrili laborante vino fouere, bilioso adhibere mel, cibos & oblonga preparare intestinorum difficultatem aut alui fluxum patientibus: non modo nihil gratificans morbo affectis, aut sa- nitati consulens, sed insuper etiam praesentem asserens peini- ctiem. Videas autem laeguentes odisse cibos, etiam selectos & preciosos, dum offeruntur ipsis, atque etiam ad sumendum eosdem vigentur respiciunt enim eos constantem & auer- santur. Porro ubi primum reddita fuerit temperata habitudo, concitatus spiritus & anhelus sedatur, sanguis acidum mutat saporis, & calor naturalis suo consistit loco. Tunc surgunt le- eto, & pane etiam cibarium simul cum caseo & nasturtio ede- tes, luminopere exhilarantur. Tale profero concinnitate ef- ficat in animo ipsa ratio, ubi didicis, quid vere sit honum, quidve honestum minus enim quam facile euaseris fugalis, tuamque contentus sorte. Iam fallo, si pauperitatem non sis habi- tatus in delictis, ibique regnum tuum constituas, vitam illam popu- laris nullius opibus invidentem, minusque curiosam, plura etiam facies principum imperis. Itaque sapienter incubens stu- dio, vitam viues multo omnium dulcissimam, etiam atque etiam te ipso in dies euades melior atque hilior. Nunc dulcedi- ne sua te capiet opes, quod in multos possis esse beneficus: modo pauperitas erit iucunda, vitam tribuens cuius soluta,

planéque liberam. Est, quandò gloria trullabit animum, vt perspectũ habeas, vututi sua non deesse præmia. Quod si honor meritis (veluti ferè fit in tanta rerum confusione) non cõtingat, maximo carebis malo, quippe inuidia. Lib. de vir. & vit.

Mixtus ex diuersis sententiis locus.

Generatim autem liberos nostros flagitiosorũ hominum consortio segregare decebit: eorum enim malignitatem reportant. Hæc & Pythagoras obscuris quibusdam præcepit sermonibus: quos hoc in loco positos explanabo: quoniam ad conquirendam virtutem non minimum videtur afferre momentum, quale illud. Quæ nigrætes habent caudas, gustari non oportere: hoc est, cum hominibus consuetudinem non esse habendam, quos morũ deprauatio ipsa denigrat. Iugũ, staterámque ne transcendere: id est, plurimi facere iustitiam oportere, nec eam vilo modo transcendere. Nec in otio insidere: hoc est, fugiendum esse otium, prouidendũque vt necessariam præparemus alimoniam. Haud iniiciendam vnicuique dexteram: id est, non promptè aut inconsultò consilium oportere. Angustum ne gestabis anulum: quoniam ita vitam, vt eam non vinculo dstringas, exercere debebis. Ignem ferio credi minimè debere: hoc est, irritandum non esse furentem: haud enim eõuenit, qui potius, quum intumescit, iræ cedendum. Cor neque manducabis: quid aliud insinuat, quàm ne animum offendas sollicitudinibus, cum vè curis conficias? Abstinentum à fabis: quod videlicet in re ciuili versari non oporteat. Fabis enim priscorum suffragia ferebantur: quæ finem principatus attulerunt. Cibos in scaphio non esse ponendos: significat autem, in improbum animum urbanos immitti non oportere sermones, aut vlla virtutis studia. Cogitationis nanque cibus est, cum ratione studium ac sermo frugi: quem impium ac sordidum humana reddit improbitas. Haud retro verti ad contermina proficiscentes: id est, quibus moriendum est, cum proximum vitæ terminum intueantur, facilè ferant, nec mœiore depumantur. De liberis educand.

FINIS.

Ec iiij



22X

TERTIVS TOMVS
COLLECTA-
NEORVM MORALIS
PHILOSOPHIÆ.

Qui selectissima Apophthegmata ad rectam
vitæ institutionem conducentia continet.

*Ex clarissimis auctoribus, qui hac de re scripse-
runt, collecta: & in locos communes digesta.*


Per eundem fratrem Ludouicum Granatens. in-
stitut. B. Dominici.



PARISIIS,
Apud Guilielmum Chaudiere, via Iacobæa, sub
Temporis insigni, & Hominis Siluestris.

1582.

CVM PRIVILEGIO REGI'S.





PRIMA CLASSIS, QUAE A
Deo Opt. Max. incipiens, diuersorum
statuum personas complectitur.

DEVS.



IMONIDES interrogatus olim
ab Hierone tyranno, Quidnam
esset Deus? deliberandi sibi vnum
diem postulauit. Cúmque idem
ex eo postredie quæretetur, biduũ
petit: ac cum ita sæpius quæren-
ti duplicaret numerum, admira-
túsque Hiero tyrannus, qui ro-
gauerat, efflagitaret, cui ita face-
ret? Quia, inquit, quantò diutiùs

considero, tantò mihi res videtur obscurior. Cice. Lib. 1.
de Nat. Deorum.

Socrates dicebat, Deos omniũ optimos ac felicissimos.
Ad horum similitudinem quo quisque propius accederet,
hoc & meliorẽ esse, & beatiorem. Si corrigas vnus vocis
numerus, nihil dici potest Christianiùs. Rot. li. 3. Apoph.

Lucides à quodam interrogatus, quales essent Dijs? Cę-
reta quidem ignoro, respondit: at curiosos illi odio esse
certò scio. Max. sem. 11.

Luagius cum longa orationis serie audiuisset de Deo
atque Trinitate disputantes, Diuinitatem nequaquam ef-
se definendam respondit. Omnes enim alias propositio-
nes habere genus, quod prædicetur, aut speciem, aut dif-
ferentiam, aut proprium aut accidens, aut ex his compo-
sitam orationem: sed nihil in sancta Trinitate horum, quę
dicta sunt, posse comprehendi. Ideoque quod ineffabile
est, silentij tantum oratione esse adorandum. Socrates lib.
Tupart. hist. cap. 21.

Attalus insignis Christi martyr, à tyranno per contem-



Cariotas.

DEI PROVIDENTIA.

ptum interrogatus, Quod nomen Deus haberet? Qui plures sunt, respondit, nominibus discernantur. Qui autem vnus est, non indiget nomine, Eusebius lib. 6. Ecclesi. hist. cap. 3.

Thales Milesius interrogatus olim, quidnam in tota rerum natura esset vetustissimum? respondit, Deus. Cur ita? quia nunquam esse cœpit. Etas. lib. 7. Apoph.

*T. Iudicia
Dei.*

Cum Pompeio res infeliciter cederent, & ad Cæsarem inclinaret victoria: Cato dicebat, in rebus diuinis multum esse caliginis: quod Pompeio præter ius agenti fuissent omnia prospera, causam Reipub. tuenti nihil succederet. Plut. in Catone.

Dei providentia.

Libanius sophista, summus Iuliani apostatę fautor, cum interrogasset Antiochię ludimagistrum quendam, virum bonum atque pium, Quid nunc fabii filius (Christum per contumeliam intelligens) ageret? respondit. Non oritur, ô sophista, quem fabii filium appellas: parat enim Iuliano loculum. Intellexit autem vir optimus, Iulianum ob insignem impietatem & crudelitatem, non diu superstitem fore, & diuinam ultionem præ foribus esse: paucos enim post dies Iulianus est interfectus. Tripar. histo. libr. 6. cap. 44.

Philosophus quidam interrogatus, respondit. Quod est in tuum gubernator, in cuius rector, præcantator in choris, dux in vrbē, imperator in exercitu, hoc est in mundo Deus. Apuleius de Mundo.

Thales Milesius, qui sapientissimus inter septem fuit, dicebat, Homines existimare oportere, Deos omnia cernere, Deorumque omnia esse plena, & ita fore omnes castiores, si Deo teste & spectatore se omnia agere crederent. Omnem virtutis philosophiam hoc vno verbo vir sapiens complexus est. Ci. li 3, de legi.

Idem rogatus, num lateat Deos homo iniuste agēs, respondit, Ne cogitans quidem. Significans Deo nihil omnino esse occultum. At vulgus putat, quæ corde voluunt, latere Deum. Laert. li. 1

Athenodorus philosophus dicere prudentei solebat: Ita cum hominibus homines viuere debere, ac si Deus retributor bonorum, malorumque vltor, omni loco ac tempo-

OPIFICIUM DEI, CHRISTVS, SANCTVS. 213
re actiones nostras intueretur, conspicereturque humanis
nostris oculis. Fulgof. lib. 7 cap. 2.

Philo cum aliis Iudæis apud C. Caligulam accusatus ab
Appione, quod Cæsari diuinos honores non tribueret, e-
iectus ex aula, sociis Iudæis respondit, Bono animo nos
esse oportet, quibus iratus est Caus: quia necesse est adesse
diuinum, vbi humanum cessat auxilium. Luseb. lib. 2.
Eccles. hist cap. 5.

cc
T. Adversitas

cc

cc

Opificium Dei.

ANtonius iustus cognomento, professione monachus,
à philosopho interrogatus, quæ ratione in vita mo-
nastica perdurare posset, cum ea consolatione, quæ ex li-
bis percipitur, careret: respondit. Liber meus, ô philoso-
phe, natura rerum creatarum est. In eis enim cum mihi vi-
sum est, oracula Dei subinde contemplor. Niceph. Callist.
l. 1. ca. 43. Eccles. hist.

Thales Milesius olim interrogatus, Quid omnium esse
pulcherrimum: respondit, Mûdus: Est enim opus Dei, quo
nihil pulchrius est. Ex Laert. lib. 1.

Christus.

EX his qui cum Phocione eiât morituri, quidam indi-
gnans, complorabat sortem suam. Quem ita consola-
tus est Phocion. Non tibi, inquit, Euhippe, satis est cum
Phocione mori: Phocion non tantum innocens, verum et-
iam præclarè de Republ. meritis, ducebatur ad mortem.
Magnum itaque solatium oportebat esse, cum Phocione
innocente mori innocentem. Plut. in Græco. apoph.

Quod si magnû esse mortis solatium putatur cum Pho-
cione mori, quid ergo cum Christo pati, & contumelias af-
fici: & paupertatem ceteraque huius vitæ incommoda
perpeti, quæ innocentissimus ille agnus, atque adeò rerum
omnium Dominus, nostri causa perpeffus est?

Sanctus.

Diogenes Cynicus taxabat hominum vulgus, quòd
bonos viros hoc non. me laudarent, quia pecunias
contemnerent. nec interim imitarentur quos laudibus ve-
hementer extollerent sed pecuniosos magis sequerentur,
quos vituperabant. Laert. Diogen. Hoc in eos quadiat, qui



cum sanctorum virtutes miris laudibus efferant, vitia tamen perditorum hominum sectantur.

Alphonfus Aragonum Rex potentissimus, in expugnatione Caietæ, cum aliquando defecissent ad tormenta ænea portentosæ amplitudinis saxa, nec aliunde habere facilius possent, quàm ex villa, quæ ab incolis inueterata opinione adhuc assentiri Ciceronis fuisse? ut aliunde disquiret. istiusmodi saxa rex iussit: Ciceronis verò (cuius admiraretur in dicendo lacteam eloquentiam) villam, si saperent, inuolatam sentiant. Malle enim se tormenta & machinas amittere, quam iniuria afficere saxa tanti illius viri, qui tot tantisque homines ab iniuria & capitis periculo vendicasset suo patriocinio. Panor. Lib. 1. de reb. gest. Alph. Hoc exemplum ad venerationem sanctorum & reliquiarum ipsorum accommodari maxime potest. Si enim post tam longa annorum spatia, tanti fecit rex sapientissimus rudia villæ illius saxa, quæ Ciceronem educauerant in dicendo clarissimum: quid illi merebuntur, qui non tam lingua, quàm vita clarissimi fuerunt, & modò in æternum regnât cum Christo?

Homo.

Interrogatus olim Solon Salaminius, quid esset homo? respondit: Putredo est in exortu, bulla in omni vita, esca vermium in morte. Guido Bituri.

Diogenes quoties considerabat in hominû vita ciuitatû gubernatores, medicos, aut philosophos, nullum animal dicebat esse homine sapientius. Idem contemplans somnorum interpretes, coniectores, diuinos, & huius generis ceteros, aut qui gloriæ diuitisque seruirent: aiebat sibi nihil homine videri stultius. Indicans, hominis ingenium ad res optimas accommodum, si exerceatur: sin ad vitia degeneret, longè esse infra multas pecudes Laert. Li. 6.

T. Fulgus.

Diogenes quodam tempore lucernam accensam gestâs, obambulabat in foro, clarissima luce, quæ eunti similis. Rogatus quid ageiet, Hominem, inquit, quæ erit: Notans publicos ciuitatis mores vix homine dignos. Laert. lib. 6.

T. Luxus.

Idem eos, qui in coquos, adulatores, & scorta facultates suas profunderent, similes dicebat aibombus per præcipitia nascentibus: quarum fructus nullus hominum gustaret, sed à coruis & vulturibus ederentur. Quo dicto iauuit

eos nequaquam esse homines, qui ventri & gulæ seruiunt. Laert. lib. 6.

Socrates interrogatus, quomodo quis sine molestia vitam ageret? negavit vlllo modo id fieri posse. Non enim licet, inquit, hominibus cōuersanti. Ab homine quippe homini (vt ait Seneca) quotidianum periculum est. Vnde non temerè à veteribus dictum est, Homo homini Dæmon. Stob. ser. 97.

Idem dicebat se putare, quod Dij semper rideant vanas hominum curas, & studia, & inexplebilem vndique congerendi cupiditatem, perinde atque se perpetuò victuros putarent: cum tamen mox hinc nobis migrandum sit, omnibus relictis. Stob. ser. 96.

Aristoteles interrogatus, quidnam esset homo? respondit, imbecillitatis exemplum, temporis spoliū, fortunæ lusus, inconstantia imago, inuidiæ & calamitatis trutina: reliquum verò pituita, & bilis. Stob. ser. 96.

Alexander dum in obsidione cuiusdam vrbis, infirmissima mœnium quærit, sagitta grauitè ictus est, nec tamen ab instituto destitit. Sed mox cum represso sanguine siccæ vulneris dolor cresceret, & crus equo suspensum paulatim obtorpuisset, coactus quod cœperat omittere, ac chirurgū accersere: Omnes, inquit, me prædicant Iouis esse filiū: Sed vulnus hoc hominem me esse clamat. Plut. in vita eiusdem.

Silenus senex, à Mida captus, rogatus est, quid esset homini optimum? diu silentium tenuit. Tandem adactus dicere, respondit: Optimum esse nunquam nasci: proximum, quàm ocysimè aboleri, atque hoc pretio dimissus est. Huius dicti præter alios meminit Ouidius libro Metamorph. ii.

Architas dicebat, Quemadmodum si summam diligentiam adhibeas, tamen piscem sine spinis non inuenies: si nec hominem inueniri posse, qui non dolosum, spinosumque quidam habeat admixtum. Ælia. lib. 10. de varia. histo.

Solon legum Atticarum conditor, dicere solebat, vrbes atque oppida nihil aliud esse, quàm humanarum ærumnarum domicilia, quibus luctus, mœrores, tristitię mortuorum, quasi septis includuntur. Beroal. de terræ mou.

Mulier.

MVLIER, ANIMA.

Philoxenus poëta interrogatus, quam ob causam in tra-
gædiis induceret mulieres malas, cum Sophocles eas
induceret bonas? argutissimè respondit. Quoniam ille in-
quit, tales inducit, quales esse deberent: ego verò, quales
sunt. Eras. lib. 6. Apoph.

Secundus ille sapiens interrogatus, quid esset mulier? res-
pondit: Vini naufragium, domus tempestas, quietis impe-
dimentum, vitæ captiuitas, quotidianum damnum, volun-
taria pugna, sumptuosum bellum, belua conuiuia, sollicitu-
do confidens, læna complectens, exornata Scylla, animal
malitiosum, malum necessarium. Maxi. ser. 39.

Antipater constitutus ab Alexandro Macedoniae præfe-
ctus, cum ad Alexandrium scripsisset Olympiadis matris
ineptias, atque importunitates: commotus Alexander ait:
Grauem pensionem per decem mensibus, quibus in vtero
eius fuisset, matrem à se exigere. Biuso. lib. 4. cap. 1.

Cato obiurgans aliquando mulierum impotentiam: O-
mnes, inquit, homines vxoribus dominantur, nos omnibus
hominibus, nobis autem vxores. Hoc modo colligens, mu-
lieres rerum omnium esse dominas. Plut. in Rom. Apop.

Austippus mulierem paruam, sed pulchram conspicua-
tus: Paruum, inquit, pulchrum, magnum autem malum.
Anto. in Melis. par. 2. ser. 33.

Cum Democritum quidam percontaretur, cur cum ma-
gnus esset, paruam duxisset vxorem? Ego (inquit) in malo
eligendo, quod minimum erat, elegi.

Anima.

Alphonsus Aragonum Rex, maximum argumentum
immortalitatis sibi videri dicebat, quod corpus in hac
vita decrescere, ac omnia membra suos quasi fines & ter-
minos habere, videret: animos verò, quanto ad annos ac-
cederent, tanto magis intelligentia, virtute, & sapientia
crescere. Panoi. lib. 4. de Alpho. reb. ges.

In Austria cum obiisset vnus ex primoribus, annos na-
rusties & nonaginta, qui vitam inter voluptates illece-
brasque nulla vnquam valetudine offensam, duxisset: i-
gnotaque illi omnis calamitas, omnis molestia fuisset, id-
que Fidenico Casari narraretur: Et hinc, inquit ille, im-
mortales animas censere licet. Namque si Deus est, qui
hunc mundum gubernat (vt philosophi & Theologi di-
cent)

cent) eumque iustum esse nemo negat: profecto alia loca sunt, ad quæ post mortem animæ migrant: ibique pro factis mercedem, aut pœnam accipiunt. Nam hic nec bonis sua præmia, nec malis sua supplicia reddi videmus. Æneas Syl.

Alexandro mortuo, cum Anaxarchus tempestate esset delatus in Cyprum, Nicocreon memor contumeliæ, philosophum acceptum in mortarium coniecit, ac ferreis pistillis contundi iussit. Hic illam vulgò celebratam vocem emisit, Tunde Anaxarchi manucam, nam Anaxarchum nõ percutis. Laert. lib. 9. cap. 10.

Qua quidem voce præcipuam hominis dignitatẽ in anima posuit, corpori vix aliud, quàm quod operimentum, ac veluti receptaculum esset, tribuens. Quæ quidem sententia vehementer coarguit, qui animæ cura proisus neglecta, omne studium suum ad corporis commoditatem & voluptatem transferunt. Quemadmodum enim quidam ita viuunt, vt nullum numen esse credant: sic nonnulli ita se gerunt, vt vel se animas non habere, vel eas cum corporibus simul interire arbitrentur: adeo sese totos curandis corporibus addixerunt.

Cyrus maior moriens apud Xenophontem, ita ait: Nolite arbitrari, õ mihi charissimi filij, me cum à vobis discessero, nusquam aut nullum fore: nec enim dum eram vobiscum, animum meum videbatis: sed cum esse in hoc corpore, ex iis rebus, quas gerebam, intelligebatis. Eundem esse creditote, etiamsi nullum videbitis. Cato Maior.

Liberum arbitrium.

Democritus Milesius dicere solebat, si corpus animum diuis vocaret, haudquaquam futurum, vt ille muneriis malè administrati cimen effugeret. Animus in corpore velut in præsidio collocatus est & tamen pleræque mala corpori ab animo veniunt, quæ is tamen arbitrii potestate vitare posset.

Affectus.

Qualis cuiusque animi affectus esset, talẽ esse hominem Sociates disseiebat: qualis autem homo ipse esset, talem eius esse orationem. Orationi autem facta similia, factis vitam. Cicc. 5. Tuscul.

Pueritia & adolescentia.

SOcrates percontatus, quænam esset potissima iuuenum
virtus. Vt inquit, ne quid nimium tentent. Calor enim æ-
tatis vix finit illos seruare modum. Laert. in vita Socratis.
Lib. 2. cap. 5.

Senectus.

LAcon quidam senex percontatus, cur barbam gestaret
tam prolixam? Vt, inquit, eam intuens, viuum me esse
sciam. & canos intuens capillos, nihil committam illis in-
dignum. Plut. in Laconicis.

Solon, cum quidam ex eo quæreret, Quid senectutem esse
putaret respondit: Vitæ hyemem. Stob.

Diogenes percontanti, quid esset in vita miserimum?
Senex, inquit, egenus. Si quidem vbi naturæ præsidia desti-
tuunt hominem, extraneis rebus fulcienda est ætatis im-
becillitas. Brus. lib. 6. cap. 7.

Cato senior, cum senectuti adsint multa proba, dicebat,
non esse addendum malitiæ dedecus, sentiens senectutem
multis nominibus vulgò malè audire: veluti, cum audit de
formis, edentula, lusciosa, imbecillis, obliuiosa, indocilis.
Hæc ferre satis est: vt non accedat crimen improbæ vitæ:
quod omnibus quidem fœdum, sed seni fœdissimum. Plut.
in Roma. Apoph.

Cæsare consulatum assequuto, adiuuantibus Pompeio
& Crasso, cum omnia pro libidine gererentur, ac pauci se-
natores in curiam conuenissent, Considius quidam natu
prægrandis, idcirco nū venisse senatores dicebat, quoniam
illius arma militésque pertimescerent. Cui Cæsar: **Quin-
tu**, inquit, hoc quoque reformidans, domi te non contines?
At Considius, Senectus, inquit, me facit intrepidum. Cum
enim vitæ paucillum supersit, non est cur maiore sim solli-
citus. Brus. lib. 2. cap. 1.

Diogenes interrogatus, quid esset senectus? respondit:
Vita biuualis, tempestatibus obnoxia. Stobe.

Alexis poëta, cuidam videnti ipsum iam senio fessum,
ægrè lentèque incedere, ac roganti, quid ageret: Paulatim,
inquit, morior. Significans senes non viuere, sed lentè mo-
ri. Eras. lib. 9. Apoph.

Senex in Olympus cupidus erat spectandi certaminis,

quod agebatur: Sed cum nulla vacaret sedes, ad varia loca sese cōterens, ludibrio erat, ac scommatis petebatur; quod nullus eum exciperet. Vt verò peruenit ad Lacedæmonios, ibi non solum pueri omnes assurrexerunt, verum etiam viri multi cesserunt illi locum. Id factum cum ceteri Græci, quotquot aderant, plausu comprobassent, patriūque morem supra modum collaudassent: senex.

Concutiens cunā spicte genas, & tempora cana,
ac fufis lachrymis, Heu miseriam, inquit: omnes Græci norunt quid sit honestum: sed eo soli vtuntur Lacedæmonij. Eras. ex Plut. in Laco.

Lacon cum in peregrinatione vidisset homines in sellis curulibus sedentes: Absit, inquit, vt in talibus sedeam sellis, vnde non liceat assurgere seniori. In his enim sedebant delicati, porrectis cruribus, ac cœlum imminens capiti prohibebat exurgere. Plut. in Laco. Apoph.

Pisistrato tyranno à Solone querenti, qua tandem sprefetus, sibi tam audacter resisteret, respondit, Senectute: Cice. in Catone Maiore,

Vir & Vxor.

Pyttacus Mitylenæus interrogatus à quodam, qualem vxorem ducere deberet: respondit, & qualem tibi ducito. Ipse enim cum domi haberet opulentiorē, habebat etiam morosam & impetiosam. Laer. lib. 1. cap. 5.

Chilonis dictum est, Vxorem humilem modico apparatu ducendam: ne pro cōiuge dominam accersas domum. Sat enim dotata venit puella, quæ pudicitiam & honestos mores secum adfert. Proinde hoc erat vnicū ex Laconicis institutis, vt virgines sine dote nuptū uent. Laer. lib. 1. c. 4.

Democritus interrogatus, cui homo procerę statue tam paruam duxisset vxorem. Igo, inquit, in malo eligendo, quod minimum erat elegi. Anto. in Melis. par. 2. ser. 34.

Idem dicebat, eum qui bonum generum nactus sit, inuasisse filium: qui verò malum, simul & filiam perdidisse. Stob. ser. 68.

Aureolus philosophus rogatus, paupérine an diues vxore ducenda esset? Pauperem, ait, alere difficile est: diuitem uero ferre, tormentum. Brus. lib. 7. cap. 22.

Lycurgus cuidam percontanti, quàm ob causam lege cauisset, vt sine dote virgines elocaretur. Vt, inquit, nec pro-

T. Observa.
tia.

"

"

"

"

"

"

T. Observa.
tia.

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

pter inopiam illæ relinquerentur: innuptæ, nec ob diuitias expeterentur: sed vt iuuenum quisque ad puellæ mores respiciens, ex virtute faceret electionem. Plut.

Themistoclem vnicæ filiæ pater consulebat, vtrum eam pauperi, sed orinato: an locupletis sed parum probato collocaret. Malo, inquit Themistocles, viuum pecunia, quàm pecuniam viro indigentem. Valer. Max. lib. 7. cap. 2.

Olympias cum accepisset, adolescentem quendam aulicum duxisse vxorem elegantis quidem forma, sed famicæ parum secundæ. Ille, inquit, non sapit, qui vxorem oculis, nõ etiam auribus duxerit. Forma cernitur oculis, fama auribus deprehenditur. Quidam autem nec auribus, nec oculis, sed digitis ducunt, solâ spectâtes dotẽ. Eras. 6. Apoph.

Antelia Iouani Pontani filia natu maior, amisso Paulo marito, cum à patre ad secundas nuptias hortaretur. Quintu, inquit, patris nuptias secundas non inis? (erat enim is etiam viduus) Quia, respondit, nullam matritux similem me reperitum confido. Eadem cura (respondit illa) me quoque versat pater, quod mihi placiturum Paulo æquẽ similem sperem neminem. Adrianus Bailandus.

Metellus Numidicus dicebat. Si sine vxoribus possem⁹ esse, omnes ea molestia careremus: sed quoniam ita natura tradit, vt nec cum his satis commodè, nec sine his vllò modo viui possit: salutis perpetuæ potius, quàm breui voluptati consulendum est. Bruto. lib. 7. cap. 22.

Sociates se consulentibus de ratione matrimonij contrahendi, dixit: Quemadmodum pisces ò adolescentuli, qui nondum intra nallas sunt, volunt intrare: qui autem iam intus sunt, volunt exire: sic & vos, ne idem vobis accidat, videte. Anto. in Melis. par. 2. sci. 34.

Solon cum ad Thaletem Miletum venisset, admiratus dicitur, quòd nuptias, filiorumque procreationem contempnisset, Thaletem verò tacuisse. Interiectis autem diebus aliquot peregrinum subornasse, qui decimo post discessum die Athenis venisse fateretur: Hic rogatus à Solone, nunc quid noui Athenis esset? edoctus ille à Thalete, Nihil aliud, inquit, præterquam quod adolescentis cuiusdam efferebatur funus, ciuitate omni subsequente, quod eius pater virtute & admiratione inter ciues primas obtineret, quem tum abesse dixissent. O illum miserum! Solon ait. Sciscitanti verò de nomine, respondit, excidisse memoria:

sed ob iustitiam illius in omnium ore versatum. His Solon in metum coniectus est. Postremo nomen peregrino subiecit, ab eoque contendit, num illi Soloni nomen esset? Annuente homine, Solon caput cedere cepit, filium suum obuisse ratus. Tum Thales ridens ait: Hæc me Solon à nuptiis & procreandis liberis dehortantur, quæ te hominem fortissimum infringunt: & tunc rem fictam esse ostendit. Bruso. lib. 7. cap. 22.

Photoneus legumlator moriens, fratri dixisse fertur, Ad summam felicitatē nihil mihi defuisset: si vxor defuisset. Brus. lib. 7. cap. 21.

Socrates percontanti, cur Xantippem moribus incompositis feminam habere domi, dicebat. Sic habendam consuetudinem cum morosis vxoribus, quemadmodum qui se ad studium equestre exercent. parant enim equos ingenij ferocioris, quos si subegerint, ac perpeti possint, ceteris videntur commodius. Ita qui morose coniugis mores sece didicerit, multò facilius cum quibuslibet habeat consuetudinem. Laert. lib. 2. cap. 5.

T. Consuetudo, siue Exeritatio.

Alphonsus Aragonum rex dicere solebat, ita demum matrimonium tranquillè, citràque querimonias exigi posse, si maritus surdus fiat, vxor cæca: inuens opinor, terminum genus obnoxium esse zelotypiæ atque hinc orti iuxas & querimonias. Rursum maritis per molestant esse vxorum garrulitatem: qua molestia cauitus est, si fiat surdus: nec illa vexabitur adulteriij suspiciene, si cæceat oculis. Eras. lib. 8. Apoph.

Anna, cum ab amicis adhortaretur, vt post defunctum priorem maritum, alteri nuberet, cum ætas esset & integra, & forma præstantissima adhuc (quorum alterum præberet spem prolis, alterum promitteret amorem mutuum) Nullo, inquit, pacto hoc factura sum, si enim bono viro nupsero, nolo posthac timere ne amittam: sin verò malo, quæ me caperet dementia, vt post optimum talem admitterem? Eras. lib. 8. Apo.

Livia Augusti Cæsaris vxor interrogata, quibus rationibus Augustum sibi subiecisset, respondit, Multa modestia: quòd ea, quæ placerent Augusto, faceret libenter: quòd que se scire dissimularet, quibus ille rebus veneris domi fueretur. Dyoni in Tyberio.

Cum adolescens quidam Socratem interrogaret, an du-

cere vxorem nec ne deberet, breuiter respondit, Vtrumuis feceris pœnitebit: sentiens, & in matrimonio, & in cœlibatu sua esse incommoda, quæ ad pœnitendum inducant.

Canna Synorito Galatæ nupserat, eam Synorix iuuenis præpotens adamabat: & clam interfecto Synorito, de nuptiis Cannam sollicitate cœpit. Illa quò coniugis mortem vlcisceretur, dissimulauit dolorem, & coniugij spem præbuit. Tandem Synouigem ad se venire iubet in Templum Dianæ, cui erat dicata, quasi vellet hanc esse coniugij testem & astans altari cum Dea libatua, è poculo bibit toxicum: moxque tradidit Synouigi. Qui simul atque reliquum ebibisset, venerata Deam, Te, inquit, Dearum præstantissima testor, me huius tantum dici gratia hætenus Synouito fuisse superstitem. *Eial. lib. 6. Apoph.*

» Cùm Collatinus cum paucis familiaribus ad Lucretiam
 » venisset, à Sexto Tarquinio vi stupratam, quæretæ viro ex
 » more, Satin saluæ? Minime, inquit Lucretia: quid enim sal-
 » ui est mulieri amissa pudicitia? Vestigia alieni viri Colla-
 » tine in lecto sunt tuo. Sed corpus tantum violatum est: a-
 » nimus insons est. mors testis erit. *Eiasm. 6. Apoph.* Quan-
 » tus autè facinus hoc Christiana fides merito damnet, quæ
 » manus sibi quendam afferre vetat, vox tamen illa memo-
 » randa est. Quid salui esse mulieri amissa pudicitia potest?
 » Habent homines multa propter quæ laudari meritò pos-
 » sunt. In aliis enim eloquentia, in aliis doctrina, in aliis iu-
 » ris ciuilibus, in aliis rei militaris scientia, in aliis bellica for-
 » titudo, va tarumque artium peritia laudatur. In muliere
 » verò magna pudicitie laus est: qua amissa, quid est quod
 » in ea iure laudari possit? Vnde in Ecclesiastico legimus,
 » Mulier fornicata, quasi stercus in via, ab omnibus præte-
 » reuntibus conculcatur.

Arimena à Cyri conuiuio domum rediens, Cyri pulchritudinem omnibus laudantibus, interrogata à viro, quid de Cyri dignitate sentiret, ait: A te mi vir oculos nunquam deflexi. Itaque qualis alieni viri forma sit, prius ignoro. *Lx lib. 4. Iian Senenens. de inst. reip.*

Thesca Dionysij soror, nupta Polyxeno, posteaquam maritus metu tyranii protugerat, & rex sororem accusaret, quod conscia fugæ mariti, non indicasset. A deo ne, inquit, Dionysij, me vilem abiectique animi feminam iudicas, vt si sensissem illum moliri fugam, non me illi nauiga-

tionis & omnium aliarum fortunarum comitem additura fuerunt? Eras. 5. Apoph.

Bruti vxor Portia, Catonis filia, posteaquam sensit conspiratum de Cæsare interficiendo, ea nocte quæ præcessit diem, in quo Cæsar occisus est, egresso cubiculum Bruto, cultellum tonsorium velut vnguium ressecādoium gratia poposcit: eoque quasi fortè de manibus elapso, seipsam grauius vulnerauit. Mox Brutus clamore ancillarum in cubiculum reuocatus, obiurgare eam cepit, quod tonsoris præripuisset officium? Hic illa clam marito, Non hoc, inquit, temerè feci: nam experiri volui, si quod constitutum est, parum cessent ex sententia, quam æquo animo me ferro sum peremptura. Plut.

Pater, Filius. Filiorum educatio.

PVer quidam apud Platonem educatus, cum ad patrem *T. Molestia.*
ex interuallo redisset, eumque vidisset effusiùs iudentem, admiratus dixit, Se tale nihil vnquã apud Platonem vidisse. Tanta res est iam inde à tenebris annis virtuti assuescere. Eras. Lib. 6. Apoph.

Maxima, inquit Satyricus, debetur puero reuerentia. Laer. lib. 4. cap. 2.

Socrates dicebat, optimè natis ingenuis que potissimum adhibendam rectam institutionem. Idem enim in his vsu venire, quod in equis: in quibus, qui feroces sunt, ac generosæ indolis, si statim à primis annis rectè instituantur, egregij, & ad omnem vsu accommodati euadunt: sin minus, efferati, intractabiles, & ad nihil vtilis sunt. Eras. 3. Apoph.

Apud Lacedæmonios cum duo fratres inter se dissidium haberent, Lacedæmonij multam dixerunt pati, quod filiorum discordiam dissimularet: iuuenibus ignoscendum putarunt. sed quidquid illi per calorem ætatis peccassent, parenti imputabant, cuius autoritas prouidere debuerat, nequid inter filios otuetur simultatis. Plut. in Lacon.

Licurgus is, qui Lacedæmonis leges condidit, cum conaretur ciues suos à moribus presentibus ad tēperatiorem viuendi rationem traducere, eosque virtutis & honesti studiosos reddere (nam etiam corrupti delitiis) duos educauit catulos eodem patre eademque matre progenitos: quorum alterum passus est domi lautioribus vesci

PATER, FILIVS.

cibus, alterum eductum venatibus exercuit. Dein cum am-
bos produxisset in forum apud multitudinem, posuit illic
spinas simul & escas aliquas deliciores, mox emisit le-
porem: cum uterque raperetur ad assueta, alter ad escas, al-
ter leporem inuaderet: An non videris, inquit. ciues duos
catulos cum eiusdem sint generis, tamen ob diuersam edu-
cationem admodum dissimiles inter sese euasisse, plusque
ad honestatem momenti habere educationem, quam na-
turam? Proinde nihil nobis. ô ciues, nobilitas, quam mira-
tur vulgus hominum, ductumque ab Hercule genus pro-
fuerit, nisi ea gesserimus, per quæ ille mortalium omnium
clarissimus, ac generosissimus extitit: ac per omnem vitam,
quæ honesta sunt, & discamus, & exerceamus. Reperit vir
ingeniosus viam, qua multitudini philosophicis rationi-
bus non satis idoneæ, virtutis imaginem ob oculos pone-
ret. Res quidem efficax est natura: sed potentior est in-
stitutio, quæ malam naturam corrigit ac vertit in bonam.
Quales nascantur liberi, nulli in manu est: at, ut recta in-
stitutione euadant boni, nostræ potestatis est. Eras. lib. 1.
Apoph.

Idem Lycurgus obicientibus, quòd eloquentiæ præ-
ceptoribus daret mercedem, Si quis, inquit, profiteatur se
filios meos mihi reddituum meliores, non mille drach-
mas, sed omnium facultatum dimidium effunderem Eras.
lib. 8. Apoph.

Ælianus adolescens Eretriam post longam perigrina-
tionem reuersus, rogatus à patre, quid disciplinæ tanto
temporis interstitio assecutus esset? se breui ostensurum
esse pollicetur. Verberibus igitur paulò post cæsus pro-
pter delictum admissum, patri nequaquam inobediens fuit,
& ait, Hoc edoctum, ut parenti castiganti obediret, eius-
que indignationes atque pœnas æquo animo ferret. Bius.
lib. 4. cap. 30.

Pomponius Atticus in funere matris, quam extulit no-
nagenariam, ipse natus annos sexaginta, sæpe gloriatus
est, quòd nunquam cum matre in gratiam redisset, nun-
quam cû sorore fuisset in similitate, quam propè æqualem
habuit. Hanc vocem se ab ipso audisse scripsit Cornelius
Nepos. Eras. li. 6. Apoph.

*Ti. Fertitu-
do.*

Damatia cum accepisset, filium ita se gerere in bello,
ut tali matre videretur indignus, domum redeuntem intec-

remit. Maluit filium habere mortuum, quàm bello inu-
lem. Qua de re hoc fertur epigramma.

*Transgressum leges mater Damatris natum
Ipsa Lacena necat, non Lacedæmontum.*

Manlius Torquatus, cum è Macedonia venissent lega- *T. Iudex.*
ti, graues quærelas deferètes de filio eius Decio Syllano,
qui eam prouinciam obtinuerat. à Senatu petuit, ne quid
ea de re statuerent, priùsquàm ipse causam cognouisset.
Cùm senatus illi cognitionem detulisset, domi sedit, solus
que utriusque parti per totum biduum vacauit: tertio die
pronunciauit in hanc formam. Cùm Syllanum filium pecu-
nias à sociis accepisse probatum sit, & Republica eum, & do-
mo mea indignum iudico, protinusque è conspectu meo
exire iubeo. Eras. li. 6. Apoph.

Aulus Fulvius filium ingenio, literis, & forma floren- *Ti. Pietas in*
tem, quoniam in Catilinæ castra properabat, ex itinere re *patriam.*
tractum occidit, dicès: Ego te non Catilinæ aduersus patriam
sed patriæ aduersus Catilinam genui. Eras. li. 6. Apoph.

Diogenes, cum puerum conspiceret indecorè se geren- *Ti. Pedagogo-*
tem, pedagogum illius baculo percussit, dicens: Cur sic *gus.*
instituis? Indicans primæ ætatis formatoribus potissimum
imputandum esse, si adolescentes euadant malè morati, aut
secus. Aphthonius ac Priscianus.

Philippus Macedo, cum accepisset genitum sibi filium *T. Scientia.*
Alexandrium, ad Aristotelem scripsit, se Deus gratias habe-
re, non tam quod filius sibi natus esset, quàm quod cum
nasci contigit Aristotelis tempore, à quo quidem sperabat
cum ita doctum iri, ut se dignus euaderet, & successione re-
rum suarum. Atque cum primùm fieri cœpit, nutu Aristotelis
cum nutu iussit: cui deinde adultum in disciplinam tradidit.
Et deinde cum propter aduersam valetudinè eum in castra
sequi nequirit, Callistheni discipulo obeundas suas vices
tradidit, ut regi adesset, eumque philosophiæ studis adiu-
uaret. Ex Francis. Sen. lib. 2. de Inst. Reip.

Dominus Seruus.

MImoria nostra seruus extitit ingenij pessimi, animi-
que truculenti. Huic saeuissimus herus fuit, qui in
eum verberibus saeuire non desinebat. Itatus autem ser-
uus, cum dominum vlcisci nequirit, duos quos habebat
infantes, amiculum vnum, alterum bimalum compuit:

MAGISTER, DISCIPULVS.

turimque editam conscendit, dominumque vocauit, monuitque, vt infantes suos gremio exciperet : quos quāpri- mum illis parieti deiecit, seseque præcipitavit, ne viuis in potestatem domini veniret. Ex Fian. Sen. lib. 4. de inst. Reip. Hoc animaduertant, qui omnia sibi in seruos lice- re arbitrantur: quorum nunquā tam destituta fortuna est, vt non interim vehementer nocere dominis possint.

Magister, Discipulus.

Alexander interrogatus, vtri magis foret affectus, Philippo parenti, an Aristoteli præceptor, respon- dit: Ille mihi, vt essem, causa fuit: hic verò, vt bonus essem. Stob.

Diogenes Athenas profectus, ad Antisthenem se con- tulit: à quo sæpè repulsus (nullum enim discipulum reci- piebat Antisthenes) non destitit tamen hærerè: adeò, vt cum aliquando baculum intentaret Antisthenes, vtrò ba- culo caput subiecerit, dicens. Cæde, si vis: at nullum inue- nies baculum tam durum, quo me abs te abigas, dum ali- quid dixeris. Insigne exemplum adamatę sapientię. Laert. lib. 6. cap. 2.

*Ti. Philoso-
phia.*

T. Tempus.

T. Studium.

Metrocles dicebat, res alienas emi pecunia, vt domum, vestem, & alia: disciplinas autem liberales emi tempore. Requirit enim diuturnum studium, & indefessam dili- gentiam. Laert. lib. 6. c. 6.

*Ti. Studiū.
pertinax.*

Demosthenes summus ille orator tanta diligentia ver- satus est in oratione, vt nullam aliam ob causam magis se dolere dixerit, quàm si quādo opificum antelucana victus esset industria. Cic. lib. 4. Tuscu. quæst.

Antisthenes, cum adolescens quidam Ponticus genere, se in numerum discipulorum illius recipi cuperet, patri quærenti, quibus rebus esset opus: Libro, inquit, nouo, sty- lo nouo, nouaque tabella. Significans animum à vitis va- cuum, studium vigen, & memoriam fideliem, Laert. lib. 6. cap. 1.

Doctor & auditor.

Diogenes eos, qui de virtute loquerentur, nec reatè viuerēt, cytharę dicebat similes, quæ sono prodes- set alius, ipsa nihil sentiret, nec audiret quicquam. Laert. li. 6.

Hoc dictum nō multū abludit ab illo Pauli, qui ait. Si linguis hominū loquar & Angelorū, charitatem autem non habuerō, factus sum velut aes sonans, aut cymbalum tinnens.

Aristoteles rogatus, quamobrem cūm alios doceret loqui, ipse taceret? respondit: Cos quidem ipsa non scindit, cultros autem acuit. Anto. in Meli. par. 1. Ser. 73.

Diogenes Cynicus, cūm aliquando de re seria discerēs, nullum haberet auscultatorem attendentem, cœpit incertam cantionem canere, veluti saltatus. Vbi iam plurimi concurrissent, obiurgauit illos, quod ad stulta & inepta frequentes & alacres accurrerent, ad seria vero & ad benè viuendum vtilia, nec alacriter conuenirent, nec diligenter auscultarent Laert. Lib. 6.

Demosthenes quodam tempore, cūm populus obstreperet dicenti, ait, se breue quiddam velle illis narrare. Facto multitudinis silentio. Adolescens, inquit, quidam aestiuo tempore asinum conduxerat ab Athenis Megaram vsque. Sole verò circa meridiem vehementer aestuante, uterque volebat subire umbram asini, sed uterque alterum prohibebat: hic dicebat, asinum conductum, non umbram: alter contendebat, per conductionem, & asini & umbræ ius esse factum. Atque hæc locutus Demosthenes, abiit è suggesto. Populo verò retinente, ac narrationis finem flagitante: De asini, inquit, umbra audite cupitis, de rebus seriis loquentem audire non vultis. Eras. de asini umbra.

Antimachus ceterum poetam ferunt, qui cūm conuocatis auditoribus legeret eis volumem suum, & eum legentem omnes præter Platonem reliquissent. Legam, inquit, nihilominus: Plato enim mihi vnus instat est omnium. Cicero de Clauis Orat.

De Praelatis & eorum residentia.

Antigonus cūm pugnaturus esset aduersus Ptolemai milites, gubernatorque admoneret plures esse naues hostium: Pro quot, inquit, naibus supputas, quod ego hic præsto sum? Sentiens ad victoriam plurimum habere momenti, si strenuus imperatori præsens regat exercitum. Plut. in Reg. & imper. Apoph. Hoc exemplo quantum Praelatorum in Ecclesiis suis præsentia valeat, facile poterit iudicari.

Antigonus

R E X.

Cùm quidam corpulentus ac nitidus, equũ haberet macilentũ ac strigosum, rogatus, quid esset in causa, respondit, mirum non debere videri, si equo suo esset habitior: quandoquidem ipse se pasceret, equum autem curaret seruus. Gelius, & Eras. in prouerb. Hoc etiam apophthegma satis declarat, quantum gregi conferat Prælatorum cura & præsentia.

Alexander Seuerus assessoribus designauit sua salaria: quanquam dicebat, illos potissimum promouendos, qui per se Remp. gerere possent, nõ per assessores. Vnnumquẽque enim hoc agere debere, quod nosset. Prudentissimus iuuenis sensit, hoc esse præcipuum vlcus omnium rerum: pub. quod omnia munera per vicarios administrãtur, interdum alteros, ac tertios. Præfectus vrbis habet vicariũ: & is vicarius rursus alterum vicarium, & hic rursus aliũ. Atque frequenter, qui & honore & salario fruatur, minime omnium idoneus est ad functionem obeundam. A. L. Lamp.

Chabrias.

Vetus multorum imperatorum dictum est, Magis esse timendum ceruorum exercitum duce leone, quam leonũ, duce ceruo: adeo magnum est in quouis negotio, gubernatorem ac pastorem esse præstantissimum. Hinc maioribus natu incusantibus Saguntinos, quod post aduentum Scipionis Romanos milites in congressu fugissent, quos sæpe antea fugare soliti essent, responderũt. Grex quidem est idem, sed alius pastor.

Rex.

*Agésilai.
T. Victoria
sui.*

Agesilaus Lacedæmoniorum Rex, illud sibi cum primis gloriæ ducere solebat, quod rex cùm esset, ceterisq; consilio prospiceret, nihilo secius in laboribus obeundis nemini cederet: quodque sibi imperaret, sibi que (vt ita loquar) rex esset. Id pulchrius esse iudicabat, quàm quod regnum obtineret in alios. Plut. in Apoph. Lacon.

Idem interrogatus, quas res imperatorem habere oporteat, dixit. Aduersus hostes aadaciam, erga subditos benevolentiam, in oportunitate vero rationem & cõsiliũ. Stob. seim 52.

Idem illud assidue in ore habuisse fertur, principis esse, non molliere delictivè, sed temperantia, ac fortitudine

privatis hominibus antecellere. Plut.

Idem, si quid esset, quod per milites celeriter confici-
vellet, primum ipse sub oculis omnium operas aggredie-
batur, quo, vel pudore ad industriam extimularentur. Ef-
ficacissimum exhortationis genus, principem hoc facere,
quod ab aliis fieri velit. Plut.

Cyrus abstinere à conspectu Pantheæ, & Araspo dicē-
ti, mulierem esse insigni forma, dignam regis oculis: Ob-
istuc ipsum, inquit, magis est ab ipso abstinendum. Etenim
si nunc tuo obtemperas consilio, illam adiero cum vacat,
fortassis illa mihi persuasura est, ut ad ipsam sequēter cō-
meem etiam cum non vacabit, ei que assideam neglectis
seruis. Erasmi. 5. lib. Apoph.

Philippus Macedonum Rex, cum audisset filium suum
quodam in loco scite cecidisse, obiurgavit, dicens, Non te
tui pudet, qui nois tam bene canere? Plut. in Reg. & Imp.
Apoph.

Anus paupercula cum dignum esse putaret, se à Philip-
po Alexandri patre iudicari, & sæpenumero importuna
esset, otium sibi non esse dixit, Vetula vero clamans, Li-
go ne Rex quidem sis, inquit. Sed ipse dictum admiratus,
non illam modò, verum alios quoque è vestigio audiuit.
Plut. in Apoph.

Alexāder regium esse affirmabat, à quibus malè audias,
in eos & sæpè & multum conferre. Quo innuere voluit,
liberalitatem aliquando etiam eiga indignos exercēdam
esse. Pont. cap. 3. de liberalitate.

Idem cum benevolentiam civium sibi conciliare cupe-
ret, largitionibus eos corrupit. Verum cum hoc audiret
pater Philippus: Quæ te malum, inquit, ratio in istam spē
induxit fili, ut eos putes tibi fore fideles, quos cœmeris
pecunia? Plut. in Apoph. Reg. & Imp.

Idem cum ab amicis reprehenderetur, quòd immemor
maiestatis imperatoris, non pretioso vestitu, auro, gemis-
que corpus ornaret, respondit, Principatum atque impe-
rium in virtute esse, non in corporis decore. Itaque ple-
beus habitus & cultus nihil obstat, quo minus totius O-
rientis imperium Macedonia regno adderet. Brut. lib. 3.
cap. 13.

Antigonus Macedonia Rex, amicis suadentibus, ut si
Athenas caperet, validis eas perfidis communit, ne

T. Exempla

Plum.

cc

cc

cc

Cyri.

T. Occasio-

nes peccato-

rum.

cc

cc

cc

Philippi.

T. Indecori.

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

Alexandri.

T. Liberali-

tas.

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

T. Cultus cor-

poris.

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

Antigoni.

quando deficerent: respondit, se semper in ea fuisse opinione, ut crederet, nullum esse regni præsidium firminus, quam civium benevolentiam. Eras. lib. 4. Apoph.

T. Mansuetudo, Clementia.

Idem cōspiciens filium suum, eos, in quos habebat imperium, ferocius uactantem ac insolentius. An ignoras, inquit, fili, regnum nostrum esse splendidam seruitutem? nihil dici potuit cordatius. Nam princeps non minus obseruire cogitur populo, quam populus principi, nisi quod princeps id facit cū dignitate: alioqui re uera mutua seruitus est. Plutarchus.

Augusti.

Augustus Cæsar cū nulli ferè ad conuiuium inuitanti suum denegaret officium, exceptus à quodam cœna perparca, ac penè quoudiana, cū à conuiuatore demitteretur, hoc illi tantum insusurauit, Non putabam me tibi tã familiaritatem esse. Plut. in Rom. Apoph.

Idem cū apud Liuiam uxorem solus cōquereretur de hominum insidiis, quæ hinc inde etiam vigilantissimo instruerentur. Mirum non est, respondit Liuiã, quòd tibi parentur insidiæ, parum quod id non sit alienum à natura, parum quod in tam magno imperio multa facias, ex quibus par est, pleròsque molestiam capere. Princeps enim non potest omnibus placere, sed etiam quantumuis rectè imperet, ei multus nasci necesse est. Dionys. in August.

Idem cū audisset, quòd Alexander natus annos triginta duos, posteaquam pleròsque mundi regiones peragiarat, dubitasset, quid in reliquum vitæ tēpus esset facturus: demurabatur, si Alexander non iudicasset maius opus, bene gubernare paruum imperium, quam amplam ditionem cōparasse. Rectè notauit inexplebilem Alexandri ambitionem, qui nullam aliam functionem rege dignam existimasset, quam profere ditionis terminos: cū multò tum pulchrius tum difficilius sit, regnum quod contigit, rectis legibus sanctisque moribus exornare, quam armis regno regnum addere. Plut. in Rom. Apoph.

T. Cura & sollicitudo.

À quite Romano quodam defuncto, compertum est, illum tantum habuisse eius alieni, ut summam ducētie numerum excederet, idque dum uiueret, celauerat. Cū igitur res illius auctiori subicerentur, ut ex pecunia creditoribus satisfaceret, Augustus iussit sibi emi culcitram illius cubicularem: ac mirantibus hoc præceptum, Habenda

est, inquit, ad somnum conciliandum illa culcitra, in qua ille tanto ære alieno obstrictus, somnum capere potuit. Nam Augustus ob ingentes curas sæpe maximam noctis partem ducebat insomnem. Macro. lib. 2. ca. 4.

Apollonius rogatus à Rege Babylonæ, qua ratione quietè imperio sui posset: respondit, Si paucis credideris. Voluit autem nihil aliud hoc indicare dicto, quàm nihil administrando regno periculosius esse, quàm si delatoribus & assentatoribus aures faciliè præbeantur. Bruso. li. 3 cap. 13.

Paulyatis Cyri & Artaxerxis mater præcipere solebat, ut Rex palàm ac libere loquuturus, verbis byssinis uteretur: hoc est magnificis ac mollibus. Talis enim decet regem oratio, qualis est amictus. Ex Plut. in Reg. & Imper. Apoph.

Solon acutissimè dixit, tyrannorum amicos calculis supputatoris esse simillimos: qui ut arbitrio supputantis ponuntur, interdum valent multa millia, interdum minimum, interdum nihil. Sic enim illorum fortunas inconstans tyranni libido variat. Laert li. 1. cap. 3.

Omilius Senatori Romano Traiano Imperatori dicere solebat, Maiori utilitatis ratione malum principem optari posse, qui permultos bonos haberet amicos, quàm bonum, qui malorum multorum amicitias uteretur. Siquidem facilius fore, à multis bonis vnum malum ad bonitatem deduci, quàm ab vno bono multos malos à malitia aueri. Fulgo. lib. 7. c. 2.

Alexander Seuerus descriptum habebat, quid cui præstitisset. Qui nihil, aut minimum petissent, eos appellabat, dicens. Quid est cur nihil petis? an me tibi vis fieri debitorem? Pete, ne priuatus de me queraris. Intelligebat præcipuum boni principis officium esse, debitis præmiis de Repub. benemeritos afficere: cum omnis bene constituta Respub. pœna & præmio potissimum stabilietur. Ælius Lampr.

Scuia quidam cum vidisset principum indigna & nefanda facinora, dixit, In vno annulo bonos principes omnes sculpi posse. Sentiens esse quidem magnum imperatorum numerum, sed in his perpaucos esse bonos. Vopiscus in Aureliano.

Scipio, posteaquam Carthaginem nouam, quæ erat

T. Crūdeltas.

T. Adulatio.

“

“

“


T. Affabilitas.

“

“

“

T. Fortune inconstantia.



Hispanorum, armis ceperat, milites quidam virginem elegantiori forma captam adduxerunt, eique tradiderunt. Hic ille, libenter acciperem, inquit, si priuatus essem, non Imperator. Plut. in Rom. Apoph.

Epaminondas, cum festum diem celebraret ciuitas, omnesque comotationibus, & libidini indulgerent, cuidam de familiaribus factus est obuiam squalidus & cogitandus. Admirante illo, cogitantemque, quid tandem esset rei, quod solus ad eum affectus modum obambulare? Ut vobis, inquit, omnibus ebrios ac socordes esse liceat. O vocem principe dignam! Tum enim maxime vigilandum est principi, cum populus maxime indulget genio. Plutar. in Græco. Apoph.

Agasicles cum sciscitaretur, quo pacto posset quis tuto imperare nullo stipatus satellitio, respondit. Si sic imperet suis, quemadmodum pater imperat liberis. Nemo unquam plura dixit maiori compendio. Plut. in Laco.

T. Vestigalia.

Alcámenes Telecri filius cuidam percontanti, quo pacto quis optime regnum seruare posset. Si lucrum, inquit, non magni fecerit. Longè latèque dissentiens à vulgo principum, qui non alia magis ratione principatum constabillire student, quàm attenuandis ciuium, & suis augendis opibus, cum iustitia & æquitas maxime reddant diurnum imperium. Plut. in Laco.

T. Delitæ.

Quinius Camillus antiquæ familiæ senator, homo delicatissimus, rebellionem moliebatur, tyrannidem affectans. Id cum Alexandro renuntiatum esset, statimque probatum, ad palatium eum rogauit, eique gratias egit, quod Reipub. cuiam, quæ bonis viuis recusantibus imponi solet, sponte reciperet. Mox ad senatum processit, atque tanti scelestis conscientia trepidum consortem imperij appellauit, in palatium recepit, ornamentis imperialibus & melioribus quàm utebatur ipse, decorauit, profectiois comitem adhibuit. Cumque imperator ipse pedibus iter faceret, imitauit & Quinium delitæ assuetum, ad laborē: quem post quinque millia passuum cunctantem, equo sedere iussit. Cumque post duas mansiones equo etiam fatigatus esset, carpento imposuit. Hoc quoque respicientem, ac imperium tædio laborum recusantem, dimisit, ac militibus, à quibus Cæsar præcipue diligebatur, commendatum, ad villas suas tuto abire iussit. Sic illi commonstrauit, quid

uit, quid esset gerere imperium. Lampr.

Saturninus, hortantibus ut imperium susciperet, ait, Nescitis, o milites, quantum mali sit imperare: Gladij ut ceruicibus immineant, hastæ undique & spicula: ipsi custodes timentur: ipsi comites formidantur. non cibus pro voluntate, non iter pro auctoritate, non bella pro iudicio, non arma pro studio. Paucissimis verbis varia principum incommoda, & pericula vulgo incognita complexus est. Bruf. lib. 3. cap. 13.

Cum sub Nerua Cocceo, Romæ promiscuè omnes ab omnibus leuissimas ob causas accusarētur, atque inde magnus tumultus exortus esset, Frontonium consulem dixisse ferunt, Malum quidem esse, imperatorem habere, sub quo nemini liceat quicquam facere: sed multò peius esse, cum omnia licent omnibus. Fulgos. lib. 2. cap. 2.

Diocletianus adhuc priuatus dicere solebat, nihil esse difficilius, quàm bene imperare. Id Flavius Vopiscus in Aureliano tradit se auduisse à patre suo, & addidit causam: Colligunt, inquit, se quatuor aut quinque simul, cōsiliū ad decipiendum imperatorem capiunt, dicunt quid probandum sit. Imperator qui domi clausus est, vera non nouit: cogitur hoc tantum scire, quod illi loquuntur: facit iudices quos fieri non oportet. amouet à Repub. quos debet retinere. Ita, ut dixit Diocletianus, bonus, cautus, optimus venditur Imperator. Bruso. lib. 3. cap. 13.

Traianus, imperatorem iuris atque iustitiæ amatorem atque cultorem esse debere, dixit: cuius ipse etiā tam fuit studiosus, ut aliquando ensē strictum Præfecto urbis in conspectu omnium dedit, atque dixerit: Cape ferrum hoc: & si rectè quidem imperium gesserō, pro me: sin autem, contra me hoc utere. Niceph. Callist. lib. 3. cap. 23. hist. Eccles.

T. *Iustitia.*
T. *Index.*

Otho Imperator Romanorum sæpenuerò dicere solebat ad suos: Nescitis amici, quid sit Romanorum gubernare imperium: mihi credite iam experto, qui iam mori malo, quàm imperare. Bruso. lib. 3. cap. 13.

Sigismundus Romanorum imperator rogatus, quem virum impetto dignum, apūmque existimaret: eum, inquit, quem nec secundæ res extollerent, nec aduersæ depimerent. Aneas Syl. Commentar. lib. 4. de rebus gest. Alph.

Idem regnandi artis imperitum esse dicebat, qui simulare nesciret. Innuit autem, multa regibus simulanda, multa dissimulanda esse, quò suos in officio contineant extra omne vitę periculum. Æneas Syl. lib. 1. comment. de rebus gestis. Alph.

T. Magnanimitas. Antisthenes Atheniens. cùm accepisset Platonem de ipso male loqui: Regium est, inquit, cum benefecis, audie malè. Excelsi profecto animi est, ingratitude hominum nõ deterren ab studio benè merendi de omnibus. Laër. lib. 6. cap. 1.

T. Lectio. Demetrius phalereus Ptolemæum regem adhortari solebat, vt sibi pararet libros de regno, deque militari imperio gerendo tractantes, cõsque diligenter euolueret, proptereaquod ea de quibus amici non audent admonere reges, in libris scripta habeantur. Laër. lib. 3. cap. 5.

T. Liberalitas. Dionysius, cum ad filium ingressus conspexisset vasculorum aureorum & argenteorum magnam vim, exclamãs, Non est, inquit, in te regius animus, qui his poculis, quæ à me tam multa accepisti, neminem tibi amicum feceris. Sentiens absque ciuium beneuolentia regnum nec parum, nec tenem. Beneuolentiam verò maximè conciliat benignitas. At iuuenis rerum imperitus, putabat esse felicius argentum & aurum, quàm amicos. Plut. in Reg. & Imper. Apoph.

T. Luxus. Menedemus Eritriensis Antigono cõsulenti, deberentne ad comestationem quandam ire: post silentium nihil aliud respondit quàm, Regis filius es. Subindicans, luxum indecorum esse regno natis. Laër. lib. 2. cap. 18.

T. Mansuetudo. Philonis dictum est, Si vis bonus esse Rex, cum fortitudine benignitatem & mansuetudinẽ serua, vt non formidolosus, sed reuerentia dignus tuis subditis videaris. Phauonius.

Seu enim imperatoris vltima verba dicuntur fuisse. Turbatam Rempub. vbique accepi, pacatam etiam Britannis relinquo, senex & pedibus æger, summum imperium Antoninis meis relinquens, si boni erunt: imbecillum, si mali. Alius Spartianus.

T. Labor. Vespasianus senior Romanorum imperator grauius feblicitans, cùm inciperetur à medicis, quod morbo correptus, nihil de quotidiana victus ratione immutaret, faceretque omnia, quæ ad principatum spectarent, respondit,

Imperatorem stantem mori oportere. Xiphilinus in eius
vita .

Traianus amicis incusantibus, quòd parum memor im-
peratoris maiestatis, nimium esset omnibus expositus, res-
pondit. Talem præstabo imperatorem priuatis, qualem
optatem ipse priuatus. Eras. lib. 8 Apoph.

Antiochus ille, qui bis exercitum duxit aduersus Per-
sas, cum in venatu quodam feras insequeretur, abertans
ab amicis ac famulis, in causam pauperum quorundam
(quibus ignotus erat) introit atque inter cœnam iniecta
mèntione regis, audiuit, quòd cetera quidem probus esset,
sed plerasque functiones mandaret amicis improbis, ipse
ad eorum facta conuiuens: tum, quòd immodico venandi
studio frequentet necessaria negligeret. Ad hæc tunc re-
ponis nihil respondit, nec quis esset prodidit, verum ubi
diluculo satellites venissent ad casam, tanque ignoscere-
tur, allata purpura simul cum diademate. Age, inquit, ex
quo vos iadui, heri primum vera de me ipso audiui. Nam
ferè hoc studio est his, qui viuunt in aulis principum, ne
quid iudicant nisi blandum auribus. Plutarch. in regum
Apoph.

Thomas Pontanus, homo multa prudentia clarus, fie-
quenter dicere solitus est, Amorem quidem inermem in-
cedere, dormire autem loriceatum. Notabat autem princi-
pes, qui licet beneuolentiam & amorem suorum non igno-
rent, habent tamè nocturno præcipue tempore, qui arma-
ti propè custodias agant, vt extra omne periculum somnum
dulcissimum capiant. Iacob. Spieg. in 2. Aeneæ Syl. lib. de
reb. gest. Alphonf.

Thales Milesius (qui primus omnium sapiens appellatus
est) interrogatus à familiari quodam suo, quidnam in om-
ni vita difficillimum vidisset. Tyrannum, inquit, senem.
Nec medius fidius iniuria. Nulla enim impetio difficilius
excitentur, quam in homines, vt etiam apud Xenophontem
est. Nullum siquidem aliud animal in pastorem suum se-
ditiosum est, vt parere nolit, præter hominem: qui in sen-
sus semper in eos, qui sibi præesse, aut imperare quærunt,
insidias meditatur, nouisque rebus studet. Lx lib. 1. Fran-
cisci Senensis de inst. Reip.

Perse adueno homines naso & amant, & pulcherri-
mos putant, quòd Cyrus, qui maxime regum omnium


“
“
T. Affabi-
litas.

“
“

T. Veritas.

“
“
“
“

T. Pruden-
tia, Cautio.



T. Diligētia. fuit amatus, aduncum habuit nasum. Dicitur autem Cyrus, imperium nemini convenire, qui quibus imperat, melior non sit. Persas autem cupientes pro sua montana, & aspera, planam molliemque regionē occupare, non permisit, quod diceret; ut plātarum semina, sic hominum vitas regionibus similes fieri. Plut. in Apoph.

A'phonsi. Alphōsus Aragonum Rex, nihil inconvenientius esse dicebat, quā si quis alius imperaret, qui suis affectibus proprius imperare prius non posset: Senties nihil perniciosius esse Reipub. quam si is, qui pravos aliorum affectus coercere debet pœna adhibita, propriis ipse affectionibus vincatur. Panor. lib. 2. de reb gest. Alphonsi.

T. Honor. Senex quidam multo vino repletus, cum suam apud Alphonsum excusare conaretur ebrietatem, dicendo, lac senum esse vinum, respondit: Sed regum cibus est honos, quem Diij immortales non otio aut luxu, sed improbis laboribus, inuitisque sudoribus hominibus vendunt. Panor. li. i. de rebus gestis Alphonsi.

T. Vestigia. Eundem solitum dicere accepimus, regum in primis studium, & officiū esse, populares suos locupletes efficere. Populibus enim ditioribus factis, nec utique reges futuros pauperes. Quoniam subditorum amor ac benevolentia, veri sunt principum thesauri, ac diuitiæ, non pecunia imperata. Panor. lib. 4. in fine.

Idem dicere solebat, eos, qui aliis præessent, tantò privatis hominibus meliores esse oportere, quātò honoribus & dignitate antecellerent. Panor. lib. 6. de reb. gest. Alph.

T. Iustitia. Idem eos demùm principes magnificandos dicere solebat, qui iustitiam probè excolerent hæc enim in quo fuerit, eius imperium æquo omnes animo patiuntur, illiusque moderationi sese etiam sponte subiciunt. Panor. lib. i. de reb. gest. Alph.

T. Veritas. Idem eum principem mitum in modum probabat, cuius simplex verbum tantum ad fidem valeat, quantū privatorum hominum iurandum. Sensit autem, non vulgarem principis virtutem esse, stare verbis, & factō præstare id, quod verbo semel promisit. Vbi supra.

T. Scientia. Idem commemorantibus, quendam ex Hispaniæ regionibus dixisse, Non decere principes viros scire literas, exclamavit, eam vocem bouis esse nō hominis. Non omnes

literæ cōueniunt principi, sed hæ, quæ politicen tradunt, aut ethicen, quæque rectè, aut secus gestorum exempla commonstrant id quod facit historia. Vbi supra.

Magistratus, Iudex.

Architas dixit, iudicem & aram idem esse: pariter enim ad vtrunque confugiunt, qui iniuria afficiuntur: sentiens tales oportere iudices esse, vt oppressis sint præsidio. Refert Aristoteles Rhet. 3.

Agyptiorum reges iuxta regionis illius consuetudinẽ iudices ad iusiurandum adigebant, vt etiam si quid Rex iuberet eos iudicare, quod rectum non esset, ne iudicarent. Tanti reſerue putabant vt populus iustos haberet iudices. Porro potentia ferociaque regia opposita est iusiurandi religio, quod adactum videri non poterat, cum ab ipsis regibus exigere tur. Plut. in Rem. Apoph.

T. Inſitia.

Philippus Macedo Machetæ cuiusdam protribunali sedens causam cognouit, sed dormitabundus, nec satis attentus ad iuris æquitatem: itaque sententiam tulit aduersus Machetam. Verum cum is exclamasset, se ab ea sententiâ appellare, Rex iratus, Ad quem? inquit: nam appellandi verbum Monarchis est iniustum. Hic Machætes: Ad te ipsum ô Rex, si expergiscaris, & attentius audias causam. At tum quidem surrexit Rex. Ceterum posteaquam causam apud se melius perpenderit, intelligeretque Machetæ factam iniuriam, iudicata quidem non rescidit, sed pecuniã, qua damnatus fuerat Machætes, ipse persoluit. Sit hoc ciuitatis, regis que moderationis: illud verò prudentiæ, quod ingenioso commento sic damnatum exemit damno, vt regiam tamen in iudicando auctoritatem non proderet, mulctam priuatim perinde quasi ipse damnatus esset, dissoluit. Plut. in Reg. & Imp. Apoph.

Cleomenes cum ex quodam audiuiſſet, bonum magistratum omnino erga omnes mitem & placidum esse oportere, respondit. Bene quidem, ita tamen ne sit contemptui: Significans clementiam nimiam perniciosam esse ciuitati. Plut. in Laco. Apoph.

Simonides Poëta, cum Themistoclis Prætoris operam pro amico in te iniqua peteret, respondit Themistocles, Nec Simonidem fore bonum poetam, nisi mensuram modumque in canendis carminibus que scribebat, curaret: nec

MAGISTRATUS, IUDEX.

se bonum Prætoiem habitum in, si legibus ac iustitiæ alii-
cuius gratiam proposuisset. Fulgof lib. 6.

Fabio iam sene, filius illius consul factus est: qui cū pu-
blicitus multis audientibus habuisset orationem, Fabius
cōscenso equo præcedebat. Quum autē iuuenis lictorem
misisset, qui patiem iuberet equo descendere, alij quidem
factum hoc auersati sunt: at Fabius ab equo desiliens, nō
habita etatis ratione, accurrit, ac filium complexus, Euge,
inquit, fili, sapi, qui intelligis quibus imperes, & quā
magnum magistratum susceperis. Plut. ad Rom. Apoph.

Bias damnatus quempiam ad mortē, lachrymatus est
misericordiam hominis & meritō deplorandam fortunam. Ve-
rūm cū dixisset quidam, *Quid est, quod defleas, cū in
tuo sit arbitrio condemnare aut liberare hominem?* respō-
dit Bias, *Necessarium quidem esse natura condolare, à le-
ge autem & iustitiæ regula discedere, perniciosum esse.*
Stob. ser. 44.

Aristides, cognomento iustus, semper suo vnus præ-
sidio fretus, Rempub. administravit: à sodalitatibus & a-
micorum potentia abhorrebat, quæ ad iniuriam alius infe-
rendam adderet animum. Abhorruit autem ab omni fa-
ctione & amicitia, ideo, ne adigeretur ad aliquid facien-
dum, quod iustum non esset, aut cogeretur abstinere ab
eo, quod iudicasset Reipub. conducere. Plut. in Apoph.
Græco. Imper.

Idem quendam reum accusauerat. At cū iudices post
Aristidis accusationem nolent audire reum, sed protinus
ad suffragia, quibus eū damnatum erant, properarent: Ari-
stides supplex pro reo intercessit ad iudices, vt eum iuxta
legum præscripta diligenter audient. Tanta erat in vno
legum æquique obseruatio. Plut. in eius vita.

Heraclitus Ephesius Rempub. vt deploratam contem-
psit, eique dare leges (cum rogaretur) recusavit. Secessit au-
tem in templum Dianæ, ibique cum pueris ludebat talis.
Circumstanti & admiranti populo, Perditi, inquit, an non
præstat hoc agere, quā vobiscum Rempub. administra-
re? Laër. lib. 9. cap. 1.

Chrysippus rogatus cur non administraret Rempub.
dixit: *Quia si quis malè rexit, displicebit Deus: sin bene,
ei iudicabit.* Stob. ser. 43.

Cleon, cū primum statuisset Rempub. capere,

amicis in vnum locum conuocatis, eam, quæ ei cum illis intercesserat, amicitiam dirupit: tanquam quæ in administratione ciuitatis rectum ac iustum institutum emolliat, & transuersum agat. Antonius in Melis. par. 2. ser. 1.

Alphonfus Aragonum rex magistratum, cotem appellare solitus est, quo hominum ingenia probarentur. Magistratus enim (vt communi prouerbio celebratur) vitium indicat. Est autem sensus, vix satis perspici posse mores & ingenium in vita hominis priuata. Panor. lib. 3.

Socrates dicere solebat, absurdum esse, cum artes manuarum nemo exerceat, qui eas non didicerit, neque quisquam aliquid faciendum locet ei, qui eius officij sit planè ignarus: ad publicos magistratus admitti eos, qui rerum omnino rudes essent. Fiat. lib. 3. Apoph.

Chylon Lacedæmonius fratri querenti quod Iphorus ipse non crearetur, cum ille esset: I go, inquit, iniuriam ferre noui, tu non. significans neminem esse idoneum magistratum, qui non possit dissimulare multa præter æquum & bonum facta. Laet. in Chylonis vita. *T. Mansuetudo.* *T. Patientia.*

Alexander Seuerus, honores iuris & gladij nunquam vendi passus est, dicens. Qui emit, & vendat necesse est. Hoc Lethicus, & iuuenis quid iam decet principes christianos? Lampridius, & Brus. lib. 4. cap. 5.

Cato senior censuram petens, cum cæteros competitores videret supplices, populoque blandientes, ipse clamabat, populo opus esse medico austero, validisque remedijs: pro in eligendum, non qui iucundissimus esset, sed qui inexorabilis. Atque hæc dicens, ante omnes Censor creatus est. Agnouit populus morbum suum, eoque Cato plus valuit obiurgando, quam cæteri blandiendo. Plut. in Rom. Apoph.

Themistocles Neoclis filius, audiens quosdam ambire magistratum: Si mihi, inquit, duas ostenderetis vias, quarum vna ad infernum, altera ad tribunal duceret, multò libentius tenderem eam, quæ recta ad infernum tenderet. Non ignorauit sanè vii sapientissimus, quantæ curæ, molestiæque eos sequerentur, qui magistratum rectè administrare debent.

Demosthenes ad iuuenes quos habebat familiares, dicere solebat, sibi gnaro iam, quantum inuidiæ, metus, calumniæ, ac discriminis sit expectandum ad Rempub. acceden-

MUNERA QUAE EXCAECANT IUDICES.

ti, si ex duobus alterum sit eligendum, citius in exilium iturum, quàm ad suggestum ac tribunal. Eias. lib. 4. Apoph. ex Plutarc.

T. Iustitia. Cato senior, dicere solebat, se malle pro collato beneficio nullam reportare gratiam, quàm pro maleficio perpetrato non dare poenam. Significans nihil esse magis pernitiosum, quàm si improborum mores poena non coëccantur. Plut. in Rom. Apoph.

T. Iustitia. Idem etiam dicebat, eos magistratus, qui maleficos poenis non coëccerent, non tantum non ferendos, sed lapidibus obiuendos esse: ne ex poenæ neglectu salus Reipubl. labesieret. Plut. vbi sup.

Demosthenes cum audiret quosdam, qui in Republ. euehi cuperent: Omnia difficillimum esse dixit, vt hi qui potestatem habent in multos, multis placeant. Stob. Ser. 23.

Pausanias Macedo adolescens forma & genere praestantissimus, stuprum per vim & iniuriam ab Attalo petulit: quo etiam uero ingurgitatus, & in conuiuium perductus, conuiuium libidini, tanquam vulgare scortum propositus est. Hanc indignitatem cum iniquo animo ferret Pausanias, regi Philippo detulit: Rex vero variis frustrationibus eum ludibrio habuit, & Attalum digniore militia honestauit. Qua iniuria percitus Pausanias, iram in Regem coëuertit: & ultionem, quam ab aduersario non poterat, ab iniquo iudice exegit. Nam cum in nuptiis Cleopatrae Attali filiae medius inter duos Alexandrum filium & generum sederet, nihil eiusmodi timentem interemit, & diem latitiae regio funere polluit: planeque docuit, quae elus subditorum neuiquam contemptui habendas esse. Ex lib. 6. de inst. Reip. Franc. Senens.

T. Iustitia.

Munera quae excacant iudices.

Alexander Seneius Vetronium Thurinum familiarē, quod iis, qui petebant aliquid à Cæsare, vendidisset suum patiocinium, mentiens interim multa, conuincendum curauit, & conuictum damnatumque in stipite alligari iussit, supposito igni ex humida materia, praecone clamante, Fumo punitur, qui fumos vendidit. Alius Lapidius.

Phocioni cum centum talenta Alexander dono misisset, adferentes interrogauit, Quamobrem ex tanto Athenien-

Cum numero sibi soli ea mitteret: Illi responderunt, Quoniam solum ipsum rex existimaret bonum esse virum. Quin igitur me posthac bonum esse permittat, dixit: & pecuniam remisit. Sensit autem non esse boni viri, subire famae periculum ob accepta munera. Stob. Serm. 35.

Alcamenem cum quidam interrogasset, quamobrem munera à Mefenus oblata ita recusasset? Quoniam si recepissem, inquit, cum legibus pacem habere non poteram. O mentem rege dignam, quae magno obuióque lucro legum autoritatem anteposuit! Et ubi sunt interim, qui clamant, quod principi placuit, legis vigorem habet: & principem quidem dare leges, ac non tenei legibus? Plutarch. *T. Iustitia.*

Philippus Macedonum rex quoniam pleiáque perfecit dando potius quam bellando, iactatum est in illum, Non Philippum, sed Philippi aurum subegisse Græciam. Eras. 6. Apoph. *T. Liberalitas.*

Epaminondas cum legati venirent ferentes munera animo corrumpendi, ad prandium eos venire iussit prius, ut in eodem causam aduentus indicarent. Apposita est igitur mensa vilis, bibebantque vinum acidum. Subridens igitur Epaminondas ad legatos ait, Abite, & domino vestro mea prandia narrate, quibus me contentum non facile suis muneribus ad prodicionem alliciet. Stob. Ser. 1. de prudentia. *T. Frugalitas.*

Cum Aitaxerxes Persarum rex eidem tria Darioorum millia misisset, Diomedontem Cyzicenum asperius incieperat, si tantam nauigationem suscepisset, corrupturus Epaminondam, cumque iussit hæc verba ad regem referre: Si fauet commodis Thebanorum, habiturus est Epaminondam amicum gratis: sin minus, hostem. Quid hoc animo incorruptius, non aliò spectante quam ad patriæ comoda: Plutar. in Græcorum Apoph. *T. Fortitudo.*

Phocion cum à Menillo oblatam pecuniam remisisset, rogatus ab illo causam, cui saltem filio sumendam non permitteret, respondit: Si filius vitam moris que composuerit, viuet ille quidem paterna hæreditate contentus: si vero prodigus & immodestus fuerit, ne argentum quidem hoc satis futurum est. Hist. lib. 1. cap. 9 & lib. 5. cap. 22. *T. Prodigalitas.*

Alexander ad Xenocratem legatos misit cum aliquot talentis: quos ille in Academiam perductos, parca tenuique cena excepit. Postudiè interrogantibus cui vellet annu- *T. Frugalitas.*

merari pecuniam. Quid, inquit, itane vos hesternæ cenæ non intellexistis, me pecunia non indigere? Laer. li. 4. c. 2.
T. Frugalitas. Samnites, posteaquam à Curio devicti essent, venerunt, magnam ei vim auri afferentes. Verùm Curio cùm fortè ad focum sederet, & ex cado ligneo rapas comederet, Samnitum legatis respondit, Nihil opus est auro tali cœnantæ cœnam. Brus. lib. 5. cap. 22.

Contra avaritiam. Caius Pontius Samnis aiebat, Utinam ad illa tempora fortuna me servasset, & tunc essem natus, quando Romani dona accipere cœpissent: non essem passus diutiùs eos imperare Cic. lib. 1. de Offic.

Respublica.

T. Delicia.
T. Avaritia. Licurgus quidquid erat rerum superuacanearum è civitate exciendum curavit: ad id ut nec negotiator, nec sophista, nec vates, nec circulator, nec lautiarum artifex Spartam ingrederetur. Nec enim passus est illic esse pecuniam talibus vtilem tantum ferream monetam cudit, quæ pondere Aegineticam æquabat, valore æreos quatuor. His remediis expugnauit avaritiam. Plut. in Lacon.

T. Avaritia.
T. Luxus.
Delicia. Cùm pecuniæ essent in Lacedæmoniorum regionem cõuectæ, qui eas importabant, morte damnati sunt. Siquidem Alcament ac Theopompo regibus hoc oraculum erat redditum: Pecuniarum amor Spartam perdet: Nihilò seciùs tamen Lysander, devictis Atheniensibus, magnam auri, argentique vim inuexit: nec solùm pecunias receperunt, verùm etiam ipsi viro honos est habitus. Proinde Sparta donec Licurgi legibus vteretur, nec à iureiurando recederet, sexcentis annis in Græcia primas tenuit, & legum æquitate, & gloria. Cæterum cum ab his paulatim defluerent, inundaretque obiter diuitiarum amor, & avaritiæ malum, non solùm ob hæc decreuit illorum potentia, verùm etiam quibus antea sociis & amicis in bello fuerant vti, eos inimicos habere cœperunt. Porro cum ita se gererent, tamen post Philippi Macedonis in Chœronea victoriam (quanquam Græci ceteri omnes illum imperatorem terra pauca ac mari declarassent, ac post hunc Alexandrum filium euectis Thebanis) soli Lacedæmonij, tametsi civitatem haberent nullis cinctam muris, essentque non modo perpauci propter assidua bella, sed multò quàm antea imbecilliores, quoniam adhuc seruabant admodum exiguas

POTENTES, POTENTIA.

Aristidi erat similtas cum Themistocle. Huic cum delectus esset collega ad peragendam legationem, Vis (inquit Themistocles) ut in his montibus similtatem deponamus? Nam si videbitur, reuersi illam resumemus. Priuatos affectus publicæ posthabuit utilitati. Ex his enim ferè omnis humanæ vitæ perniciës nascitur. Plut. in Græco. Apoph.

T. Frugalitas.

Demades orator prandens apud Phocionem cum apparatus admodum tenuem uideret, Demiror, inquit, ô Phocion te Rempu. administrate, cum possis ad istum prandere modum. Bis etians, & quod lucii tantum causa putaret adendum Rempubl. & quod luxum probaret in eo, cui maxime conueniebat sobrietas. Sed Demades alios è suis moribus æstimabat. Erat enim & pecuniarum audus, & luxui deditus. Eras. lib. 6. Apoph.

T. Iustitia.

Solon Rempub. duabus rebus contineri dicebat, premio & pœna. Bruso.

Ti. Pietas in patriam.

Lacæna cum filium in pælium misisset, & interfectum audisset: Idcirco, inquit, genuerim, ut esset, qui pro patria mortem non dubitaret occumbere. Cic. i. Tusc.

T. Sup.

T. Iustitia.

M. Cicero Philip. 2. ait, Duo hæc opto, ut moriens populum Romanum liberum relinquam: hoc mihi maius à Diis immortalibus dari nihil potest. Alterum, ut ita cuique eueniat, ut de Rep. quisque mereatur.

Potentes, Potentia.

Pompeius Magnus, cum ex literis Senatus intellexisset, omnia, quæ Sylla armis obtinuerat, in ipsius potestatem esse tradita: populi suffragis centuriatis percussio fœmore dixit, Proh nunquam finienda pericula: quanto fatius erat obscurum nasci, si à militaribus curis nunquam dabitur recedere: nec hac exuto inuidia, licet cum vxore in iure vitam degere? Magnam potentiam ambit inexperitus, odit expertus: sed deponere tutum non est. Plut.

T. Diuitia.

Solon dicebat opulentiam esse matrem saturitatis, saturitatem ferociæ atque violentiæ. Diuitias comitatur luxus: luxus exit in tyrannidem, dum fœnum migrat in cornua. Laert. lib. 1. cap. 3.

Dionysius senior Syracusanorum tyrannus, cum filium reprehenderet, quod Syracusani cuiusdam eius vxoris vim intulisset, atque inter alia diceret, Si vnquam audi-

uisset, à se rem similem factam fuisse? Filius eo tempore respondit: Id accidit, quod nunquam patrem regem habuisti. Hinc liquet, potentiam flagitiis multis occasionem præbere. Fulgof. lib. 7. cap. 3.

Nobilis, Nobilitas.

Eumenes insidiis petitus à Perseo, credebatur extinctus. Is rumor cum Pergamum esset perlatus, Attalus eius frater imposito sibi diademate, ductaque fratris vxore, regnum occupauit. Cæterum cum audisset illum viuum, vt solebat, profectus est illi obuiam vnà cum satellitibus, hastam gestans. Eumenes autem amanter eum amplexus dixit in aurem, Ne festines ducere, priusquam mortuum videris: nec præterea per omnes vitam vllam offensi animi significationem vel dicto vel facto dedit: quin etiam moriens fratri & vxori regnum reliquit. Cuius animi memor Attalus cum multos ex se liberos haberet, nullum tamen regno educavit: sed Eumenes filio, posteaquam adoleuisset, adhuc viuens principatum tradidit. Nescias quid in his duobus fratribus laudare prius debeas, an alterius comitatem & clementiam, an alterius verè germanam nobilitatem, & animi gratitudinem. Plur. in Reg. Apoph.

T. Clemens

tia.

“

“

“

“

“

Ti. Grati-

tudo.

“

“

“

“

Sociates opes & nobilitatem non solum nihil in se habere honestatis, verum etiam & malum omne ex his oborti dicebat. Laert. lib. 2. cap. 5.

Antigonus Rex Bionem de ignobilitate criminatum, interrogauit, Quis, & cuius es? vbi tua ciuitas est? vbi sunt tui parentes? Cui Bion respondit, Atqui ô rex benè facis, cum indiges sagittariis, quòd non interrogando genus, sed scopum proponendo, optimos illorum tibi deligis. Sic igitur amicos explora, non vnde nati, sed qui & quales sint. Stob. Ser. 84.

Cum quidam Alphonsum Aragonum regem hoc nomine plurimum commendaret, quod ex antiquissima & nobilissima regum familia originem duceret, ille contra respondit, Nihil esse quod in vita minoris ipse duceret, quam quod ille tantum facere videretur. Laudem enim illam non suam, sed maiorum suorum esse: quippe qui iustitia, moderatione, atque animi excellentia sibi regnum comparassent successoribus quidem oneri regna cedere: & ita

demum honori, si virtute potius quam testamento illa suscipiant. Panor. lib. 2. de reb. gest. Alphon.

Plato philosophorum sapientissimus, & qui eum secuti sunt, à quibus parum admodum Aristoteles aberrat, quatuor nobilitatis species facit. Primam eorum qui clavis iustisque maioribus orti sunt secundam eorum, quorum parentes potentes, ac principes extiterunt tertiam eorum, quorum maiores domum militieque aliqua illustriore gloria claruerunt. Quartam nobilitatis speciem facit eam, quam omnium excellentissimam esse ostendit: cum quispiam animi ingenuitate & magnitudine excellit, suaeque laudis virtute nititur: & hunc verum nobilem appellandum censet, cui non aliena sed sua virtus ad gloriam opitulatur. His autem quatuor speciebus quintam etiam addit Aristoteles, eorum scilicet qui illustriore aliqua disciplina claruerunt: & iure optimo nam non modo se familiamque suam clariorē reddunt verum etiam vires ac prouincias è quibus oriuntur sunt, illustrant. Ex Frā. Sen. lib. 6 de instit. Reip.

Vulgus.

Demosthenes inter fugiendum fertur, subinde respiciens ad arcam Palladis, sublatis manibus dixisse. O Pallas urbium domina, cur tribus infauissimis bestis delectaris, noctua, dracone & Populo Noctua, cum sit auis inauspicatissima, tamen Palladi sacra est: quemadmodum & draconem habet pro gestamine: populus autem bellua est multorum capitum pessimam gratiam referre solita optimè de se meritis. Ut Sociati, Aristidi, Phocioni, &c. His quidem verbis ille vir eloquentissimus non modo grauitate, ut debuit, in populum inuectus est, sed eius etiam naturam & ingenium sapienter explicauit, cum eum cum noctua ac serpente coniungens. Nulla enim noctua sic luce Solis, ut multitudo splendore virtutis offenditur. Nullus draco tam vastus & immanis est, qui sit confutendus cum feritate populi, multiplici lapsu & impetu luente omnia peruenientis. Oros. li. 2. de Gloria.

Lycurgus Lacedaemoniorum legislator cum omnem Lacedaemoniorum Rempublicam saluberrimis legibus reformasset corruptissimosque populi mores castigasset, malum mercede hinc reportant. Cives enim indigne omnia ferentes, laxa in illum mittebant, & lapidibus obruissent, nisi per forum fuga clapsus fuisset. Magna profecto populi in gratitudo erat, qui hanc vitam orbare cupiebant, a quo legibus bene instituta

esset Resp. & omnium quæsitæ laus. Plu. in Lac. apop.

Polyclerus insignis statuarius eodē tempore duo simula-
chra fecit, alterū ad arbitriū plebis, alterū iuxta peritię ar-
tisque normā Grauificat' verò plebi hoc modo est. Ad sin-
guloꝝ accessum, transposuit & cōmutauit aliquid, morem
gerēs vniuscuiusque volūtatī. Itaq; proposuit vtrūque: &
alterum qui se oēs admirationi, alterū ludibrio ac risui ha-
buerunt Respondens autē Polyclerus: At hoc quidē quod
vituperatis, & reprehēditis à vestra arte profectū est. quod
verò suspicatis, ego mea facultate sum fabricatus. Hinc ap-
paret, quā præposterum & corruptum sit ferē iudis vul-
gi iudicium. ã lia. li. 14. de var. hist.

Aristides procurator fisci, quod munus sanctissimè ges-
serat, tamen à Themistocle delatus est, ac repetundarum
damnatus. Sed optimatum fauore, non solūm illi mulcta
remissa est, verum etiam eidem redditus est muneri: quod
per simulationem sic administrauit, vt omnia pristina se-
ueritate, lenē se faciliēque præberet iis qui publico malo
gaudent ditescere. Horum opera factum est, vt populus
tenēdū munus summis fauoribus idem deficeret Aristidi. Tū
ille: Ob integ' gestum munus damnastis. nunc, quoniam
præter æquum multa concessi ciuitatis expilatoribus, ho-
nore dignū iudicatis. Hoc igitur honore delato, plus mihi
de deonis afferri puto, quā damnato ac mulctato inoga-
stis. Notat, quibus artibus posset fieri gratosus apud po-
pulum, nisi maluisset iustus esse, quā plausibilis. Hoc di-
ctō notauit vulgi peruersum iudicium, quod ea quæ pro-
futura essent Reip' vbique damnat: quæ nocent, summis
euchit laudibus. Plut. in Themisto.

*T. Iustitia
inuisa.*

Sociates eos qui multitudinē impetū fidē habent, aie-
bat perinde facere, ac si quis tetradrachmum vnum con-
tinnens, teneret: & acerrimum ē similibus congestum pro-
bare, reciperetque. Cui non fideres soli, ei nihilo magis
fidendum est in turba similitum. Nec enim refert quā
multi sint, sed quā graues. Nummus adulterinus etiam
in quouis magnō acervo adulterinus est. Hoc aduersus
turbam testium, & inde est vulgi iudicia Laert. lib. 2. ca. 5.
Hinc meritō Quintilianus oratorum sortem miseratui,
cū in concione dicturi sunt. Ille, inquit, timendus in tur-
ba, quem cum videris solum despicias.

Athenienses cū oraculum contulissent, responsum

est, In ciuitate vnū esse virum, qui cunctorum sententiis aduersaretur. Verum cū populus vociferans, iuberet hominē tam perniciosum inquiri, Phocion philosophus clamans ait: Non est opus viri Atheniēses, vt inquiratis: Ego enim is sum, cui vestra vita, vestri que mores displicēt: mira enim erat multitudinis in omnia vitia licētia. Honesto igitur zelo ductus philosophus, illud quod verū erat, impaudē dicere ausus est. Verū ab Atheniensibus deinde dānatus, & capite plexus est. Nec satis erat crudeliter tractasse viuum: edixerunt etiam, ne à suis tangeretur, nec sepeliretur. Plut. in Græc. apoph. & in eius vita.

Antisthenes, cū quodam die theatrum ingrederetur, ipse aduersus populum nitens ingrediebatur. Interrogatus autē, quamobiē id faceret? Hoc, inquit, in omni vita facere studeo. Sētiens hoc sapientis esse viri, in omnibus actionibus à multitudine dissidere: propterea quòd vulgus hominum cupiditatibus agitur, non ratione. Laert. lib. 6.

Phocion quodam die orationem habens apud Atheniēses, placebat omnibus. Cūque videret ab omnibus pariter seimonem approbati, conuersus ad amicos, Quid (inquit) nū mali quippiam dixi imprudens? Adeò persuasum habebat, nihil placere vulgo, quod à iecto iudicio proficisceretur. Plut. in Græco. apoph.

Themistoclem cū Athenienses contumelia afficerent, in quos multa contulerat beneficia, aiebat se similem esse platani, sub quaiū vmbra accurrunt homines afflicti tēpestate, & eandem, simul vt abiit tempestas euellunt. Sensit vir prudentissimus, vulgi mores esse, vt in belli periculis implerent opem fortium virorum, in pace verò contemnant. Plut. in Græco. apoph.

Hippomach' fistulicē, cū discipulus suus aberraret ab arte inter fistulandum, & nihilominus plausum auditoriū assequeretur, percussit eum baculo, dicens: Perperam fistulasti nā alioqui hi tibi nō applaudeēt. Ælia. lib. 14. de var. hist.

Polycaipus, cū fidei suæ rationē Herodi Procōsuli reddere paratus esset, diēque postularet, quo cū Procōsule agere posset: Procōsul voluit vt corā populo se excusaret. Cui Polycaipus: Non faciā, inquit, cū principibus & potestatibus honos debeat, modò Deo non sit contrarius: populo autem fuenti satisfacere nemo possit. Euseb. lib. 4. Ecclesi. histo. cap. 15.



SECUNDA CLASSIS IN
qua virtutum & vitiorum loci
collocantur.

VIRTUS.



IOGENES dicebat, homines summa cura, quæ faciunt ad viuendum, perquirere: sed quæ ad benè viuendum conducant, nihili pendere & negligere. Stob. serm. 2.

Isocrates Rhetor videns ex discipulis quædam agri sui colendi studiosum, cæterum in exornandis moribus desidem: Vide, inquit, ne agrum mitiorem cultiorémque faciès, tu incultus animo ac agrestis prorsus euadas, Stobe.

Lampis negociator interrogatus, quomodo sibi parasset diuitias: Magnas, inquit, haud difficulter: exiguas verò, cum labore ac tardè. Sentiens, initio paulatim magnæque vigilantia corradi pecuniam: cæterum parata iam ingenti sorte, facilè esse amplis lucris ditescere. Plut. in libello. An seni sit capessenda Respub. Hoc dictum ad virtutis studium traduci rectè potest: quæ initio quidem paulo difficilior, hac verò difficultate superata, ad cætera omnia facilis aditus est.

Diogenes bonos viros dicebat esse Deorum simula- *T. Liberali*
chra. Deorum autem, cum sint optimi natura, propriû est, *tas.*
benefacere omnibus, nocere nemini. Laer. 6.

Aristippus interrogatus, quid esset admirandum in vita? *Ti. Societas*
Vir probus & moderatus, respondit: quoniam etsi inter *improbos,*
multos improbos agat, nõ tamen peruertitur. Stob. ser. 35.

Alphonfus Aragonum rex audiens ab agricultoribus mala punica, quæ natura acris essent arte & diligentia fieri dulcia, Cur non etiam nos, inquit, ciues & populares nostros ingenio malo prauoque præditos, industria & labo-

re meliores reddimus? Innuit autem populi mores vix esse tam prauos, quia ritè gubernantis studio, labore, & industria meliores reddi queant. Panor. lib. 4. de reb. gest. Alphonfi.

Agathocles figulo patre natus fuit. Is verò cùm Sicilia potitus esset, réxque declaratus, solitus est in mensa fictilia pocula iuxta aurea ponere, eaque iuuenibus ostèdens dicere, Cùm antea talia fecerim (commonstratis fictilibus) nunc per vigilantiam ac fortitudinem talia facio, commonstrans aurea. Non puduit pristinae fortunæ, sed gloriose existimauit regnum virtute partù, quàm si hæreditate obuenuisset. Nam regem nasci, nihil magni est: at regno dignum se præstitisse, maximum est. Plut. in Reg. Apoph.

Antisthenes dicebat, virtutem esse armaturam, quæ detrahi non posset. Ensis enim & Clypeus excutiuntur: sapiens autem ac virtute præditus nūquam non armatus est, eoque vinci non potest. Laert. lib. 6. cap. 1.

Idem dicebat virū iustum pluris faciendū quàm cognatum. Astrictiora enim sunt vincula virtutis, quàm sanguinis. Et omnis bonus bono proximo cognatus est, propter animorum similitudinem. Laert. lib. 6. cap. 1.

Diogenes quoniam Cynicus erat, canis dictus est: & hoc vitæ genus à multis laudabatur, nemo tamen imitabatur. Itaque dicere solitus est, se canem esse laudantium, sed laudatorum neminem cum laudato cane audere venatum ire. Laert. lib. 6.

Socrates cùm aliquādo in colloquiū cum Theodora meretrice formosissima venisset, ad Socratem dixisse increpatus fertur. Ego quidem ô Socrates multū tibi præsto. Nā cùm tu neminem ex meis à me possis abalienare, ego, cum libi tum est, tuos omnes à te voco. Cui respondit Socrates. Non mirum quidem est hoc. Tu siquidem ad decliuē tiamitē omnes rapis: ego verò ad virtutem cogo ad quam arduus, & pleiisque insolitus est ascensus. A lia. lib. 13. de var. hist.

Alphonfus Aragonum rex percontatus à suis, cur sine satellitibus sæpenumerò incederet, se innocentia associatum incedere respondit. Innuit autem Rex prudentissimus, cū demum benè munitum esse ab iniuria, qui propriam innocentiam habet comitem: eos verò nullibi esse tutos, qui malè sibi conscij, etiam pericula sibi fingunt, vbi pla-

nè nulla sunt. Panor. lib. 1. de reb. gest. Alphon.

Zeno cum ascenderet in theatrum, cithara canente Amce-
beo, versus ad discipulos dixit: Eamus ut pernoscamus
quã vocem, quẽmque concentum edant intestina, nerui,
ligna, & ossa, quibus adest tractatio, numerus, & ordo.
Quod si in rebus inanibus tantũ valent illa; quantũ plus
valebunt, si in omni hominis vita seruentur. Laer. li. 9. c. 5.

Intentio in opere virtutis.

Plato Atheniensis, cum à Dionysio fastidiretur, popos-
cit congregandi copiam, ea data, hunc in modum dis-
seruit. Si quem sentires in Siciliam appulisse hoc animo,
ut tibi malefaceret, qui tamen non data opportunitate,
nihil mali faceret: an hunc impunè dimitteres? Cum Dio-
nysius respondisset, Nequaquam ò Plato. Oportet enim
hostium non facta solum, verum & animi propositum vl-
cisci. Plato subiecit. Tum si quis tibi benè volens venisset
in Siciliam, ut tibi boni quippiam adferret, non facit au-
tem, destitutus occasione, num par esset hunc nulla relata
gratia contemptum abicere? Dionysio percontante quis
esset ille? Aeschines, inquit, vir morum sanctimonia cum
quous amicorum Sociatis conferendus: & qui possit di-
cendo meliores reddere, cum quibus habeat consuetudi-
nem. Is cum multum maris emensus adnauigauit, ut suam
philosophiam tibi impertiret, hætenus neglectus est. Hęc
tam comoda oratio effecit, ut rex & Platonem, cui prius
erat infensor, amplecteretur, & Aeschinem splendide ma-
gnificèque tractaret. Laer. lib. 3. Hoc exemplo liquet, inten-
tionem propositumque in omni opere siue bono siue ma-
lo maximè spectandam esse, siue probare aliquid, siue im-
probare velis.

*Virtutis modus, videlicet ut rectè quæ rectè
sunt exequamur.*

Rusticus quidam, videns ad regem Artaxerxem varia
defecti donaria, nec aliud habens quod largiretur, v-
trâque caua manu haustam à proximo flumine aquam, il-
li obtulit vultu alacri. Rex lætatus, iussit illi dari phialam
auteam, ac mille Dariens donauit hominem. Plut. in reg.
Apoph. Hoc exemplo colligere possumus, non modò



CONSCIENTIA BONA ET MALA.

virtutis opus, sed multò magis operantis animum & alacritatem à Deo probari, qui hilarem datorem diligit. Sic viduæ duo æra minuta plusquam ingentia diuitum munera grata habuit.

Pambus, cum apud Athanasium esset Alexandriae, & videret mulierem theatralem, fleuit: & interrogatus à presentibus quare fletet. Dux, inquit, res me mouet: vna, quæ est illius perditio: altera verò quòd ego non tantum studeo placere Deo, quantum hæc, vt turpibus placere possit hominibus. Tripart. lib. 9. cap. 1.

Conscientia bona & mala.

Perianther interrogatus, quid esset libertas: Bona conscientia dixit. Stob. ser. 22.

Chilon Lacedæmonius sæpenumero in ore habebat, dandum turpi lucro semper præferendum esse. Illud enim semel dolere, hoc semper. Res amissa exiguo tempore dolet: scelestus autem conscientia semper cruciat animum. Laert. lib. 1. cap. 4.

Diogenes Cynicus neminem magis à timiditate liberum, & re vera animum esse dicebat, quàm illum, qui nullius mali sibi conscius esset. Stob. ser. 22.

Pythagoras neminem tam audacem esse dicebat, quem mala conscientia non faciat timidissimum. Non quiescit enim animus malè conscius, sed ab omni etiam vento paueat. Stob. serm. 22.

Idem dicere solebat, virum iniquum plus mali pati afflictum conscientia, quàm eum qui corpore castigatur, & creditur. Multò quidem grauiores sunt animi malè sani, quàm corporis morbi. Stob. vbi sup.

Pythagoricus quidam philosophus coemens sibi à sutore calceos, non promptam habens pecuniam, orat vt in crastinum expectet diem: quò cum venisset satisfactorius, audit sutorem iam defunctum esse. Non faciens igitur mentionem pecuniæ, nummos non inuita manu domum gratulabundus de facto iam lucro retulit. Verum cum scelestis conscientia subinde torqueretur, acceptam pecuniam in sutoris domum proiciens, ait: Tibi viuit, qui aliis defunctus est. Laert. lib. 6. apoph. Quid hoc in loco Christianus homo dicet, qui multis flagitiis, multoque ære alieno oppressus, altum dormit?

Ti. Libertas.

T. Avaritia.

Ti. Fortitudo.

T. Timor.

T. Peccatū.

Ti. Restitutio.

Vitium, Peccatum.

Diogenes cum in Stoicorum gymnasio retrorsum incederet, ridentibus nonnullis: Non vos, inquit, pudeat viuendi iter facere retrogradum: mihi verò deambulando tantum id facienti vitio dare. Stob. ser. 2. de imprudentia.

Timon ille, qui ab odio hominum Misanthropos Graecis vocabatur, interrogatus, cur omnes oderet homines: Quia, inquit, merito improbos odi, reliquos autem, quia improbos non oderunt. Max. ser. 6.

Rogerus Pallantiae comes, amplissimo ac ornatissimo genere natus, impiger vir, & manu promptus, cum Alpho- sum adiens, diceret, in animo sibi esse Ioannem Castellae regem, ipsius hostem, contempto omni periculo confedere, foreque id sibi si modò annuat, factu perfacile. Nò per scelus, sed virtute gloriam quærendam esse, respondit Alphonfus. Se enim non solum pro Castellae ac Hispaniae dominationi, sed ne pro totius quidem orbis imperio adipiscendo, tam crudele ac detestabile facinus permissurum. Panor. Lib. 2. de reb. gest. Alphon.

T. Honor.

Tit. Dilectio
inimicorum.

Simili quodam modo respondisse dicitur exuli Florentino, Cosmam Medicem occisurum pollicenti, si triginta non amplius manu militum à rege iuuaretur. Longè quidem ampliores, & acriores hostes sese & habuisse & habere dixit, quam Cosmas esset: quorum morte, vel regna consequi se quidem potuisse, sed abstinuisse à scelere. Panor. lib 2. de reb. gest. Alphon.

Occasiones peccatorum.

COtys, cum esset natura celer ad iram, seuusque castigator eorum, qui in ministerio deliquissent, hospes quidam, ad illum detulit vascula fragilia tenuaque, sed scite cuiusque elaborata. At is hospiti quidē dedit munera, ceterum vascula omnia confregit: demirantibus cur id faceret, Ne, inquit, seruiam in eos qui fracturi erant. Prudentis est, naturæ suæ morbum agnoscere, & vitio matrem praeripere. Plutar. in Reg. apoph.

Ti. ira.

Societas bonorum aut malorum.

THemistocles prædiū vèdens, præconē diuulgare iussit, quod vicinum quoque bonum habebat. Non parum enim refert, qualem vitium tibi vicinū habeas. Sto. ser. 35.

TENTATIO. BLASPHEMIA.

Antisthenes philosophus dicere solebat, bonum virum molestam esse sarcinam. Nam sicut insipientia benè fertur & leuiter: sic prudentia grauius incumbens, premit vehementer suoptè pondere, nec facillè potest excuti. Philo Iudæus lib. *Quod omnis probus liber.*

Tentatio.

CRates Thebanus conspicatus adolescentulum athleticum, vino, carne, & exercitatione corpulentiorē fieri: O miser, inquit, desine aduersus te ipsum carcerem munire. Max. monachus. Serm. 27.

T. Prudentia.

Chilon Lacedæmonius frequenter dicere solitus est, Caue tibi ipsi, & caue te ipsum. Quorum primò admonuit cautè agendum esse cum hominibus, ne fraude circumventi decipiamur. Deinde vnumquémque sibi suspectum esse oportere. Omnes enim ferè cauent sibi ab aliis: tamen interdum nemo magis hostis est homini, quàm homo sibi ipsi. Laert. in vita Chilonis.

Blasphemia.

POlycarpus martyr ab Herode proconsule admonitus, vt iuraret fortunam Cæsaris, & conuitia diceret in Christum, respondit, Octoginta & sex annis seruo ei, & nihil me læsit vnquam: qua igitur conscientia maledicere, & blasphemare regem meum, qui salutem mihi dedit? Euseb. Lib. 4. Eccles. hist. cap. 15.

Epicurus dicebat Si mortalium omnium votis Deus responderet, propè futurū esse, vt vniuersum genus hominum pereat. Quandoquidem videre est, tantas vicissim tamque diras & exitiales imprecationes hinc inde vulgò effundi. Stob.

Spes.

BIon Boristhenites dicere solebat, impietatem malam esse contubernalem fiduciæ: & adiciebat versiculum Euripidis.

Seruum facit quomnis feroculum virum.

Tit. Conscientia.

Sensit autem philosophus clarissimus, nullam omninò securitatem habere locum, vbi malè sana sit conscientia: nec apertè posse loqui, cui reuera impietatis vitium potest obici: nec siui tranquillitate animi, qui Deos sibi non

habet propitios. Laërt. lib. 4. cap. 7.

Bias rogati cuiusnam, quid esset dulce hominibus, Spes, ait. Brusus lib 6 cap 2.

Democriti circumfertur talis sententia, Spes rectè sapientium voti compos fieri potest: insipientium verò impossibilis ex. Stob. ser. 108.

Socrates philosophorum sapientissimus dicere solebat: *T. Labor.*
nec mulierem sine viro, nec spem bonam absque labore
quicquam utile parere. Stob. Serm. 108. “ ”

Plato dicere solebat, spes esse vigilantium somnia. Ad quod alluisse videtur Vergilius, cum ait,

An qui amant, ipsi sibi somnia fingunt?

Cato senior de spe sic prædicasse narratur, autore Plutarcho, quòd quæ magna essent, pusilla faceret: quæ pusilla, proisus nulla: sentiens, opinor, de periculis. Victoriæ namque spes extenuat omnia. Erasmus.

Amor.

Themistocles Atheniensis filium suum quem mater adamabat, & in deliciis habebat, plurimum omnium Græcorum posse, colligebat hunc in modum Athenienses, inquit, dominantur Græcis, ego Atheniensibus, mihi mater, matri filius. Plut. in Græcorum Apoph.

Diogenes dixit, amorem esse otiosorum negotiū: quòd *T. Otium.*
hic affectus potissimum occupet otio deditos: ita sit, ut dū
otio vacant, in rem negotiosissimam incidant: nec interim
tamen quicquam bonæ rei agant. Laërt. lib 6. “ “ “

Dilectio erga inimicos.

Diogenes Cynicus ad salutem opus esse dicebat, aut fidis amicis, aut acerbis inimicis: eo quòd illi movent, hi redarguunt, & reprehendunt. Laërt. lib. 6.

Alphonfus Aragonum Rex, oblatrantibus canibus & rebellantibus offulam obiciendam dicitabat: Intelligēs, maleuolos homines vincendos esse beneficus. Ponta. cap. 30. de liberalitate.

Antisthenes Philosophus Atheniensis frequenter dicere solebat, hostes in bello obseruandos esse: quòd ij primū omnium sentiant, si quid delinquas. In hoc igitur utiliores sunt nobis, quàm amici, ut errata nostra cognosca-

DILECTIO ERGA INIMICOS.

mus, & cognita corrigamus. Laërt. lib. 6. cap. 1.

Onomademus Chius, posteaquam aduersam factionem superasset, quibusdam consentibus omnes aduersæ factionis vrbe pellendos, negauit expedire, dicens, se vereri ne omnibus inimicis ad vnum eiectis, inter amicos existeret dissidia. Sentiens sic esse multorum ingenium, vt si desint inimici, in quos naturæ malitiam exerceant, inimicos impetant. Eras. 6. Apoph.

T. Amicus.

Xenophon dicebat, esse prudētis cordatīque viri, etiam ab inimicis vtilitatem capere. Vulgatum est, neque solem, neque aquam, neque ignem magis vtilem esse hominibus, quam amicos. Sed ingentis philosophiæ est, quemadmodum periti medici ex bestiis ac serpentibus vtilia quædam remedia colligunt: ita ex inimicorum odio decerpere aliquid, quod vertant in suum bonum. Eras. 7. Apoph.

Carolus Francorum Rex, cū quidam se offerrent, qui Renati Andegauensium ducis & hostis sui atrocissimi, mortem promitterent insidiis parandam, non tantū hoc fieri noluit, sed vt in parricidas se in eosdem animaduersurum dixit, si hoc tentarēt: dicens, se nequaquam insidiis cum hoste de regno, sed manu tantum & virtute dimicaturum. Panor. de reb. gest. Alphon.

Alphonsus iis, qui se ad mortem Francisci Sfortiæ hostis sui paratos esse significassent, respondit, nunquam sibi victoriam placuisse, cuius postea pigendum, pudendumvè esset. Igitur vt ab huiusmodi consiliis abstinēat, talia exempla in illos editurum, vt eiusmodi consilia sibi admodum molesta esse omnes intelligant. Panor. vbi sup.

Diogenes Cynicus interrogatus à quodam, quo pacto maximè posset vlcisci inimicum? Si te ipsum, inquit, probum, & honestum virum præstiteris. Laërt. lib. 6.

Theodosius Romanorum imperator, aliquando ex familiaribus cuidam dicenti, neminem illorum ab eo morte mulctatum esse, qui iniuri ei fuissent, respōdit, Vtinam eos etiam in vitā reuocare possem, qui iandudum mortui sunt. Nicephorus lib. 14. cap. 3. Eccles. hist.

Pittacus Mitylleneus habens potestatem puniendi quæpiam, qui contumeliosus in ipsum extiterat, dimisit, inquit, Venia vltione melior est. Illa nāque mitis est

ingenij, hæc autem ferini. Stob. ser. 17.

Democritus dicebat, Prudentis esse, futuram iniuriam præcauere: indolentiæ vero, quod factum est, non vlisci. Stob. ser. 1. de Prudent.

Aristides cum iret exulatū, sublatis in cœlum manibus Deos comprecatus est, sic prosperarent res Atheniensium, vt illis Aristides nunquam veniret in mentem. In rebus enim afflictis solet populus ad egregios viros confugere, id quod euenit. Siquidem tertio post anno, cum Xerxes Atticam adoriri statuisset, Aristides ab exilio reuocatus est. Plut. in eius vita.

Phocioni cum poculum cicuta temperatum porrigeretur, percontatus est quispiam, si quid filio vellet dicere? nam is aderat. Ego, inquit, tibi filii præcipio, atque etiam obsecro, ne quid ob huius rei memoriam Atheniensibus malè velis. Plut. in Græcorum Apoph.

Agessilaus Lacedæmoniorum rex, cum audiret quosdam clam sibi infensos esse, non tantum non de vlione cogitauit, sed in militum duces elegit, & apud magistratus accusatos defendit: & hac arte ex hostibus sibi amicissimos reddidit. Plut. in Lacon.

Thrasibulus, cum populum Atheniensem à triginta tyrānis pulsum, restituisset, plebiscitum, legemque obliuionis tulit: ne præteritarum rerum fieret mentio. Brus. lib. 3. Hoc item Constantinus imperator in Concilio Niceno fecisse memoratur, rescisis omnibus accusationum libellis, qui sibi ab episcopis fuerant oblati: vt hoc facto iniuriarum omnium memoriam aboleret.

Amicitia, Amicus.

EPaminondas dicere solebat, non prius interdum descendendum è foro esse, quàm aliquem amicum ad veteres adieceris. Ælianus lib. 14. de varia. histo.

Antalcidas, cum interrogaretur, quo pacto quis amicos sibi facere posset? respōdit, Si loquatur illis iucundissima, præstet autem vtilissima. Quo dicto innuit, in parandis amicis adhibendam esse primò sermonis comitatem: in officiis autem præstandis, vtilitatem. Plut. in Lacon. Apophtegmat.

Alexander Macedo Ilium profectus, Achillis statuam coronans, O te felicem, inquit, cui viuo talis amicus cō-

T. Affabili-

tas.

T. Liberali-

tas.

“

“

tigit! Loquebatur autē de Patroclo, qui fidissimus Achilli amicus fuit. Plut. in vita Alexandri.

Scipio minor dicere solebat, nihil difficilius esse, quā amicitiā vsque ad extremum diem permanere. Mutantur enim aliquando mores, aliās aduersis rebus, aliās ingrauescente aetate, aut dirimuntur contentione, vel luxuriae cōditione, vel commodi alicuius, quod idem adipisci utrūque possit. Ciccr. in Lælio.

Cæsar Octavianus Augustus, cū Alexandriam uicisset, ciuibus omnibus & ciuitati se parcere dixit, propter Atrium ciuem Alexandrinum, & olim sibi summa familiaritate coniunctum. Raræ profecto clementiæ fuit Cæsar, qui propter unicum amicum, eam ciuitatem diripere noluit, quæ tādū pertinacissimè rebellarat. Plut. in Rom. Apoph.

Demetrius Phalereus aiebat, ueros amicos in rebus lætis adesse uocatos debere, in aduersis, inuocatos & ultro. At uulgò fit secus. Laër. lib. 5. cap. 5.

Dionysius senior admiratus egregiam fidem Damonis & Pythiæ, Rogo, inquit, ut me quoque in uestram amicitiam recipiatis. Alteri tyrannus destinabat diē necis: cūque is pauculos dies petisset rerum domesticarū ordinandarum gratia, hac lege impetrauit, ut alter uas amici fieret hac conditione, ut si ille non redisset ad diem præscriptū, hic plecteretur. Rediit autem ad diem, mori malēs, quā amicum fallere. Ita seruatus est utrūque, ac regis amicitia decoratus. Tantum ualet egregia uirtus apud tyrannos etiam. Eras. 5. Apoph.

Tarquinius superbus iam exul factus, dixisse fertur, se tūc denique cognouisse quos habuisset amicos fidos, quos infidos, dum neutus gratiam referre posset. Eras. 6. Apophtegma.

Idem, eos, qui corpus tantū amarent, similes esse aiebat mendicis, qui semper egerēt, semper instarent aliquid flagitantes: rursus, qui amici essent, potius quā amatores, similes esse his, qui proprium fundum possiderent, quem semper student reddere meliorem. Amator suam querit explere voluptatem: amicus haud quaquam ad se spectās, hōc se putat ditioiem, quō meliorem reddiderit amicum, Eras. ubi. sup.

Alexander interrogatus ubinam suos haberet thesau-

T. Fides.

T. Virtus.

ros? amicos ostendens, ait, In his scrianiis. Summa enim liberalitate suos amicos semper ornauit Alexander. Max. Serm. 6.

Chilonis dictum est, Sic ama, tanquam osurus: sic oderis, tanquam amaturus. Hoc dicto admonuit, nec similitates tam acriter exercendas, ut præcludatur omnis in gratiam reditus: nec amicis adeò fidendum, ut illis committas, quò, si fiant inimici, possint te perdere. Gellius:

Pax, Concordia.

Scilurus octoginta liberos masculos habens, cum esset moriturus, fasciculum iaculorum singulis porrexit, iussitque rumpere. Id cum singuli recusassent, eo quò videretur impossibile, ipse singula iacula exemit, ac ita facile confregit omnia, filios admonens his verbis. Si concordēs eritis, validi, inuictique permanebitis: contra, si dissidiis, & seditione distrahemini, imbeciles eritis, & expugnati faciles. Stob. Ser. 82.

Scipio Africanus, cum Numantinos sæpè victores iam fregisset, obsessosque tandem expugnasset, Tyresium principem rogauit, *Qua* de causa Numantia aut prius inuicta, aut post euerfa fuisset? respondit Tyresius, Concordia victoriam, discordia exitium præbuit. Brus. lib. 2. cap. 4.

Isæus Sophista Lacedæmonis periclitantibus, ac de ciuitate mœnibus cingenda consultantibus, Homericum carmen recitauit,

Scutum hæsit scuto, galea galeæ, atque viro vir.

Et adiecit. Sic mihi stete Lacedæmonij, & muris cincti sumus. Recitat Philost. in Sophist.

M. Agrippa vir ingētis animi dicere solebat, multum se huic sententiæ debere, Concordia parue res resunt, discordia maximæ dilabuntur. Brus. lib. 2. cap. 12.

Bellum.

Chabrias illud frequenter dicere solebat, Formidabiliorem esse ceruorum exercitum duce leone, quàm leonum duce ceruo. Sentiens, totam belli fortunam pendere à virtute & prudentia ducis. Plut. in Reg. & Imp. Græco. Apoph.

Numantini cū à Scipione in fugam essent versi, à senio-

MISERICORDIA, ELEEMOSINA.

- ribus castigati, quia quos toties fugarant, fugerent, quendam è iunioribus dixisse ferunt, Pecora quidem nunc eadem sunt, sed mutatus est pastor. Plut. in Rom. Apoph.
- T. Magistratus, prepositus.** Cùm Lacedæmoniorum rex polliceretur se funditùs euerfurum ciuitatem quandam, quæ sæpenumero Lacedæmonii negotium exhibuerat, non permiserunt Ephori, dicentes, Nequaquam abolebis iuuenum cotem. Urbem infestam appellabant cotem iuuentutis, eò quòd hostibus semper præsentibus, ipsa iuuentus acueretur ad bellandi peritiam. Plut. in Lacon.
- T. Labor.**
- T. Clemetia.** Antoninus Pius imperator, reprehendenti cuipiã eum, quod in hostes mitis fuisset, ac in coniuratos, quos vice-
T. Religio. rat, ac dicenti, Quid si hostes vicissent? Grauitèr respondit,
T. Spes in Deum. Nos non sic Deos colimus, nec sic viuimus, vt illi nos vincant. Brus. lib. 5. cap. 26.
- T. Dilectio inimicorum.** Scipio minor posteaquam venit in castra, multãque licentiam, lasciuiam, superstitionem, ac luxum offendisset, diuinos, ac sacrificos cum lenonibus protinus eiecit: quin & vasa omnia iussit amoliri, excepta olla, veru, & poculo fictili. Ex argenteis poculum librarum non amplius duarum permisit, si quis habere vellet: balneis vti vetuit. Qui vngerentur iussit vt se se fricarent: iumentis enim quia manibus carent, opus esse alio à quo fricarentur. Edixit vt milites stantes pranderent obsonium, non igni coctum: cœnarent autem discumbentes panem, aut pultem solam, & carnes assas siue elixas: ipse verò sago circumtectus, obambulabat per exercitum, dicens, se lugere exercitus dedecora. Plut. in Rom. Apoph.
- T. Delitie.**
- T. Frugalitas.** Sybaritę, cùm mollicia perditissimi essent, ex iis quidam cùm Spartam concessisset, Lacedæmoniorumque exactos diuósque mores aspexisset, quasi illorum vitam damnaret,
T. Delicie. Non admittendum est, inquit, si in bellis, ne ita viuerent, moruntur. Brus. lib. 4. cap. 6.
- Lamachus quendam turmæ ducem in errorem lapsum obiurgabat: qui cùm dixisset, se postea nunquam id esse facturum: Atqui non est in bello, inquit, bis peccare. Plutarch. in Apoph.

Misericordia, Eleemosina.

LVeullus cùm Græcos quosdam per dies aliquot magnificè tractasset, atque illi dicerent se mirari, quod

tantum impendiorum sua causa faceret: Non nihil ô hospites vestra causa, inquit, sed maxima pars Luculli gratia Plut. in Rom. Apoph. Hanc sententiam vsurpare meritò possunt, qui in pauperes benefici & liberales sunt: hoc enim officio non tam aliis quàm sibi consulunt.

Aristoteles Stagiritis, cuidam increpanti, quòd homini malo dedisset eleemosinam, Non mores, inquit, sed hominem commiseratus sum. Etiam improbis in necessitate succurrit vir bonus. Debetur enim hoc officium, si non meritis illius qui iuuatur, certè naturæ. Et bonus fieri potest, qui malus est. Laert. li. 5. cap. 1.

Demosthenes interrogatus, quid Deo simile haberent homines? respondit, Benignè facere. Max. ser. 8.

Gasparus Schlick, qui trium Cæsarum cancellarius fuit, optare se dicebat, omnes Reges aliquando priuatos pauperesque fuisse. Nec enim satis miseretur, qui nunquam fuit miser. Æneas Syl. li. 2. comment. de rebus gest. Alphon.

Consolatio mœstorum.

EVphrates Syrus amissa vxore, dicebat, O philosophia! Tyrannica sunt præcepta tua: amare iubes, & si quis amisserit, quod amabat, dolore & mœrore affici prohibes. Stob. ser. 97.

Philosophus quidam prisceus huiusmodi sermone Arsi-noes reginæ luctum compescuit. Cum Iuppiter, inquit, inter Dæmones rerum faceret partitionem, Luctus non aderat, sed partitione iâ peracta venit. Huic igitur cum Iuppiter aliquid honoris tribuere vellet, nec esset quod daret. (quippe iam consumptis omnibus) tandem assignauit illi honorem, qui mortuis impenditur, veluti lachrymas & mœrores. Quemadmodum igitur cæteri Dæmones benè voluntis, à quibus coluntur, iudem & luctus. Quòd si fuerit abs te contemptus ô mulier, haud quaquam venturus est ad te: contrà, si diligenter abs te colatur honoribus illi assignatis à Ioue, mœroribus ac lamentis, diliget te: semperque tibi suppeditabit aliquid earum rerum, quibus abs te perpetuò possit honorari, nempe mœroris, & lachrymarum materiam. Plut. in Consolatione ad Apollonium.

Solon cum ex amicis quendam grauitè mœrentem videret, in arcem perduxit, hortatusque est, vt per omnes sub-rectorum ædificiorum pages oculos circumferret, quod vt

CASTIGATIO, SIVE ADMONITIO.

T. Vita.

factum animaduertit, Cogita, inquit, nunc tecum, quam multi luctus sub his tectis olim fuerint, hodiéque versentur in sequentibus sæculis sint habituri: & mitte mortaliū incommoda tanquam propria deslere. Qua consolatione demonstrauit, vrbes nihil esse aliud quam humanarum cladum conseptra miseranda. Valer. Max. lib. 7. cap. 2.

T. Sup.

Idem aiebat, si in vnum locum cuncti mala sua contulissent, futurum, vt propria sua quisque deportare domū, quam ex omni miseriarum aceruo vllam aliam portionem ferre mallet. Quo colligebat, non oportere quenquam, quæ fortuito patiatur, tanquam præcipuæ & intolerabilis amaritudinis mala iudicare. Idem.

Amasis, ad quendam filio priuatum dixit, Si non tristatus es, cum nondum filius esset, nec nunc quidem dolere debes, cum non amplius est. Stob. ser. 121.

Demonax quendam filij mortem inconsolabiliter lugentem, & in tenebris abditum adit, certo promittens se filij vmbiam ab inferis reuocaturum, si tres ex hominum numero sibi nominare posset, qui nullius luxisset obitum. Cumque is cogitationem per omnes notos circumferens, ne vnum quidem reperisset luctus expertem, Quid igitur, inquit, te ipsum discrucias homo, quasi nouum aliquid accidit? Erasmi, lib. 8. Apoph.

Plato Atheniensibus dicebat, in morte amicorum quiescendum esse, partim eo quod nondum liqueret, bonum esset, an malum, quod accidisset: partim quod acerbè ferenti, nihil à luctu esset commodi. Laer. lib. 3.

Epicteti vulgare dictum est: Turpe esse muneribus apū petitiones edulcare, rationem autem, Deorum munus, non adhibere ad calamitatem amaritadinemque dulcorādam. Vbi sup.

Castigatio, siue admonitio.

Cum multi bello capti venderentur, Philippus Macedonum rex in auctione sedens, parum decenter vestitus erat. Quidam igitur eorum, qui vendebantur, exclamauit Parce mihi Philippe, paternus enim sum tibi amicus. Philippus interrogauit vnde nam hæc amicitia conflata esset. Tum ille, volo, inquit, propius accedēs, dicere. Qui cum admissus esset, quasi arcani quidpiam dicturus, Demitte, inquit, clamydem aliquantulum: nam ad istum mo-

dum indecenter sedes. Mox Philippus, Hunc, inquit, dimitte liberum: nescibam enim prius illum mihi amicum esse. Sensit vir prudentissimus eos præcipuos amicos esse, qui probè nos instituunt. Plut. in Apoph. reg. & imper.

Demonax frequenter dicere solitus est, non temerè irascendum esse hominibus, si deliquerint: sed corrigenda esse vitia, medicorum exemplo, qui non indignantur ægrotis, sed medentur. Eras. lib. 8. Apoph.

Socrati acriùs obiurganti familiarem quempiã in conuiuio, Plato dixit, Nonne satius esset, hæc illi dixisse seorsum: Cui Socrates, Et nõ tu quoque rectiùs fecisses, si hæc mihi seorsum dixisses: Salsissimè taxauit, hoc ipsum reprehendendo committentem, quod reprehendebat. Eras. lib. 3. Apoph.

Caligula Antonix auix pro sua autoritate monenti, vt quædam secus ageret: Memento, ait, mihi omnia in omnes licere. Talia potentia tum principum titulo pertulit mundus, quæ non commemorarem, nisi ex his, principibus prodigiolæ feritatis horror inuehatur. Ex Suet.

Inuidia.

Alexander Macedo ob aquarum defectum in itinere siti laborabat: erigitur cum fortè oblata esset galea aqua plena, vbi galeam in manus accepit, circumspiciens quos circa se habebat equites, demisso capite, & fixis in potum oculis, ingustatam reddidit aquam dicens, Si solus bibero, hos meritor instigabit Brus. lib. 1. cap. 9.

Bion Bousthenites conspiciens quendam tristi vultu, qui habebatur inuidus, Nescio, inquit, vtrum tibi aliquid acciderit mali, an alteri boni quidpiam. Inuidus enim non minus discutiatur aliena felicitate, quàm suo infortunio. Laert. lib. 4. cap. 7.

Antisthenes absurdum esse dicebat, triticum repurgare à lolio, bellum ab inutili milite, & a Repub. non seceinere inuidos, significans inuidos tam esse inutiles ciuitati, quàm lolium est tritico, & ignauus bello. Laert. lib. 6. cap. 1.

Idem dicere solitus est, non aliter ac ferrum absumitur rubigine, ita inuidos suo ipsorum vitio contabescere. Ferrum enim etiam si nemo lædat, ex se gignit vnde corrumpatur. Laert. vbi. sup.

Socrates interrogatus, quid bonis vitis molestum esset,

I N V I D I A .

dixit, Malorum felicitas. Quid malis. Bonorum prosperitas. Anto. Melis. ser. 70. par. 1.

Cum ostendere vellet Aristoteles, quid esset inuidia, Antagonistam fortunatorum esse dixit. Anto. Melis. par. 1. ser. 62.

Hippias dicebat duplicem inuidiam esse, iustam quidem, cum quis inuidet improbis honoratis: iniustam, cum bonis. Et inuidi duplo magis, quam ceteri, calamitosi sunt. Non enim soli propriis malis grauantur, ut alij, sed alienis quoque bonis. Stob. ser. 36.

Actius Synceus, rari vir ingenij, magneque nobilitatis, cum in conspectu Federici regis esset inter physicos questio, quid precipue conferret oculorum perspicuitati? aliique sceniculi afflatum dicerent, alij vitri vsum, aliique aliud: At ego, inquit, inuidiam aio. Obstupuerunt hoc dicto adeo medici, ut ab auditoribus derisui haberentur. Tum ipse: An non inuidia maiora & pleniora omnia videre facit? Quid autem oculis magis presentaneum, quam ut vis ipsa aspiciendi maior reddatur, ac vegetior? protulitque statim Ouidianos illos versus.

*Fertilior seges est alienis semper in agris,
Vicinumque pecus grandius vber habet.*

Pontanus.

T. Persecutiones bonorum.

Erat aliquando inter Ephesios Hermodorus, vir peregrinus: qui cum doctrina ac probitate ceteros praeferret, patria eiecitus est. Sed admirantibus quibusdam & rogantibus, cur eiusmodi vitium eiecissent, responderunt, nihil aliud causae esse, nisi quod virtute & moribus nimis reliquos conciuēs suos anteciret. Inuidia enim non modo plebrosque viros clarissimos pessundat, verum etiam ciuitatum nonnunquam statum euertit, & vires ipsas diuit. Ex Franc. Sen. lib. de inst Reip.

Præclare de inuidia fabulantur poëtae, cum asserunt pestem illam apud Inferos serpentibus vesci, & hydis recreari: ut ostendant, inuidos venenum deglutire, venenumque euomere. Aliena enim felicitas inuidis toxicum est: nec lætari vlla ex parte possunt, nisi suo veneno alios inficiant. At certe nihil turpius esse potest, nihilque magis contra humanitatem, quam alieno malo lætari, & alieno bono torqueri: quorum utrumque facit inuidus. Idem Franc. Sen. vbi sup.

Labor

Labor & Industria.

Democritus dicebat, omnes labores quous otio iucundiores esse: quando illa consequuntur homines, quorum gratia laborant, aut consecutos se sciunt. Hoc etiam ad spei titulum referri potest. Spes enim pramij laborem minuit. Stob. ser. 27.

Idem cum interrogaretur à quodam, quomodo laboriosus ac industrius differret à desidiosus: Quo, inquit, impius: spe nimirum bona. Sperant quippe qui corpus laboribus exercet, pingua laborum premia: desides autem presentem semper intuentur paupertatem.

Cum Philippus Alexandri magni pater, expeditionem & bellum in Corinthum apparare dicebatur, Corinthij trepidi, rerumque suarum satagentes, ad opera certatim incumbere ceperunt: hic arma sibi comparabat, ille lapides congeriebat, alius muros in altitudinem substruebat, nonnulli propugnacula firmabant, alij aliud agebant, quod ad munitiones pertineret. Eorum itaque studium Diogenes cum cerneret, nihil habens aliud commodius quod ageret, palio succinctus, dolium suum subuoluerit, & hinc inde vertere cepit. Admirante autem quodam eius amico, ac percontante, cur hoc ageret: respondit Diogenes, Ideo voluo, ne vnus inter tot operi intentissimos cessator esse videar. Guido Bituri. ti. de desid.

Idem, quidam admonenti, vt iam senex quiesceret à laboribus: Quid, inquit, si in stadio currerem? verum oporteret iam metæ vicinum, cursum remittere, an magis intendere? Rectè sensit, virtutis studium hoc magis intendendum, quo minus superest vitæ: quod turpe sit tum ab honesto instituto refrigerescere. Laert. lib. 6. Hoc exemplum ad senes etiam pertinet.

Laconum adolescentes perseuerabant absque tunicis, vestem vnicam accipientes, corporibus squalidi: quippe à balneis, vnguentis in totum abstinentes. vt patientia laborum ad res præclarè gerendas viam pararent. Plut. in Laco.

Dionysius emptum Laconicum coquum, parare iussit laconicum iusculum: paratum autem non comedit. sed interrogauit, quodnam ius delectaret Lacones, cum illud insuauissimum esset? Tum coquus, hoc iusculum non habere condimenta illa dicebat, quod Laconicum habet. Interrogantis.

LABOR ET INDVSTRIA

- » gavit Dionysius, quæ nam essent illa? respondit coquus,
 » Huiusmodi condimenta apud te non sunt: ante cibum, la-
 » bores, sudores, & balneum in Eurota flumine. Stob. ser. 27.
 » Apelles nunquam tam occupatus fuit, vt diem præter-
 » mitteret, in quo nihil omnino pingeret, artem exercens.
T. Studium Vnde subducens sese à negociis, dicere solebat, Hodie
pertinax. nullam lineam duxi. Quæ vox abiit in prouerbi-
 » uis officio prætermisso. Hoc exemplum ad studium quo-
 » que sapientiæ, de quo infra agitur, referri meritò potest.
 » Plin. lib. 10. cap. 35.
T. Rex. Vespasianus cum vehementer angeretur vitiatis intesti-
 » nis, nihilo secius imperatoris muneribus fungebatur, a-
 » deò, vt lecto decumbens, audiret legationes & amicis hor-
 » tantibus vt sibi parceret, respondit, Imperatorem stantem
 » mori oportere. Suetonius.

Florus hos versiculos scripserat in
 Cæsarem Adrianum.

*Ego nolo Cæsar esse,
 Ambulare per Britannos,
 Scythicas pati pruinas.*

Cui Cæsar respondit.

*Ego nolo Florus esse,
 Ambulare per tabernas,
 Latitare per popinas
 Culices pati rotundos.*

- T. Otium.** Sentiens se honestas occupationes præferre inutili turpi-
 » que otio. Suetonius in vita Adria.
T. Sup. Probus imperator non patiebatur militem esse otiosum,
T. Bellum. sed multa opera militari manu perfecit, dicens, annonam
 » gratuitam militem comedere non debere. Flau. Vop.
 » Alphonfus, cum reprehenderetur à Mathæo Siculo exi-
 » miæ sanctitatis viro, quod propriis manibus laborasset,
 » subridens, Nunquid, inquit, Deus & natura nequicquam
T. Rex. regibus manus dederunt? Panor. Lib. 2. de reb. gest.
 » Alphonf.
 » Lycurgus quopiam percontante, quamobrem virginum
 » corpora cursibus, luctis, discorum, ac telorum iactibus fa-
 » tigaret: Vt, inquit, fœtuum profeminatio ab ipsa statim
 » radice validum in validis corporibus initium sumens, re-
 » ctè geminet: simul vt ipsæ in perferendis partibus facile
 » simul & generose certent aduersus pariendi nixus, dolo-

resque. Postremò si qua incidat necessitas, vt possint & pro se, & pro liberis, & pro patria pugnare. Intellexit vir prudens, quanta Reipublicarum pestis sit; otium atque ignavia: contrà, moderatos labores etiam corpora redderentur si miora, tum salubriora. Vnde nec virginibus permittit in otio viuere, sed has quoque masculinis exercitiis quodammodo vertit in masculos: cum in plerisque ciuitatibus per delicias ac luxum, masculi transformantur in feminas. Plut. in Laco.

Contra deli-
tas, & otium.

“
“
“
“
“
“
“
“

Otium, Inertia.

Marci Catonis per frequens fuit sententia: Nihil agendo homines, malè agere perdiscere. Quo dicto execratur omnia ignauiam, quæ multorum malorum sapenumero causa est. Brus. lib. 4.

Appius Claudius dicere solebat, populo Romano melius negotium quam otium committi. Sensit vir sapientissimus, populum Romanum laboribus & bellicis rebus plurimum incrementi semper accepisse: nimio autem otio & pigritia omnia demceps in perus corruisse. Val. Max.

Quodam interrogante, cui Argivos cum Lacedæmoniis bellum gerentes, cum sapenumero vicissent, non deleuerint: Ne optauerimus quidem, inquit Cleomenes, illos deletos, vt habeamus, qui iuuenes nostros exerceant. Perispe- xerat egregius dux, corrupti iuentutem, si permittatur otio & luxui, malorum omnium magistro. Plut. in Laco.

Scipio Nasica, quibusdam dicentibus res Romanas iam in tuto esse, extinctis Carthaginiensibus, & Græcis in seruitutem reductis: Imò, inquit, nunc demum summo in periculo sumus, posteaquam multi supersunt, quos vel timeamus, vel reuereamur. Sensit, inimicos per occasionem vtilis esse nobis: per quos non licet impunè securæque negligentes esse. Erasmi. lib. 8. Apoph.

Seruilus Vacia vir prætorius atque prædiuus odio negotiorum abdiderat se in villam suam, quam habebat non procul à Cumis, nec alia re notus fuit, quam eius villæ otio. Itaque qui negotiis premebantur, exclamare solebant, O Vacia! solus scis viuere. Huius tamen ignaum & sine litteris otium damnans Seneca Epist. 51. negat illum scire viuere, sed latere. Eoque nonnunquam vllâ præteritis iocò

OTIVM, INERTIA.

dicere solebat, Hic situs est Vacua, subindicans nihil interesse inter mortuū, & inertī otio abditū. Eras. lib. 8. Apoph.

Themistocles Græcix dux fortissimus desidiam, hominis viui sepulturam vocavit: qui cūm expletis centum & septem annis se mori videret, dixisse fertur, se plurimum dolere, quod vita tunc egrederetur, quando sapere cœpisset. Guido Bituiniens. tit de Desidia.

T. Secretum. Cato senior semper se harum rerum pœnituisse dixit, Si
» mulieri arcana detexisset: aut si mari profectus esset, quò
» terrestri itinere eundi facultatem habebat: aut si per negli-
» gentiam diem frustra elabi permisisset. Plutarc. & Ful. lib.
» 7. cap. 2.

*Contra inu-
tles occupa-
tiones.* Augustus in omni verbo prudentissimus, eos qui leues
ob causas se periculis exponerent, similes esse dicebat iis,
qui aureo hamo pisces capere tentarent. Hi enim amisso
semel hamo, plus damni accipiunt, quàm ex multorum pi-
scium captura, lucii. Fulgos. lib. 7. cap. 2.

Plato Atheniensis somnolentiã improbabat, eoque sci-
psit in legibus: Nemo dormiēs vlla re dignus est. Lact. l. 3.

Inter severissimas Draconis leges illa etiam fuit, vt otij
dånati, capite puniētur. Ex li. 1. de instit. Reip. Fian. Senē.

*Vera & au-
rea verba.* Scribit Diodorus, legem fuisse apud Ægyptios, qua sin-
guli cogebantur nomina apud præsides profiteri, & qua
arte, quove lucro sustentarentur ostendere: & si qui men-
trentur, aut iniusto quæstu viverent, capite damnabantur.
Nec mediis fidius iniuria. Otiosi enim & ignavi iuvenes
venenum sunt ciuitatis: proni ad libidinem sunt, bonis in-
vident, aliena appetunt, & denique seditiosi & turbulenti
evadunt. Vbi sup.

*T. Conscien-
tia.* Optimè M. Catō in lib. de moribus scripsit, vitam hu-
manam esse vt ferrum, quod si exerceas conteritur, & cum
splendore quidem: sin minus exerceas, rubigo interficit:
sic homines se exercendo, honestè conteruntur: si non ex-
ercentur, inertia ac torpedine absumentur. Pulchrè admo-
dum idem Cato in oratione, quam Numantiæ apud equi-
tes habuit: Cogitate enim animis vestri milites (ait) si
quid vos per laborem rectè feceritis, labor citò recedit,
benefactum manet. Si quid autem per voluptatem nequi-
ter feceritis, voluptas citò abibit, nequiter autem factum
perpetuò manebit. Ex lib. 1. de instit. Reip. Fian. Senenī.

Solomis lex præcipuè laudatur, quæ quidem sancit, si-

lium nequaquam parenti necessaria vitæ subsidia debere, à quo nullam artem accepisset. Vbi sup.

Exemplum, Imitatio.

Rodolphus imperator, in eo bello quod contra Ottac- *T. Rex.*
rum Bohemię regem gessit, cum siti laboraret cum to-
to exercitu, ferunt à rustico (qui messoribus potum ferret)
oblatam hidriam sicera plenam. Quod cùm ille vidisset:
Reddite, inquit, homini vasculum suum. nam ego exerci-
tui, non mihi sitiebam. Sicque sua abstinence partim ex-
ercitum eo potu refocillauit, partim ad sitis patientiam
inuitauit. Aeneas Syluius lib. 3. cōmēt. in res gest. Alphōsi.
† Alphonfus Aragonum rex, cùm fugato iam Iacobi Cau- *T. Sup.*
dolæ exercitu, sine tentoriis ac comiteatu (siquidem ex
insperato aduenerat) pernoctare sub Dio cogeretur, & Ioā
nes Esernitatus Alphonsi studiosus raphanum vnum in
tam magna militum inopia, & panem vnum cum dimidio
caseoli Balearici Regi misisset, recusauit non decere, in-
quiens, imperatorem ieiuno exercitu mandere. Pauol. li. 3.
de reb. gest. Alphon.

Alexandro Magno cùm datum esset scriniolum, quo ni- *T. Scientia.*
hil inter opes Darij pretiosius pulchriusve reperiuntur est,
& quæreretur in quemnam vsum destinandum esset, alius
aliud suadentibus dixit: Huic optimè seruandus dabitur
Homerus: sentiens nullum esse thesaurum illo pretiosio-
rem. Ita visum est iuueni, qui se totum ad exemplar Achil-
lis componebat. Plut. in Alex.

Themistocles, cùm esset adolescens, in computationi-
bus ac mulierum amore volutabatur. At posteaquàm Mil-
tiades factus Imperator apud Marathonem deuicisset Bar-
baros, iam nullus offendit illum quicquam agentem præ-
ter decorum. Percontatus autem vnde sic esset repente mu- *T. Honor*
tatus: Miltiadis (inquit) trophæum non patitur me dormi- *Gloria.*
re, neque cessare. Glorię studium excussit amorem volu-
ptatum, clauum, vt aiunt, clauo. Plut. in Græc Apoph.

Agefilaus rex iam senex, cur per hyemem solo palio te-
ctus obambularet absque tunica, interrogatus, Vt (inquit)
iuuenes hanc vitæ rationem imitentur. Plut. in Lacon.

Lacones scrutiferum militem interimere, quòd scuto nõ
nihil purpurei panni intexuisset. In tantum horrebant ex-

PRUDENTIA, IMPRUDENTIA.

emplum peregrinæ luxuriæ: non ignari ex minimis initiis immedicabilem vitiorum colluuiem inundare: eoque tutissimum esse iudicantes, principiis obstare. Ob id in primos auctores seuerissimè animaduertebant. Plurimum nocuit Reipub. quisquis fenestram vitii aperuit. Plur. in Lacon.

Prudentia, Imprudentia.

Non asse-
quer.

Cato senior affirmabat, insanos prudentibus longè meliores esse, quàm insanis sapientes. Sapientes quippe cum stultorum euata inspicerent, ob id in melius vitam mutare soleire. At amentes cum discendi capaces non sint, ex sapientum benefactis fructum percipere nullum. Fulgof. lib. 7. cap. 2.

Antisthenes turissimum esse murum prudentiam dicebat: quòd is nec collabatur, nec proditur. Nulla mœnia tã sunt munita, quin machinis aut suffossionibus, aut (vt nihil horum) prodicione capiantur. Sapientis decreta sunt inexpugnabilia. Laert. lib. 6. cap. 1.

Iphicrates cum in amicorum suorum agris haberet exercitum, & nihilominus vallum iaceret, fossasque probè foderet, cuidam dicenti, Quid metumus? respondit, Pessimam esse ductis vocem, Haudquaquam putaram. Significans rebus prosperis sepe numero imminere pericula non exigua, quæ nullus expectasset. Aduersus inopinatos igitur casus cautè omnia esse munienda. Plutar. in Græc. Apoph.

T. Silèrium. Socrates adhortabatur subinde suos discipulos, vt hæc tria in omni vita sibi pararent: vt animo scilicet haberent prudentiam, in lingua silentium, & in vultu verecundiã.
T. Verecundiã
,, prudentiam, in lingua silentium, & in vultu verecundiã.
,, Max. ser. 41.

Bion Boristhenites dicebat, prudentiam tantò cæteris virtutibus antecelleire, quantò cæteris sensibus præstaret visus. Nam oculi prælucent toto corpori: nec vlla est virtus absque prudentia. Nam quomodo iustus reddet cuique suum, nisi prudentia demonstret, quid cui debeat? Laert. lib. 4. cap. 7.

Isocrates dicebat, vnum fugi & prudentem debere prætorum meminisse, agere præsentia, futura cauere. Stob. ser. 1.

Agésilæus Lacedæmoniorum rex, cum pugnaretur apud Mantineam, admonuit Lacedæmonios, vt cæteris omis



omnibus, in vinum Epaminondam intenderent vim prælii, dicens solos cordatos milites autores esse victoriæ. Quod cum fecissent, victoriam nacti sunt. Hac voce consuluit Agesilaus incolumitati suorum, qui fuerant sine dubio manu hostium perituri. Simul illud docuit, in bello plus habere momenti vnum verè prudentem, quàm turbam imprudentium. Plut. in Laco. Apoph.

T. Bellum.

Cum Alexander ab Atheniensibus posceret, sibi triremes exhiberi, ac populus nominatim flagitaret adesse Phocionem, ut quid consuleret, proferret. Surgens inquit, Consulo igitur, ut aut armis superetis eos, aut superantium amici sitis. Compendiò suavit, nihil Alexandro negandum, nisi confiderent se iratum posse armis opprimere. Quibus si ille videretur superior, non esse prouocandum animum iuuenem, & repulsæ impatientissimum. Plut. in Græco. apoph.

Antisthenes Atheniensis dicere solebat, sapienti nihil esse nouum, aut subitum: eò quòd quicquid homini potest accidere, sit tam præmeditatus, ut nunquam dicat, Non putaram. Laert. Lib. 6. cap. 1.

Curiositas.

Antonius Pius cum Omuli visens domum, ac miratus columnas porphyreticas, quæsisset, unde eas haberet: Omulus ei respondit: Cum in ædes alienas ueneris, & sordidus & mutus esto. Senties cum in alieno priuato non oportere esse curiosum Iulius Capitolinus.

Xenocrates Chalcedonius nihil referre dicebat, utrum pedes an oculos inferas in ædes alienas: videlicet deterrens ab omni curiositate rerum ad nos nihil attinentium. Laërtius lib. 4. cap. 2.

Veritas.

Thales Milesius philosophus clarissimus, cum ab amico quodam rogatus esset, quantum veritas distaret à mendacio: Quantum, inquit, distant oculi ab auribus. Sensit vir sapientissimus, non ea esse certa illicò, quæ auribus percipimus ab aliis, qui mendaciter de rebus nugantur: sed ea demum quæ coràm oculis cernimus. Maxim. scim. 35.

PRUDENTIA, IMPRUDENTIA.

emplum peregrinæ luxuriæ: non ignari ex minimis initiis immedicabilem vitiorum colluuiem inundare: eoque tutissimum esse iudicantes, principiis obstare. Ob id in primos autores seuerissimè animaduertebant. Plurimum nocuit Reipub. quisquis fenestram vitus aperuit. Plut. in Lacon.

Prudentia, Imprudentia.

Non asse-
quor.

Cato senior affirmabat, insanos prudentibus longè meliores esse, quàm insanis sapientes. Sapientes quippe cum stultorum euata inspicerent, ob id in melius vitam mutare soleire. At amentes cum discendi capaces non sint, ex sapientum benefactis fructum percipere nullum. Fulgof. lib. 7. cap. 2.

Antisthenes tutissimum esse murum prudentiam dicebat: quòd is nec collabatur, nec proditur. Nulla mœnia tã sunt munita, quin machinis aut suffossionibus, aut (vt nihil horum) prodicione capiantur. Sapientis deciceta sunt inexpugnabilia. Laert. lib. 6. cap. 1.

Iphicrates cum in amicorum suorum agris haberet exercitum, & nihilominus vallum iaceret, fossasque probè foderet, cuidam dicenti, *Quid metumus?* respondit, Pessimam esse ductis vocem, Haudquaquam putaram. Significans rebus prosperis sepe numero imminere pericula non exigua, quæ nullus expectasset. Aduersus inopinatos igitur casus cautè omnia esse munienda. Plutar. in Græc. Apoph.

T. Silèrium. Socrates adhortabatur subinde suos discipulos, vt hæc *T. Verecundia* titia in omni vita sibi pararent: vt animo scilicet haberent prudentiam, in lingua silentium, & in vultu verecundiã. Max. ser. 41.

Bion Bousthenites dicebat, prudentiam tantò cæteris virtutibus antecelleire, quantò cæteris sensibus præstaret visus. Nam oculi prælucent toto corpore: nec vlla est virtus absque prudentia. Nam quomodo iustus reddet cuique suum, nisi prudentia demonstret, quid cui debeat? Laert. lib. 4. cap. 7.

Isocrates dicebat, vitium fugi & prudentem debere prætorum meminisse, agere præsentia, futura cauere. Stob. ser. 1.

Agefilas Lacedæmoniorum rex, cum pugnaretur apud Mantineam, admonuit Lacedæmonios, vt cæteris omillis



omnibus, in vinum Epaminondam intenderent vim præ-
lij, dicens solos cordatos milites autores esse victoriæ.
Quod cum fecissent, victoriam nacti sunt. Hac voce con-
suluit Agesilaus incolumitati suorum, qui fuerant sine du-
bio manu hostium perituri. Simul illud docuit, in bello
plus habere momenti vnum verè prudentem, quàm turbã
imprudentium. Plut. in Laco. Apoph.

T. Bellum.

Cum Alexāder ab Atheniensibus posceret, sibi turremes
exhiberi, ac populus nominatim flagitaret adesse Phocio-
nem, ut quid consuleret, proferret. Sui gens inquit, Consu-
lo igitur, ut aut armis superetis eos, aut superantium ami-
ci sitis. Compendiò suavit, nihil Alexandro negandum,
nisi confiderent se iratum posse armis opprimere. Quibus
si ille videretur superior, non esse prouocandum animo-
sum iuuenem, & repulsæ impatientissimum. Plut. in Græ-
co. apoph.

Antisthenes Atheniensis dicere solebat, sapienti nihil
esse nouum, aut subitum: eò quòd quicquid homini potest
accidere, sit tam præmeditatus, ut nunquam dicat, Non pu-
taram. Laert. Lib. 6. cap. 1.

Curiositas.

ANtonius Pius cum Omuli visens domum, ac mira-
tus columnas porphyreticas, quæsisset, unde eas ha-
beret: Omulus ei respondit: Cum in ædes alienas ve-
neris, & sordidus & mutus esto. Senties cum in alieno priua-
to non oportere esse curiosum Iulius Capitolinus.

Xenocrates Chalcedonius nihil referre dicebat, vtrum
pedes an oculos inferas in ædes alienas: videlicet deter-
rens ab omni curiositate rerum ad nos nihil attinentium.
Laërtius lib. 4. cap. 2.

Veritas.

THales Milesius philosophus clarissimus, cum ab ami-
co quodam rogatus esset, quantum veritas distaret à
mendacio: Quantum, inquit, distant oculi ab auribus. Sen-
sit vir sapientissimus, non ea esse certa illicò, quæ auri-
bus percipimus ab aliis, qui mendaciter de rebus nu-
gantur: sed ea demum quæ coràm oculis cernimus.

Maxim. scim. 35.

CONSILIUM.

Consilium.

THales Milesius olim rogatus, quid esset facile? Alteri, ait, dare consilium. Quis enim est tam stupidus, qui non admoneat aliū? sed sibi pauci consulunt. Ex Laer. li. 1.

T. Bellum.

Lacones si quando stragemate, hoc est, callido consilio superassent hostem, Marti bouem immolabant: si aperto praelio, gallum: hoc pacto consuefacientes belli duces, ut non solum fortes essent ad praelium, verumetiam callidis consiliis aduersus hostes instructi. Preclarius enim existimabant, hostem ingenio citra sanguinem deicere, quam pugna plerumque vtrinque cruenta. Plut. in Laco.

T. Bellum.

Euipidis dictum memorabile celebratur: Vnicum consilium rectum magnam militum manum vincere. Quo prudenter admonuit, non perinde referre, quam numerosum educas exercitum, sed quantum belli rectores polleant consilio. In bello siquidem plus habent momenti prudens consilium & solertia, quam vires consilij expertes. Eras. li. 8. apoph.

Cathalanis optimum factu fore censentibus, si Alphonso Aragonum regi tunc adolescentulo septem viri ad gubernandam Rempubl. adiungerentur, qui Deum timerent, iustitiam colerent, cupiditates tenerent sub freno, nec donis & muneribus tangerentur: Alphonsum laudasse consilium, ac ita respondisse ferunt. Si horum non dico septē, sed vnum tantum dedeitis, continuo illi & regimen & regnum facile concessero. Pulchrè innuit, Regū paucos esse consiliarios bonos. Panor. lib. 2. de reb. gest. Alphon.

Innocentius Papa octauus imparē se tāto oneri animadvertens (ut Autores non contemnendi referunt) duodecim consiliarios elegit, sine quorum consilio nihil prorsus decernebat.

Alphonsus Aragonum rex saepenumero dicere solitus est, si Romanis temporibus vixisset, se constructurum fuisse templum Ioui positorio: ut cum de rebus acturi in eo conuenirent, prius contentionem omnem deponerent. Panor. lib. 3. de reb. gest. Alphon.

T. Consilij neglectus.

Xerxes Graeciae bellum indicturus, conuocatis omnibus Asiae principibus, dixit: Ne viderer meo tantum consilio hoc aggressus, contraxi vos: ceterum memento, mihi parendum magis quam suadendum. Vox bis tyrannica: &

quod principum conuentu pro fuco abuteretur, & quod negotium multo periculosissimum, sua vnus cupiditate vetiùs, quàm consilio susciperet. Eras. lib. 5. Apoph.

Bias Prienæus, bono consilio duo maximè contraria esse aiebat: festinationem scilicet, & iracundiam. Homo enim iracundus cum extra seipsum sit, vacuus est omni consilio. Laert. in eius vita. T. Ira.

Dion in libris suis, qui de regno inscribuntur, dicebat, longè maiora geri paucorum consilio, quàm multitudinæ, aut viribus fortissimorum iuuenum. Quod etiam Homeri sententia comprobatur, cum Agamennonem inducit asserentem, longè faciliùs esse, rem Troianam euertere, si decem Nestores aut Vlysses in consilio haberent, quàm si totidem Aiaces & Achilles fortiter dimicantes. Ex lib. 1. Fran. Sen. de Inst. Reip.

Cicero ait: Homo qui erranti comiter monstrat viam, quasi lumen de suo lumine accendat, facit, vt nihilominus ipse luceat, cum illi accenderit. 1. de offi.

Democritus Ætolorum Prætor, apud Liuium, nullam rem esse tam inimicam consiliis dicebat, quàm celeritatē. Præcipitata enim cōsilia, si in transuersum agantur, nulla reuocari pœnitentia possunt in melius. Bius. li. 2. c. 15.

Scipio Africanus turpe esse aiebat in re militari dicere, Non putaram. Quæ enim ferro aguntur, administrari oportere arbitrabatur summa ratione: cum emendari postea vix aut nullo modo possent. Valer. Maxi. li. 7. c. 2.

Iustitia, Iniustitia.

Agesilaus quodam tempore rogatus, vtra virtus esset præstantior, fortitudo an iustitia? grauitè respondit: Fortitudinis nullum esse vsum, nisi adsit iustitia. Quod si omnes essent iusti, nihil opus esset fortitudine. Eum animum summo dignum duce, qui nihil præter æquum iudicari facendum: rectèque perspexerit, plurimum interesse inter audaciam & fortitudinem. Plut. in Apop. Laco.

Philemon eum virum iustum esse pronuntabat, non qui iniurius non esset, sed qui cum esse possit, ne sit, cauet: neque qui parua non accipit, sed qui à magnis, cum posset, abstinuit: neque qui omnia, hæc seruauerit, sed qui incorrupta legitimæque natura iustus esse mauult, quàm videri Phauorinus.

IUSTITIA, INIUSTITIA.

T. Rex.

T. Iudex.

Cum Satibarzanes Artaxerxis regis cubicularius, quiddam minus iustum à rege peteret, sentirétque illum
 „ Artaxerxes hoc facere sollicitatú triginta Daricorum mil-
 „ libus, Quæstóri æraij sui mandavit, vt Daricorum trigin-
 „ ta millia ad se deferret, & allata dedit Satibarzani dicens:
 „ Accipe, nam hæc tibi cum dederò non ero pauperior: inu-
 „ stior autem futurus, si ea quæ petebas dedissem. Plut. in
 „ reg. Apoph.

T. Sup.

P. Rutilius amico cuidam rem iniustam petenti perne-
 „ gabat: cumque is commotus per summam indignationem
 „ diceret, Quid ergo mihi opus est tua amicitia, si quæ abs
 „ te rogo, nõ facis? Imò, inquit Rutilius, quid mihi opus est
 „ tua amicitia, si me vigere cupis, vt iniustitię leges tua cau-
 „ sa peccem? Eras. lib. 8. Apoph.

Ti. Persecu-
 tiones bono-
 rum.

T. Patiëntia.

Iustitia ma-
 lus iniusta.

Cum Athenienses eò concitati essent, vt Aristidem o-
 stracismo (id erat damnationis genus, quod testulis pera-
 gebatur) in exilium agerent: ac rusticus quidam illitera-
 tus testulam ad eum deferens, iussisset, vt Aristidis nomen
 inscriberet: Nostine, inquit Aristides, Aristidè? Cum ille
 negasset se nosse, molestè tamen ferre, quod Iustus cogno-
 mine diceretur: siluit Aristides, & nomen suum inscripsit
 testulæ, ac reddidit. Tam leni animo ferebat iniustam dā-
 „ nationem. Grauißimum autem vitæ innocenter actæ testi-
 „ monium fuit, è tanta multitudine neminem extitisse, qui
 „ aliud obiiceret, quã Iusti cognomen, quòd ipse tamè sibi
 „ non imposuerat. Plut. in Græco. apoph. Inuisa est homini-
 „ bus iustitia: quia videlicet, cum intelligant se homines fre-
 „ quenter peccaturos, cupiunt impunè peccare, & quæ vo-
 „ lunt, quamuis iniusta sint, sibi licere.

Aristoteles ait: Sicut optimum omnium animalium ho-
 mo est, qui perfectè viuit: sic pessimum omniumque teter-
 rimum est, qui à lege iudiciisque secernitur. Ex lib. 1. Fran-
 cif. Sen. de Inst. Reip.

T. Iudex.

Alexander Macedo Olympiadi matri plurimum eū vr-
 „ genti, vt in fontè quendam occideret, poscentémque id per
 „ menses nouè quibus eum in vtero gestauerat, humanissi-
 „ mè respondit: Aliã patens optima de me quamuis merce-
 „ dè posce: hominis enim vita nullo beneficio cõpensatur.
 „ Vera quidè est tragica illa sentètia, & animo ac mète sem-
 „ per recèsenda ab his qui imperat, Sanguine humano absti-
 „ ne, quicūque regnas Ex lib. 3. Francif. Sen. de Inst. reip.

Crudelitas.

Augustus Cæsar audiens inter pueros, quos in Syria Herodes crudelissimus Iudeorum rex interfici mandauerat, filium quoque eius interfectum, dixisse fertur. Se malle suam quam filium Herodis esse. Iudæus enim cum esset, à suilla carne prohibita abstinebat iuxta legem. Macrobius lib. 2. Satur. cap. 4.

Caligula imperator, ut alia omni in re, ita verbis quoque sceleratus fuit: persæpè repetens, Odeant dum metuunt, Optabat etiam populum Romanum unam habere tantum ceruicem, ut uno ictu omnes interficere simul posset. Fulgosi lib. 9. cap. 11.

Agrippina, cum iussu Neronis occideretur, ac Centurio ferrum in mortem distringeret, ventrem ostendens, clamabat, Hunc percutite: hic est ferro fodiendus, qui portentum illud genuit. Suetonio.

Nero cum incendiis urbem, spectabat, dicens, se flammæ pulchritudine delectari: ac interim suam canebat Halosim hoc est, Troianæ urbis excidium, quod descripserat. Suetonio.

Praeclara est illa Iulij Cæsaris sententia, quam crebris sermonibus usurpare solebat: Misericordiam comitem senectutis esse, pietatis crudelitatis memoriam. Ex Fian. Sen. lib. 3. de Inst. reip.

Usura, Fœnus.

EX Catone Censorio cum quispiam percontaretur, quid in re domestica maxime expediret? respondit: Bene pascere bene vestire, & bene agrum colere: & illi, qui quaesierat, *Quid fœnerari?* Cato: *Quid hominem, inquit, occidere?* Non minus igitur fœneratorem peccare cœsunt, quam homicidam. Cicero lib. 2. de offic.

Alphonfus Aragonum rex, fœneratores utpote labores mortalium depascentes, harpyias vocare solitus erat. Quæ admodum enim Virgilianæ illæ Harpyiæ rapto vivebant: sic hodie fœneratores ex pauperum laboribus magnas per nefas opes reponunt sibi & suis. Parnorm. libro 4.

Idem audiens illicito lucro hominibus insidias à fœneratoribus strui, Fœnus nihil aliud sibi quam animæ funus videri dixit. Danauit autem vniuersam fœnerandi rationem:

quæ planè est contra naturæ regulam, cum ex nihilo nihil gignatur. Panor. lib. 3. de reb. gest. Alphon.

Lysander cùm egregius simulandi artifex euasisset, ac plerâque quæ crudeliter & auarè gerebat, callidis fucis ornaret, iustum nō alia re, quàm vtilitate & commodo metiens, fatebatur quidem veritatem mendacio præstantiorem esse: sed vtriûsque dignitatem ac pretium vtilitate æstimandum. Inuertit vir improbus philosophorū dogma: qui quod honestum est idem volunt vtile esse: hic quicquid esset vtile, idem ducebat honestum. Plut. *Quis* autè non videat, perniciosissimam hanc sententiã (quam verbo quidem omnes damnamus) omnes penè moribus probare? *Quis* enim non vbique vtilitatem præfert honestati?

Vectigalia.

DArius Rex Xerxis pater, cùm tributū indixisset subditis, accersitos prouinciarum præfectos percontatus est cùm aliis de rebus, tum etiam an graua essent populo tributa. Cum illi respondissent, esse mediocria, iussit, vt singuli dimidiam tantū partem exigerent, qua beneuolentia & clementia admodum conciliauit sibi subditorum animos, vt meritò ab omnibus diligeretur. Plut. in Reg. & Imper. Apoph.

Traianus imperator fiscū, lienem vocare solebat, quod eo crescente, reliqui artus omnes tabescerent. Lang. in Niceph. annotatio.

Tiberius Cæsar suadētibus Præsidibus & Quæstoribus, onerandas tributo prouincias, respondit: Boni pastoris esse, tondere pecus, non deglubere. Ex Franc. Sen. lib. 3. de Inst. Reipub.

Adulatio.

» **A**ntisthenes satiùs esse dicebat, incidere in coruos,
» quàm in parasitos. Hi enim viuētis animum coriūpunt, illi solūm mortui corpus. Stob. Ser. 12.

» Idem aiebat, Vt meretrices bona omnia præter mētem
» & prudentiam suis amatoribus imprecantur: eodem modo aduatores iis, quibus cum agunt. Stob. Ser. 12.

Crates Thebanus ad opulentum adolescentem, quē parasitorum comitabatur turba, Adolescens (ait) miseret me

tuæ solitudinis. Stob. Ser. 12.

Bion interrogatus, quod esset animal omnium maximè noxium? Si de feris, inquit, percontaris, tyrānus: si de mīribus, adulator. Laërt. lib. 1. cap. 6.

Diogenes Cynicus orationem blandam, non ex animo proficiscentem, sed ad gratiam compositam, vocare solebat melleum laqueum, quòd blandè amplectens hominè, iugulet. Laërt. lib. 6.

Idem aiebat, in assentatione, veluti sepulchro aut statua quapiam, nomen solū amicitix inscriptum esse. Stob. Ser. 12.

Aristonymus sæpenumerò dicere solebat, Ligna dum augent ignem, consumi ab ipso: opes dum alunt adulatores, ab eis ipsis perire. Stob. Ser. 12.

Sigismundus imperator, assentatores se veluti pestes odisse, cùm diceret, Brunonius Neronensis respondit: Tamen nullum genus hominum magis amas, quàm adulatores. Tùm Sigismundus, Vincis sanè, inquit. Ita enim natura comparatum est, vt cùm vitandos esse adulatores dicimus, tunc maximè illis hæreamus. Nam nec tu tandiu mecum fuisses, nisi meis moribus blandiri assueuisses. Aeneas Syl. de dict. Sigism. & Federici Imper.

Alphonfus Aragonum & Siciliae Rex adulatores lupis haud absimiles esse dicebat. Nam quemadmodum lupi titillando & scalpendo asinos vorare soliti essent: ita adulatores ad perniciem Principum blanditiis simul ac mendaciis intendere. Anton. Parn. de rebus gestis Alphon. lib. 3.

Antigonus Rex admirantibus, quamobrem tanti faceret Zenonem, respondit, Quoniam cùm multa à me acceperit, nunquam tamen emollitus est. Eius mortem cùm audiisset, ingemuit dicens, Quale theatrum perdidit? Erat enim Zenon acerrimi iudicij, & ab assentando alienissimus. Laërt. lib. 7. cap. 1.

Cùm Pescenio Nigro imperatori creato, quidam panegyricum recitare vellet, imperator dixisse fertur, Scribe laudes Marij, vel Hannibalis, vel alicuius ducis optimi vita functi, & dic quid ille fecerit, vt eum nos imitemur. Nam viuentes laudare inuiso est, maximè imperatores: à quibus speratur: qui timentur: qui præstare publicè possunt: qui necare, qui proscribere: se autem viuum placere

DETRACTIO.

velle, mortuum etiam laudari. Ælius Spartian.

Diogenes vulgò canis dicebatur. Sunt autem canum multa genera: sunt enim venatorii, sunt aucupatorii, sunt custodes ouium & ædium, sunt qui habentur in delitiis. Ergo percontanti qualis ipse canis esset, lepidè respondit: Esuriens, Melitaus: satur, Molosseus: quod cibi appetens blandiretur, saturatus morderet. Laërt. lib. 6.

» Vera est illa Q. Curtij sententia in elegantissimis illis
» de reb. gestis Alexandri libris, qua regnum ait sæpiùs ab
assentatoribus, quàm ab hostibus eueri. Ex lib. 5. de Inst.
Reipub. Franc. Senens.

Detractio.

DEmosthenes, calumniam aliquantisper quidem audientium opinionem confirmare, progressu vero temporis nihil ipsa imbecillius esse dicebat. Stob. Serm. 40.

Medius ex Alexandri parasitis vnus solebat alios adhortari, ne metuerent, quoduis crimen in quemuis intendere. Adiecitque scelerato præcepto causam: Vt maximè (inquit) sanet vulnus, qui delatus est, manet tamen cicatrix. Eras. lib. 8. Apoph.

Cùm quidã Platoni narraasset, nonnullos esse, qui ipsum maledictis insectarentur: At ego, inquit, sic viuam, vt illis non habeatur fides. Mellis. Ser. 69.

Aristoteles Staguites Calisthenem discipulum liberioris linguæ hominem, Homericò versiculo admonere voluit.

Talia nate loquens, haud multo tempore viues.
Laërt. lib. 5. cap. 5.

Thales Milesius admonere solitus erat, vt ita loquamur cū amicis, ne sermo nos in ius vocet. Quo docere voluit, cautè de absentibus etiam coram amicis loquendum esse: ne nos apud alios deferat, & nostra loquacitas vergat nobis in magnum malum. Laërt. lib. 1. cap. 1.

Zoilus Amphipolitanus Polycratis auditor, qui canis Rhetoricus nominatus est, homo studiosus malè loquendi, cùm non solum in Homerum, Platonem, aliòsque præclaros ac magnos viros stylum stingeret, sed vbique litibus & perniciosis etiam cōtentionibus operam daret, rogante quodam erudito viro, quamobrem de omnibus

malè loqueretur. Quoniã, inquit, malefacere cùm velim, non possum. Expressit autem hoc dicto, omnium maledicentium & detrectantium personam. Itaque Zoili dum non inveniunt, qua ratione factis lædant, dentibus caninis & lingua amarulenta in bonos inuchuntur. Brus. lib. 1. cap. 26.

Philippus Macedo dicebat, se suis conuiciatoribus gratiam habere, quòd se meliorem redderët. Ego, inquit, studens illos mendacij conuincere, si quid improbè fecerim, muto consiliam, & pœnitentia emendo factum. Anton. in Melis. Pat. 1. Ser. 69.

Idem maledictis à Nicandro laceffitus, pluribus cœpit illum donis honestare, quibus acceptis cœpit Nicander laudare. Ad amicos igitur conuersus Philippus, Videtisne ergo (inquit) nostrum esse benè & malè audire? Brus. lib. 1. cap. 16.

Cato senior, cuiusdam, qui multis intemperantiæ notis iniustus erat, probis vexatus, Impar mihi tecum, ait, certãdi conditio est. Nam vt malè audire, & malè dicere, tibi facillimum simul & promptissimum est: sic & mihi maledicere insuaue est & insuetum. Brus. vbi sup.

Augustus Cæsar indignanti Tyberio, ac per epistolam etiam conquerenti apud eũ de conuiciatore, respondit: Ætati tuę mi Tyberi noli in hac re indulgere, & nimium indignari, eò quòd sint, qui malè de me loquantur. Satis est enim si hoc habemus, ne quis malè facere possit. Brus. T. Clemen-
tia.

Domitianus imperator cùm homines mordaces atque maledicos haberet odio, semper tamen eos dicere solebat peiores esse, qui maledicis aures præberent, neque reprehenderent, quàm ipsos maledicos. Brus. lib. 1. cap. 16.

Chilon Lacedæmonius mortuis nequaquam maledicendum esse dicebat: quandoquidem ignauum esse videretur, eos lingua inceslere, qui respondere non possent. Laërt. lib. 1. cap. 4.

Alphonfus Aragonum Rex audiens à suis, quantum maledictis proscinderetur ab inimicis suis, respondit: in huiusmodi iniuriis non quid dicatur, sed à quo dicatur, in primis animaduertendum est. Panor. de reb. gest. Alphon.

Conuictium.

CŌNVIITIUM, MENDACIUM.

SOcrates cuidam admiranti, quòd nihil in eum commo-
ueretur, à quo conuitiis incessebatur. Mihi, inquit, nō
maledicit: quandoquidem ea quæ dicit, mihi non adsunt,
nec in me hærent. Eras. lib. 3. Apoph.

Vetus comœdia solebat nominatim in ciues conuitia
iacere. Horam libertatem cum plerique metuerent, So-
crates dicebat, Expedire, vt quis semet illis sciens ac vo-
lens subiiceret. Nam si quid dixerint in nos meritò repre-
hendendum, admoniti corrigemus, & profuerint: sin fal-
sum conuitium in nos iaculabuntur, nihil ad nos. Eras. li.
3. Apoph.

M. Seruilius dissuasurus legem, quam fecerat. M. Pina-
rius, Dic mihi M. Pinari, inquit, si contra te dixero, num
mihi maledicturus es, vt cæteris soles? Vt sementem, in-
quit Pinarius, feceris, ita & metes. Per allegoriam mini-
tans, illum malè auditurum, si malè diceret. Eras. lib. 6.
Apoph.

Mendacium.

ARistoteles interrogatus, quid lucri facerent menda-
ces? Vt vera, inquit, loquentibus non credatur. Laët.
lib. 5. cap. 1.

Perſæ dicebant, duo esse peccata inter homines turpia:
quorum primum est, debitorē esse, alterum mentiri. Con-
iunxerunt autem hæc duo, ideò nimium, quod vnum ra-
iò sit sine altero, qui enim cre alieno obstricti sunt, polli-
centur in dies se satisfacturos: nec tamen præstant, quod
promissum est semel ac iterum. Herodotus.

Gratitudo, Ingratitudo.

Furnius Antonij partes secutus fuerat. At posteaquam
victoria cessit Augusto, metuens sibi, subornauit fi-
lium, qui à victore veniam peteret. Petiit, & impetrauit.
Tum Furnius his verbis gratias Cæsari egit: Hæc vna,
ô Cæsar, abs te mihi facta est iniuria: effecisti, vt mihi &
viuendum & moriendum sit ingrato. Significans tantam
esse eius beneficij magnitudinem, vt nulla ex parte par
esset referendæ gratiæ. Eras. 8. Apoph.

Veteranus quidam, cum vocatus in ius periclitaretur,
adit in publico Cæsarem Augustum, rogans vt sibi veller
adesse. Cæsar è comitatu suo selectum illic dedit, eique
litigato-

litigatorem commendavit. Hic miles vociferans, At non ego Cæsar, periclitâte te Actiaco bello, vicarium quesivi, sed pro te ipse pugnavi: simulque detexit cicatrices. Erubuit Cæsar, atque ipse descendit in aduocationem, veritus, ne non modo superbus, verumetiam ingratus videretur. Eras. lib. 4. Apoph.

Diogenes Cynicus quærenti, quid apud homines celerius senesceret: Beneficium, inquit. Dici enim vix potest, quanta accepti beneficij apud plerôsque sit obliuio. Stobæus.

Aristides cognomento iustus, cum sanctissima sua gubernatione Rempub. Athenensium plurimum auxisset, nullam aliam à ciuibus ingratias retulit gratiam, quam ut ostracismo (est autem damnationis genus, quod testulis peragebatur) damnaretur. De cuius iustitia & morte Plut. in Græc. Reg. & Imp. Apoph.

Plato nominare solebat Aristotelem mulum. Quid autem hoc sibi nomen voluerit, ex eo liquet, quia mulus cum saturatus est lacte materno, calcibus petit matrem. Significabat igitur Plato inuoluto quodam sermone ingratitudinem Aristotelis. Etenim is, cum maxima philosophiæ semina à Platone accepisset, scholam contra Platonem aperuit, & in Peripato cum suis familiaribus & discipulis aduersus eum pugnavit, Platonis perpetuus aduersarius esse cupiens. A lianus lib. 4. de var. hist.

Aristoteles interrogatus, cur reliquisset Athenas? respondit, quoniam noluisse committere, ut Athenienses bis peccarent in Philosophiam. Notavit autem magnam Athenensium ingratitudinem, qui philosophos de patriæ salute plurimum sollicitos, ac de Athenensium Rempub. benemeritos, non accusarunt tantum, sed damnarunt etiâ: subobscurè taxans Socratis mortem, & suum quoque periculû. A lianus lib. 3. de Var. hist.

Beneficia Dei.

Simonides, rogante quodam, ut sibi conscriberet encomium, & gratiam se relaturum inquitente, argētum autem non dante: Duas, respondit, arcas domi habeo, vnam quidem gratiarum, alteram argēti. Et cum necessitas exigit, gratiarum quidem arcam aperiens, semper vacuam inuenio: alteram vero solum commodam mihi ad res vitæ

IURAMENTVM.

necessarias. Longè aliter Deus: qui cum nullius egeat, solam à nobis animi gratitudinem requirit. Stob. Serm. 8. de iniustitia.

Fuit Aegyptiorum mos, eorum casta religione diutiùs obseruatus, vt ante numinum eades ac templa hydria aquę poneretur, vt intrantes conspergerentur, procumbentésque sublatis ad cælum manibus diuinæ maiestati gratias agerent, quod munere saluberrimæ aquæ affecti fuissent. Hinc Thales Milesius aquam rerum omnium principium posuit. Mortalium namque natura faciliùs cuiùsque rei indigentiam, quàm aquæ ferre potest. Sunt autè innumera aquarum virtutes, partim manifesta, partim abditæ & obscura ratione: veluti de Arcadiæ fonte dicitur (quem Clitorium accolæ appellant) qui vini odium eius Iuces haurientibus quàm piimum facit, eosque abstemios reddit. Scribit præterea Pomponius Colinographus vnã ex fortunatis insulis singulis singulari duorum fontium ingento insignem esse: alterum enim qui gustauerint, risu soluuntur: eiusmodi autè morbo affectis remedium est, ex altero bibere. Et centè res miranda mihi videtur, omnium ferè morborum medicas aquas à Deo & Opt. Max. mortalibus esse traditas: quæ non pigmentis, antidotis, & amaris dilutionibus ægrotos excruciet, non igne aut ferro lacerent, sed suauissima ablutione pristinam valetudinem restituant. Et denique id præstant, quod Asclepiades officium optimi medici esse dixit, vt scilicet tutò, celeriter, & iucundè curent. Hæc igitur & similia naturæ beneficia omnium largitori Deo accepta ferre debemus. Ex Fran. Sen. lib. 7. de Inst. Reip.

Iuramentum.

ISocrates sacramentum oblatum duabus de causis fide firmandum esse suadebat: vel vt te ipsum turpi suspitione liberet, vel vt amicos ex magnis periculis eripias. Pecuniarum verò gratia etsi iustam causam haberet, non per Deos iurandum dicebat. Quid hic Christiani homines passim periurantes respondebunt? Stob. Ser. 25.

Alexander statuerat Lampfacum diuere. Ad id tendenti, cum Anaximenes Alexandri præceptor veniret obuiã extra muros, deprecaturus suæ ciuitatis perniciem, Alexander suspicans quid esset petiturus: Iuro (inquit) me nõ

facturum quod petet Anaximenes: Peto, inquit, vt Lamp-
psacum diruas. Captus fuit Alexander, & iureiurando cō-
pulsus est seruare, quos demoliri statuerat. Erasmi. lib. 7.
Apoph.

Oratio.

Socrates humanæ sapiētiæ quasi quoddam terreſtre ora-
culum, nihil vltra petendum à Diis immortalibus arbi-
trabatur, quàm vt bona tribuerēt: quoniam ij demum ſci-
rent, quid vnicuique eſſet vtile: nos autem plerūmque id
votis expetere, quod non impetrare melius foret. Etenim
denſiſſimis tenebris inuoluta mortalium mens; in quàm
latè patentem errorem cæcas preces tuas ſpargis? Di-
uitias appetis, quæ multis exitio fuerunt: honores concu-
piſcis, qui plures peſſum dederunt: regna tecum ipſa vol-
uis, quorum exitus ſæpenumero miſerabiles cernuntur:
ſplendidis coniugis inuicis manus: at hæc vt aliquando
illuſtrant, ita nonnunquam funditus domos euectunt. De-
ſine igitur ſtulta futuris malorum tuo: rum cauſis, quaſi fe-
liciffimis rebus inhiare, teque totam cœleſtium arbitrio
permitte: quia qui tribuere bona ex facili ſolent, etiam e-
ligere aptiſſima poſſunt. Val. Max. lib. 7. cap. 2.

Bias; eos qui ſibi mentem à Deo bonam largiri precā-
rentur, nec tamen diſciplinam capereſcerent, parum corda-
tos eſſe dicebat: quando nec vt pictor quiſquam bonus e-
uadat, dari ſibi à Deo bonos colores & lineam exoptat:
quin magis artem perdit: ſicut nec votis proficit, qui
musicus eſſe cupit, niſi artem conſectetur. Aded nihil
prodeſt circa preces occupari, niſi rectè viuendi ſtudio te-
nearis. Stob.

Idem cum aliquando cum impiis ac ſcelerofis homini-
bus nauì veheretur, & in ſummo mari omnes periclitatē-
tur, impiis Deorum opem implorantibus, Silite (inquit
Bias) ne Diſ vos nebulones hic nauigare ſentiant: Deus
enim impiorū precibus irritatus, magis ad vindictā quàm
ad opitulandum ſeſtatur. Laëti lib. 1. cap. 6.

Lacones commune hoc prouerbum temper in ore ha-
buerunt, Adnota manu Fortunam eſſe implorandam. Quo
inuere voluerunt, fruſtra inuocari Deos, niſi addens in-
duſtriam, manum rotæ admovent etiam. Plutarch. in
Laco.

O B E D I E N T I A .

Diogenes Cynicus destomachabatur in eos, qui pro bona valetudine sacrificarent, & in iplo sacro epulis immodicis semet ingurgitantes, facerent bonæ valetudini contraria. Laër. lib. 1.

His autem similes esse videntur, qui implacabiles cum aliis inimicitias gerentes, quotidie orant, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dim. deb. nost.

Obedientia.

A Gesilaus, cum secum haberet Xenophontem, iussit ut filios suos acciperet Lacedæmonem, docendos artem omnium pulcherrimam, videlicet imperare, & parere imperio. Plut. in Lacon.

Idem rogatus quo pacto Spartanorum Respub. præ cæteris secundis rebus floureret? Quoniam, inquit, plus cæteris in hoc se exercent, ut pariter imperare, & parere sciât. Quæ duæ res à ciuibus excludunt seditiones, & tuentur concordiam. Ibidem.

*T. Exercita-
tio.* Scipio maior in Sicilia percontanti cuidam, qua re fretus classem educere pararet in Africam? ostendit viros armatos trecentos sese exercentes: præterea turrim excelsam mari imminentem, & ait: Nullus horum est, qui non conscensa turri semet in mare præcipitaturus sit, si iussero. Sentiens non perinde referre, quàm numerosam educas multitudinem, modo fortis dux educat exercitatos, & dicto audientes. Plut. in Rom. Apoph.

T. Consiliū. „ Zeno Citricus philosophus celebratissimã Hesiodi sententiã solebat inuere. Cùm enim ille primas tribuat ei, „ qui per se sapiat, secundas, qui rectè admonenti obtemperet, Zeno ordine inuerso sic pronuntiabat, „ *Optimus ille quidem, qui paret recta monenti.* „ *Sed probus ille quoque est, qui nouerit omnia per se.* „ Addebátque causam: quòd qui ex se noscet omnia, nihil haberet præter intelligentiam: at, qui rectè monenti pareret, præter intelligentiam, haberet etiam effectum: nã parere dicitur, qui quod didicit optimum, etiam facit. Laër. lib. 7. cap. 1.

T. Patientia. Apud Lacedæmonios iuuentus discebat quidem literas ad vsu: sed cæteras disciplinas exoticas eiciebant. Illorum enim eruditio erat, parere magistratibus, & patientem esse laborum, & in prælio vincere, aut mori. Plutar. in A-

poph. Lac.

Ad Theopompum cum quidam dixisset, ideo seruari Spartanorum Rempub. quod reges scirent imperare: imò potius, ait, quod ciues sciant parere. Plut. in Lacon. Apoph.

Liberalitas.

Theophrastus interrogatus, quidnam vitam conseruaret humanam? respondit, Beneficentia. Stob. Sermon. 41.

Anaxilaus Rex interrogatus, quid esset in regno beatissimum? respondit, Nunquam vinci beneficiis. Panor. Camer.

Philippus Macedon. Rex cum Thebis obses esset, Philonis Thebani hospitio usus est, multisque insuper ab eo beneficiis affectus. Is cum vicissim à Philippo nihil muneris veller accipere: Ne me, inquit Philippus, beneficentia superatum, hac laude spohes, quod haectenus à nemine beneficiis victus fuerim. O animum imperio dignum. Pulchrius existimauit benefaciendo, quam potentia vincere. Plut. in Apoph. Reg. & Imp.

Vespasianus iunior super cenam aliquando recordatus, quod eo die nemini quicquam praestitisset, memorandam illam vocem edidit, Amici, diem perdidit. Laudanda sane Principis beneficentia tam peculiaris: qui omne tempus se perdidisse putabat, quo amicis bene meritis suum non praestitisset officium. Suet. in vita Titi Vespas.

Alphonso Aragonum regi cum à quodam deferrentur aureorum decem millia, dixissetque qui forte aderat, eaduntaxat summa se diuitem & beatum fore, Accipe, Rex inquit, quantacunque ea est, & beatus esto. Panor. lib. 4. de reb. gest. Alph.

Idem cum audisset, Vespasianum Caesarem eam diem se perdidisse solitum dicere, in qua nihil quicquam alicui donasset: egisse gratias dicitur Deo Opt. Max. quod eo modo nec die ipse perdidisset. Pan. li. 2. de reb. gest. Alph.

Petillus quidam ex amicorum Alexandri numero cum filtabus dorem petisset, quinquaginta quidem talenta illum accipere iussit. Sed cum ille dixisset, decem satis esse: Tibi, inquit, accipere, sed mihi nequaquam satis est dare. Plut. in Apoph.

Reg. S. de m. l. 1. p. 1. in m. l. d.

Avaritia.

Bion sophista avaritiã dicebat omnis improbitatis esse metropolim. Stob. Ser. 8. de industria.

Idem Boristhenites diuites sordidos dicebat ita facultatum suarum curam habere. quasi essent propriæ: rursus ex his nihil capere utilitatis, quasi essent alienæ. Laërt. lib. 4. cap. 7.

Idem in diuitem quendam sordidum ita loquutus est: Hic facultates suas non possidet, sed ipsum possident facultates. Laërt. ibid.

Chilon philosophus sapientissimus dicere solebat, hominum bonitatem ita auro probari, quemadmodum aurum Lydio lapide. Fulgos. lib. 7. cap. 2.

Anacharsis cum rogasset quendam, quanta esset spissitudo nauium? respondit, quatuor digitorum. Tantillum, ait Anacharsis, à morte sunt, qui avaritia & lucri cupiditate irritati, pernauigant maria, incerti de reditu. Laërt. lib. 1. cap. 9.

Socrati tribuitur illud, Nec à mortuo petendum colloquium, nec ab auaro beneficium. Eras. lib. 8. Apoph.

Plato ad quendam accumulandæ pecuniæ semper incumbentem, O improbe, dixit, ne possessioni augendæ studeas, sed minuendæ cupiditati. Stob. Serm. 8. de iniustitia.

Demonax quosdam esse dicebat, qui non in hac præsentia vita viuerent, sed magno studio se præpararent, quasi alteram vitam sint acturi, non hanc præsentem. Notauit autem insatiabilem eorum hominum avaritiam, quibus nil sufficit: quasi post mortem etiam vsui sint nobis per fraudem comparatæ diuitiæ. Max. Ser. 12.

Alphōsus Atagonum Rex dicere solebat, ab Diis olim Ioue, Neptuno, Plutone omnia trifariam partita fuisse, & sua quemque sorte partèque contentum agere. At hominibus hodie nec quod satis, nec quod minus esset, satis esse. Notauit avaritiæ & habendi desiderium omnibus innatum. Pauci enim sunt, qui sua sorte contenti viuere cupiant. Panor. lib. de reb. gest. Alph.

Bion inquit, diuitiis operam dantes ridiculos esse: cum eas porrigat fortuna, illiberalitas seruet, benignitas auferat. Stob. Ser. 91.

Idem dicere solebat, non minus molestum esse caluis quam comatis pillos vellere. Ostendere autem hoc dicto voluit, paria pauperum diuitumque tormenta esse. Brus. lib. 2. cap. 26.

Democritus eos qui naturalibus diuitiis contenti essent, multo ditiores esse us dicebat, qui cum multa possideant, plura tamen concupiscunt. Illis enim nihil deest: us plura, quam possident. Max. ser. 12.

Epicurus ad Pitocleam, Si vis (inquit) Pitoclea te diuitem facere, non pecuniae adiiciendum, sed cupiditatibus detrahendum est. Brus. lib. 2. cap. 26.

Vide etiam Ti. Diuitia. Ti. Liberalitas. Ti. Paupertas.

Diuitia, Diuites.

A Nacreon Poeta posteaquam a Polycrate Tyranno quinque talentorum accepisset munus, in somnes duas egit noctes, indeque cogitatione sollicitus, reddidit ea dicens, Non tanti ea sibi esse, ut tanta cura vexari vellet. Brus. lib. 5. cap. 17.

Bias Puenaeus beatum esse dicebat ex vulgi opinione, qui opes ex animi sententia assequeretur: verum multo beariorem qui ne desideraret quidem. Stob.

Epicurus interrogatus, quis esset inter homines diues? Cui, inquit, satis est quod habet. Stob.

Socrates interroganti, quisnam ei videretur ditissimus? respondit. Qui paucissimis contentus est. Anto. in Melis. par. 1. ser. 37.

Diogenes Cynicus dicebat, diuitias nihil aliud esse, quam velamenta malitiae. Diuites enim cum aliis nihilo sint meliores, tamen peccant licentius. Laert. lib. 6.

Socrates conspiciens hominem praediuitem & arrogantem, sed nulla virtute praeditum, Hic, inquit, equus est argento circumtectus, Solent enim equi stragulis, phaleris, ac bullis argenteis exornari, cum interim tamen nihil aliud sint quam equi.

Idem, Nec equo sine freno, nec diuitiis sine ratione tutum quis uti poterit. Stob. ser. 3.

Cicero lusit in quendam, qui cum prius habitus esset stultissimus, post adeptam hereditatem prius rogabatur sententiam. Cuius, inquit, hereditas quam vocant sapientiam. Eras. lib. 4. Apoph.

Paupertas.

PLato felicem & beatam esse eam ciuitatem inquit, in qua istæ voces, Meum, & Non meum, profert non audiantur. Eò quòd communibus (quoad fieri potest) rebus, quæ quidem alicuius æstimationis sunt, vti ciues debeant. Stob. ser. 12.

» Socrates dicere solitus est, cum esse Diis simillimum,
» qui quàm paucissimis egeret, cum Dijs omninò nullius e-
geant rei. At vulgus diuites Dijs proximos existimat, quo-
rum delitijs nihil satis est. Laërt. lib. 2.

Idem per forum obambulans cum aspiceret mercium copiam, quæ illic vendebantur, ita secum loqui consuevit: Quàm multis rebus ego non egeo! Ast alij cruciantur animo ita cogitantes, Quàm multa mihi defunt. Brus. lib. 5. cap. 22. In hanc autem sententiam vsurpabat versus Lam-
bicos poëtæ nescio cuius,

*Argentea isthæc vasa simul ac purpura,
Tragædiarum accommoda histrionibus
Sunt, ad beatam conferunt vitam nihil.*

Laërt. lib. 2.

Scipionem minorem narrant, annis quinquaginta qua-
tuor quibus vixit, nihil emisse, nihil vendidisse, nihil ædi-
ficasse: libras autem argenti triginta tres, auri duas in ampla
domo reliquisse: idque cum potitus esset Carthagine, mili-
tisque ditasset plus cæteris ducibus omnibus. Plut. in Ro
Aph.

» Lycurgus Lacedæmoniorum legislator interrogatus,
» quamobrem statuisset, vt ad ædium culmen imponendum
fabri securi vterentur: ad fores verò addendas sola ferra,
nec vlllo alio instrumêto. Vt, inquit, ciues mediocritatem
in omnibus quæ in ædes inferunt, sequantur: neque quic-
quam habeant earum rerum, quæ apud alios sunt admira-
tioni. Videbatur enim parum decorum esse, si per ostium
rude suppellex inferretur exotica, pretio cara, arte opero-
sa, &c. Plut in Lacon.

Democritus audiens quendam de paupertate sua con-
querentem: Si non multa desideres, pauca tibi multa vide-
buntur. Desiderium enim contractum, paupertatem diui-
tijs æquipollentem reddet. Anto. in Meli. par. 1. ser. 33.

Socrates ab Archelao vocatus, vt qui ipsum ditare vel-

let, et renunari iussit: Quod farinae chœnices quatuor obolo venirent Athenis, & fontes aquam funderent. Nam si res mea, dicebat, mihi non sufficiunt, at ego ipsis sufficio: & sic etiam ipse mihi. Stob. ser. 95. ex Arriani scriptis.

Aristides ille iustus, cum dives quidam paupertatem ei obiceret, dixit: Mihi quidē nihil adferet mali paupertas: tibi verò diuitiæ non paucas perturbationes. Anto. in Meli. par. 1. ser. 33.

Diogenes paupertatem appellabat virtutem quæ per se discitur. Diuitibus opus est multis præceptis, ut fugaliter vivant, ut corpus exerceant laboribus, ne corporis ambitioso cultu delectentur, aliæque innumera, quæ omnia seipsam docet paupertas. Stob. ser. 93.

Idem paupertatem esse dicebat subsidium ad philosophiam. Nam quæ philosophia verbis persuadere conatur, ea paupertatem in ipsis cogere. Stob. vbi sup.

Appollonius dicere solebat, paupertatem secundum naturam nequaquam turpem esse: turpi autem de causa pauperem esse, dedecus & flagitium esse indignissimum. Anto. par. 1 ser. 33.

Diogenes Cynicus cum iam in dolio habitaret, accessit ad eum Alexander rex, & hunc in modum ait: Adsum, ô Diogenes, tibi subuenturus, quandoquidem video te multis egentem: Cui Diogenes: Vter noster pluribus eget? ego qui ultra peram & palium nihil desidero, an tu qui non contentus patrio regno, tot periculis temet obicis, ut latius imperes, ad eum ut vix totus orbis tuæ cupiditati videatur satis futurus? Laërt. lib. 6.

Democritus interrogatus, quomodo quis dives fieri posset: Si (inquit) cupiditatum pauper erit: Max. ser. 12.

Vide etiam quatuor Titulos præcedentes, scilicet, Liberalitas, Avaritia, Diuitia, Paupertas.

Fortitudo.

LAcœna quædam cum filium audisset, in acie cecidisse

Lait,

Plorantur timidi, mi in fletus humabere nate,

Et mater hac verè dignus es, & patria.

Plut. in Lac. Apoph.

Altera quædam filium qui deserto loco fugerat, hostis crudelitatem metuens, interemit dicens, Haud meum est hoc germē

A U D A C I A.

quod adeò à vita abhorres semel amittenda. Plut. vbi sup.

*Pietas in
patriam.*

Quædam sepeliebat filium : ad eam cum vilis anicula quædam accessisset dicens, Heu fortunam. illa subiecit, Per Geminos, inquit, bonam quidem arbitror: siquidem cuius gratia filium peperit, videlicet ut pro Sparta moreretur, id mihi contigit. Fortissima mulier aniculæ deplorationem vertit in gratulationem. Plut. in Laco.

Paulina vxor Senecæ cum mariti mortem iam imminentem grauiter ferret, Seneca ad illam, Cauca (ait) hanc meam mortem amplius ut contumeliosam desideas : ne vel te nimis amasse, vel gloriæ meæ inuidisse videaris. Ex vita Senecæ per incertum autorem.

T. Virtus.

Ti. Patiëntia.

Antisthenes dicebat, virtutem sibi sufficere ad felicitatem, nec vlla re opus habere nisi robore Socratico : Socrates autem ad omnium rerum patientiam obduruerat. Imbecillitas verò corporis impedit frequenter vsum virtutis. Laërt. lib. 6. cap. 1.

Agefilaus cum arderet podagræ doloribus, eumque Carneades inuisisset, atque exiret tristis : Mane, inquit, Carneades, nihil enim illinc huc peruenit, ostenso pectore. Sentiens pedes quidem dolere, sed animum dolore vacuū esse. Plut. in Lacon.

Sylla cum post occupatam Rempub. Senatum coëgisset, sententiâsq. rogaret, ut Marius hostis Reip. iudicaretur, nullis audientibus obuiam ire, solus Scæuola sententiam dicere voluit: quin etiam truculentius minitanti Syllæ: Licet, inquit, mihi agmina militum (quibus curiam circumsedisti) ostentes, nunquam efficies, ut propter exilem senilemque sanguinem meum, Marium (à quo vrbs & Italia conseruata est) hostem iudicem. Brus. lib. 2. cap. 1.

Audacia.

T. Eloquētia

Socrates inter amicos dicere solitus est, se quidem docere decem minis: ceterum qui ipsum docuisset audaciam, mercedis loco daturum decem millia. Nam animi timiditas, reddebat Isocratem ad dicendum inutilem. Eras. lib. 8. Apoph.

Archidamus conspiciens filium suum cum Atheniensibus iuueniliter atque temerè conredientem. Aut viribus (inquit) adde, aut animis adime : docens periculosam esse audaciam, si vires non suppetant spiritibus. Plut. in Laco.

Cato senior, quibusdā efferētibus hominem inconsultē audacē, & in rebus bellicis strenuū, ait, plurimū referre, vtiū quis virtutem magno aestimet, an vitam non magni faciat: Sentiens, non eos statim esse fortes, qui quouis modo vitam contemnunt. sed qui tanti faciunt virtutem, vt huius gratiā vitā, alioqui charam, negligāt. Eras. li. 5. Apoph.

Magnanimitas.

Galloium legati ad Alexandrum regem profecti, vt eius pacem & amicitiam peterent: interrogati ab Alexandro, quam ob causam ipsius amicitiam eo tempore postularent: putans eos dicturos, eius rei præpotentes ipsius vires causam esse, subidentes responderunt, Nihil aliud se metuere, nisi ne in ipsorum caput cælum iueret: & tamen ingentis animi regum amicitiam magni facere. Fulgof. lib. 6.

Fabius Maximus, quoniam cum Annibale configere delectabat, sed mora copias illius & pecuniarum & comitatus egentes, attenuabat, sequens illum per aspera montuosaque, ac subinde obiter sese opponens, à nonnullis per ludibrium dicebatur Annibalis pedagogus. Hoc conuitio nihil commotus, pergebat suum institutum sequi, dicens apud amicos: Qui dictoria conuitiaque metuebat, cum sibi videri timidiorē us qui fugiunt hostes. Sensit, hoc turpius esse, timiditatis vitium, quò leuius est periculum. Nihil autem leuius dictis: quæ qui formidat, quomodo sustinebit hostium impetum? Plut. in Rom. Apoph.

T. Timor.

T. Detra-
ctio.

“

“

Cum Darius innumera Parmenioni vellet dare talenta, Asiāque ex æquo diuidere: dixissetque Parmenio. Ego quidem accepissem, si Alexander essem: Ego, inquit, per Iouem, si Parmenio. Sed Dario respondit: Nec terram duos Soles, nec Asiā duos reges tolerare. Plut. in Apoph.

Patientia.

Avlicus quidam iniuriarum palatarum patientissimus, cum à quodam rogaretur, quomodo iussimam rem in aula consequutus esset, Inuitas, inquit, accipiendo, & gratias agendo. Sene. lib. 1. de Ira.

Pyttacus prudentum virorum esse dixit, ne quid mali fiat cauere: fortium autem id quod factum est, moderate ferre. Stob. ser. 18.

P R O S P E R I T A S .

Bion Boristenites aiebat, magnum malum esse non posse ferre malum: absque hoc enim nulli potest esse vita sua us. Laert. lib. 4. c. 7.

Prosperitas. Prosperitatis moderatio.

ARchidamus Agesilai filius, post cōflictum apud Clie-
roneam habitum, cū à Philippo rege Macedonum
litteras accepisset acerbius scriptas, hunc in modum rescrip-
sit. Si metiaris vmbra tua, haud quaquam reperies il-
lam maiorem factam, quàm erat ante victoriam. Grauitè
admonens, non esse prudentis ob fortunæ successum intum-
escere, cū ipse sit nihilo maior. Plut. in Laco.

Philosophiæ summam Epictetus duobus verbis com-
prehendere solitus est, Sustine, & Abstine. Quorum prius
admonet, vt mala quæ incurrunt æquo animo toleremus:
posterius, vt à voluptatibus temperemus: Ita enim fiet, vt
nec aduersis deiciamur, nec prosperis corumpamur. Geli.
lib. 17. cap. 19.

Democritus, illum qui sinistram fortunã ferre nequeat,
ne dexteram quidem posse ferre dicebat. Anto. in Melis.
par. 1. ser. 70.

M. Antoninus Verus Romanorum imperator dicebat,
difficile esse in maxima licentia moderari sibi, & cupidi-
tatibus quasi fienos imponere. Herodianus lib. 1.

Otho imperator Romanorum iam moriens, vocauit ad
se Cocceium fratris filium, quem sic admonuit, O filij, ha-
buisse te patrum Cæsarem nec prorsus obliuiscaris, nec
admodum memineris. Docere autem voluit adolescen-
tem, vbique moderandum esse animum: vt si cogitaret se
patrum habuisse imperatorẽ, virtutem amplecteretur, ne
dehonestamento esset antecessoribus: & interim tamen
non ad eò superbiret, vt alios præ se contemneret.

Pittacus Mytilenæus optimè constitutam esse domum
pronunciauit, cui superfluum nihil abūdet, & necessarium
nihil desit. Stob. ser. 83.

Xenophon dicebat, tunc maximè colendos esse Deos,
cū homini res sunt secundæ: vt cū incidere necessitas,
confidenter illos imploremus, vtpotè beneuolos iam & a-
micos. Rectè Xenophon. Sed vulgus hominum contrã
facit, in felicitate, profunda est diuorum obliuio: cū

urget calamitas, tūn demū ad illos confugimus. Eras.
lib. 7. Apoph.

Epanonondas cum aliās solitus esset vncto corpore, hilarique vultu prodire in publicum, postridie eius diei, quo feliciter pugnatum est in Leuctris, processit squalidus ac submissus. Amicis autem sciscitantibus, ecquid illi molesti accidisset? Nihil, inquit, sed heri sensi me plus æquo mihi placuisse, eius gaudij intemperantiam hodie castigo. Plut. in Græc. Apoph.

Admonebat Chilon Lacedæmonius secundis rebus elato non applaudendum, nec arridendum. Infelix enim felicitas est, quæ hominem reddit insolentiorē, eoque non plausum meretur, s. lachrymas. Laer. lib. 1. cap. 4.

Adversitas.

Romulus infelicitatem hominibus plurimū prodesse dicebat: eo quod in rebus adversis doceamur de rebus antea nobis ignotis. Vix enim homo sapit nisi quæ expertus est. Max. lib. 18.

Demetrius dicere solebat, nihil sibi videri infelicius eo, cui nihil vnquam euenit adversi: quod oporteat talem hominem, aut sibi ignotum esse, vt qui nunquam sui periculum fecerit, aut Diis inuitum, quem præterierint velut ignauum ad fortunæ conflictum. Stob. ser. 18.

Alexander, posteaquam ex diuturno morbo conualuit, nihilo se deterius affectum esse dixit. Admonuit enim nos, inquit, ægritudo, ne altum saperemus, vt potè mortales. Sto. serm. 19.

Voluptas, Delicia.

Sciscitasse quendam legimus ab Agesilao Lacedæmoniorum rege, quid Spartæ attulissent Licurgi leges. Voluptatum, inquit, contemptum. Videlicet indicans, eam demum Rempub. esse saluam, in qua leges sub optimo Principe omnes voluptates arcant. Plut in Lacon. Apoph.

Pythagoras aiebat, in ciuitates primum irrepsisse delicias, mox saturitatem, deinde violentiam, postremò exitium. Laer. lib. 7. cap. 1.

Architas Tarentinus nullam pestem in mundo capitaliorem esse dicebat, quam corporis voluptatem. Hinc enim patriæ proditores, hinc cum hostibus clandestina

VOLVPTAS, DELICIAE.

colloquia nascuntur. Nullum denique scelus, nullum magnum facinus est, ad quod suscipiendum non libido voluptatis impellat. Stupra verò & adulteria, & omne flagitium, nullis aliis illecebris excitantur, nisi voluptate. Cicero in Catone maiore.

Diogenes inuiserat Lacedæmonem, inde Athenas reuersum quidam percontabantur, vt sit: Quò iret, & vnde veniret? A viris, inquit, ad fœminas. Notans Atheniensium delicus effœminatos mores, cùm Lacedæmonij durè instituerentur. Laert. lib. 6.

Idem, eos, qui per luxum in coquos, nepotes, scorta, & adultores facultates suas profunderent, similes dicebat arboribus per præcipitia nascentibus, quarum fructus homo non gustaret, sed à coruis & vulturibus ederentur. Sentiens eos, qui gulæ ventriq̃ue seruiunt, non esse homines. Ibidem.

Heraclitus philosophus in seditione rogatus, vt apud populum sententiam diceret, quo pacto ciuitas redigi posset in concordiam: conscenso suggesto, poposcit calicem aque frigide, & paululum farine insperxit, mox de glectione admiscuit, idest vel pulegij syluestris, vel leguminis genus. Deinde epoto calice discessit, nec verbum addidit: hoc pacto innuēs, ita demum ciuitatem carituram seditionibus, si repudiatis deliciis assuescerent paruo contenti esse. Eras. lib. 8. Apoph.

Aristoteles Stagirita semper admonebat vt voluptates contempleremur, non venientes, sed abeuntes hoc est, non à fronte sed à tergo. Venientes enim fucata specie blandiuntur, abeuntes autem pœnitentiam ac dolorem relinquunt. Laert. ib. 5. cap. 1.

Dionysius sophista familiaribus dicere consuevit, mel summo digito, non caua manu esse gustandum: Sentiens voluptates, quàm parcissimè admittendas. Philostratus in Sophi.

Arcefilaus Scythæ percõranti, qui fieret vt ab aliis sectis multi deficerent ad Epicuros, ab Epicureis nulli deficerent ad alios. Quoniam, inquit, ex viuis galli fiunt, ex gallis viui nequaquam. Sentiens, homines esse proniores ad voluptatem, quàm ad virtutem. Gallos dixit sacerdotes Cybellis curatos. Porro voluptatem amplecti fœminarum est potius, quàm virorum. Laert. lib. 4. cap. 6.

Philoxenus Erixius collum longius sibi, quàm gruibus fieri exoptabat, vt in gustu magis oblectaretur. Aristot. in Ethicis.

Lycurgus Lacedæmoniorum legislator, omnem vnguëtorum vsum è medio sustulit, non ob id tantùm, quòd oleum odoribus vitiatum, nullũ haberet vsum, sed vt omnem luxum Reipubl. perniciosum esse ostenderet. Plut. in Lacon.

Cùm Persæ (quoniam regionem habebant montuosam, asperamque) cuperent eam campestri ac molliore commutare, non passus est Cyrus, dicens, Quemadmodum plantas ac semina, sic hominum mores ad regionis habitum immutari. Sentiens se velle duros homines, & laboribus accommodos. Nam mollis ac fertilis regio molles & ignavos reddit homines. Plut. in reg. Apoph.

Xerxes iratus Babylonis, quod à se defecissent, posteaquàm illos in potestatem suam redegerat, interdixit ne ferrent arma, sed psalteriis & tibis canerent, scorta alerent, cauponas haberent, ac sinuosis tunicis vterentur: quò voluptatibus curati, non molirentur denuò defectionem. Plut. in reg. Apoph.

Monachus quidam Ægyptius interrogatus, cur toties voluptates sibi subtraheret? Ideo subtraho, respondit, vt iræ causam, & occasionem præcidam. Scio enim illam semper de voluptatibus belligerare, mentemque meam perturbare, & cognitionem ipsam fugare. Niceph. lib. 11. cap. 43. Eccles. hist. ex Euagrio.

T. Ira.

“

“

“

“

“

“

Antisthenes voluptatem in tantum execrabatur, vt diceret se malle insanire, quàm voluptate affici: Insaniã enim aufert medicus, voluptas cum æquè mentem eripiat homini, vix sanabile malum est. Laert. lib. 6. c. 1.

Vide etiam sequentem T. Luxus. Tit. Parsimonia. T. Gula.

LUXUS.

A Gesilaus cum in Asia domus contignationem ex qua dratis trabibus factam aspexisset, ædium herum rogavit, num apud illos quadrata nascerentur ligna? eo negante, sed rotunda dicente ante quadrati, Quid igitur, inquit, si quadrata essent, rotunda feceritis? Notavit autem luxum, & pretiosam illam in ædificandis ædibus solertiam. Bius. lib. 3 ex Laco. Plut.

Alexander Macedonum rex Darij regiam ingressus, cū vidisset sublime cubiculum, & in eo stratum, mensas, cæteraque omnia mirifico ornatu instructa, Hoccine, inquit, erat imperare? Sentiens; non esse regium huiusmodi deliciis indulgere. Plut. in Alex. vita.

Idem lectum ingressus, excussis accuratè palliis, dicere solebat: Nunquid hic delicatum, aut superfluum mater addidit? Ad eò abhorrebat à mulieribus deliciis. Ibid.

Ægrotanti Pompeio medicus præscripserat; ut turdis vesceretur. Cūque ij, quibus datum esset negotium, negarent inueniri (non enim erat tempus, quò genus hoc auum capi solet) admonuit aliquis apud Lucullum inueniri posse, qui turdos toto anno solebat alere: Ita ne, inquit, Pompeius, nisi deditus deliciis esset Lucullus, nequaquam viueret Pompeius contemptoque medico, cibus parabilibus vsus est. O verè masculinum animum, quo nec vitam quidem deliciis acceptam ferre sustinuit. Plutarch. in Rom. Apoph.

Tiberius Cæsar Attilio Butæ, viro prætorio, cū is ad inopiam per luxum ac socordiam redactus, fateretur, ac deploraret paupertatem suam, Serò, inquit experrectus es. Dormiunt temulentix ac luxui dediti, veriùs, quàm viuunt. Nam vita vigilia est. Sene. in Epistolis.

Heliogabalus adhuc priuatus, cum luxuriosus omnibusque voluptatibus præditus esset, reprehensus à quodam, qui dicebat: An non times vir luxuriosissime, ne post tot delicias pauper fias? Quid melius, inquit, quàm ipse mihi hæres sim vxoris meæ? Brus. li. 3. c. 3.

Idem dicere solebat, se nolle filios, nequis frugi sibi nasceretur. O nature portentum veriùs quàm homo! Ibid.

Eques quidam ingens patrimonium per luxum ac libidinem absorbuerat, ac insuper magnam æris alieni vim contraxerat. Pro hoc intercedentibus quibusdam apud Alphonsum Aragoniæ regem, ne saltem quæ debebat, corpore luere cogeretur, Alphonsus, respondit, Si tantam pecuniam vel in sui regis obsequio, vel patriæ commodis, vel subleuandis propinquis impendisset, audirem. Nunc quoniam tantas opes impendit corpori, par est ut luat corpore. Eras. 8. Apoph.

Q. Metellus deuicta iam Carthagine, in Senatu sapientissimè, nescire se dixit, plus ne boni vel mali Reip. illa victoria

victoria attulisset. Quoniam ut pacem restituendo, profuisset: ita Annibalem submovendo, non nihil nocuisset. Eius enim transitu in Italiam, dormientem populi Romani virtutem excitatam, metusque debere, ne acri æmulo liberata, in eundem somnum reuolueretur. Valerius Max. lib. 7. cap. 2.

Vide etiam Tit. Voluptas. Tit. Gula. Titul. Parsimonia. Tit. Abstinencia.

Parsimonia, Frugalitas.

ANteas Scytharum rex ad Philippum hæc scripsit: Tu quidem viris Macedonibus, qui bella gerere didicerunt, imperas: ego vero Scythis, qui cum fame & siti pugnare possunt. Cum autem equum fricaret, Philippus oratores interrogavit, num id Philippus faceret: Illis vero respondentibus, minime: Et quo, inquit, modo, contra me bellum mouere potest? Plut. in Apoph.

Gula.

DIogenes dicebat, in quibus ædibus magna esset ciborum copia, in iisdem multos mures esse & feles solere: sic ea corpora quæ multum cibi caperent, multos morbos contrahere solere. Max. ser. 27.

Plato ille sapiens generosum conspicatus adolescentulum, patrimonio consumpto, ad fores pandochij panem edentem, & aquam bibentem. Si, inquit, sic moderatè prandisses, nunquam sic cœnares. Max. ser. 61.

Abstinencia.

Democritus dicebat, in capiendo cibo omnem celeritatem abesse oportere. Hoc enim caninum est: magisque bestiam quam hominem decet. Max. ser. 27.

Socrates cum admoneretur ab amico, quod excepturus hospites, admodum tenuem fecisset apparatus, Si boni sunt, inquit, satis erit: sin minus, plus satis. Laert. in eius vita.

Darius in fuga, cum aquam turbidam, & cadaueribus inquinatam bibisset, negavit vnquam se bibisse iucundius. Nunquam autem, vel perrarò sitiens biberat. Cic. lib. 1. Tus. Quæst.

Aitaxerxes, cum in fuga quadam, direpto illius com-

ABSTINENTIA.

meatu, aridis ficis, & hordeaceo pane vesceretur: Dicitur boni, inquit, cuiusmodi voluptatis hactenus inexpectus fui. Plutar. in reg. & Imper. Apoph.

Socrates dicere solebat, multos in hoc vivere, ut ederent, & biberent: se autem contra ob id bibere & edere, ut viveret: quod his rebus non ad voluptatem uteretur: quandoquidem natura paucis contenta sit. Eras. li. 3. Apop.

Idem pro foribus deambulanti contentius usque ad vesperam, cum praeterentium quispiam dixisset: Quid agis Sociates? Obsonium mihi, inquit, comparo in cenam: De fame sentiens, quam agitatione corporis acuebat.

Timotheus Cononis filius dux Atheniensium, vocatus à Platone in conuiuium, cum frugaliter tractatus esset, postmodum conueniens Platonem, Vos o Plato, melius cenatis (dixisse fertur) sequenti die quam praesenti. Innotuit autem iis qui frugaliter cenarent, sequentem diem multo laetiores esse, cum nullo crapulae vel ebrietatis dolore cruciarentur: verum eos qui lautè, & immoderatiùs cenarēt, diebus sequentibus grauari, ac cruciari cibo ac potu nondum concocto ex vitio stomachi. Æli. lib. 2. de var. hist.

Thasiarum gens ut copia rerum abundabat, praecipue vini praestantia nobilis, ita deliciis erat addictior. Per horum agros cum exercitu proficiscenti Agesilao, Thasi honoris gratia, miserunt farinas, anseres, bellaria, liba ex melle condita, & item omnis generis omnia maximi pretij tum esculenta, tum poculenta: at ille praeter farinas, nihil accepit: reliqua domum referri iussit, ab his qui attulerunt, tanquam sibi suisque prorsus inutilia. Ceterum cum illi precibus & obtestationibus omnino vigerent ut caperet xenia, iussit ea inter Helotes distribui. Erat id apud Lacedaemonios mancipiorum genus. Eius facti causam sciscitantibus respondit: Non decere qui virtutis ac fortitudinis studio tenerentur, id gentis deliciarum recipere: propterea quod istiusmodi rebus inescerentur ingenio seruilium, quae oporteret à liberis procul abesse. Pl. in Apo. Lac.

Lysandro Spartiatae in Ioniam proficiscenti, hospites quos habebat in Ionia, cum aliis multis etiam bouem & placentam dono miserunt. Qui placentam contemplatus, rogabat, quid nam illud cupidiarum esset? Cui cum is qui attulerat, responderet, ex melle, & caseo, aliisque quibusdam confectum esse. Sed hoc, inquit, Lysander, iis dare

T. Deliciae.

T. Luxus.

qui nouerunt. Non enim hic est liberi & ingenii hominis
cibus. A Eli. lib. 3. de var. hist.

Epaminondas tam tenui victu utebatur, ut aliquando
vocatus ad cœnam à vicino, cum reperisset bellariorum,
obsoniorum, & unguentorum apparatus, confestim abie-
rit, dicens, Ego te sacrificare putabam, non deliciarum & illu-
dere. Plut. in Græcis Apoph.

Socrates dicebat, eos qui se ad continentiam ac frugali-
tatem exercuissent, & longè plus habere voluptatis, ac mi-
nus dolorum, quàm qui summa cura vndique pararent o-
blectamenta quod voluptates intemperantium, præter ani-
mi sibi malè consciij cruciatum, præter infamiam ac pau-
pertatem, frequenter ipsi etiam corpori plus adferant mo-
lestiæ, quàm delectationis: contra, quæ sunt optima, ea-
dem fiunt iucundissima, si quis assuevit. Laert. libro 2.
cap. 5.

Democritus dicebat, cœnas lautas & sumptuosas sup-
peditare potest fortuna: at contra faciles & quæ sufficiant
necessitati, temperantia. Stob.

Ptolemæus rex, cum Aegyptum peragraret, nec eius mi-
lites adhuc eum cum cibariis assecuti essent, esuriens ad-
modum, panem è tugurio pastorali arreptum, magna cum
auditate comedit, iurauitque in omni vita nihil suauius
eo pane comedisse. Ex Frã. Sen. li. 5. de inst. Reip.

Epicurus etiam voluptatis assertor, elegantes opiparâs-
que dapes aspernabatur. & libios suos omnes oleribus ac
pomis referfit: dixitque vescendum esse vilibus cibus, quod
paratiores essent. Fercula enim illa lautiora, & exquisita
pulmenta, ingenti cura, & nimia ac miserabili impensâ præ-
parantur, maiorémque molestiam queritando faciunt,
quàm voluptatem vescendo. Vbi. sup.

Cum regina quædam illud haberet studio, ut assiduè mit-
teret Alexandro obsonia, bellariâque per talium rerum co-
quos magna arte parata. Alexander ait seipsum habere me-
liores obsoniorum artifices: ad prandium quidem noctur-
num iter ad cœnam vero, tenuè prandium. Plut. in Reg.
& Imp. apoph.

Iulianus Romanorum imperator coquos omnes eiecit
è palatio. Rogatus autem cui hoc fecisset: Non opus est
coquis, ait, quòd simplicissimis cibus contentus esse pos-
sum. Erasmi lib. 8. Apoph.

SOBRIETAS, EBRIETAS.

Sobrietas, Ebrietas.

Archidamo cum polliceretur quidam vinum suave:
Quorsum, inquit, opus? quandoquidem & plus absu-
metur, & quæ fortes decent viros, ea reddet inutilio-
ra. O verè masculinum animum, & omnium deliciarum
contemptorem. Plut. in Laco.

Percontanti cuidam quamobrem Spartiatæ parcissimè
biberent: Ne, inquit Leotychidas, pro nobis alij, sed nos
potiùs pro aliis consultemus. Salsissimè notans, vinosos
non esse ad consultandum idoneos: salubrium enim consi-
liorum parens est sobrietas. Plut.

Cyrus senior, cum ad hospite diuertisset, rogareturque,
Quid sibi cœnæ vellet apponi: respondit: Panem tantum:
& sperare se propè fluentem aquæ rinulum cœnaturum.
Guido Bituri.

Pescenius Niger militibus vinum ab eo petentibus, Ni-
lum habetis, inquit, & vinum quæritis? Docuit autem, vi-
nolentiam militibus ceu pestem fugiendam esse: qui tum-
demum ad res gerendas prompti sunt, cum ratio mero non
peruertitur. Bruf. lib. 4. c. 15. ex Spartiano.

Fridericus imperator studiosissimus temperantiæ ac so-
brietatis cultor fuisse dicitur: qui cum audisset, Leono-
ram uxorem (quæ paterna in domo nunquam vinum ga-
starat) facile filios parituram, si in Germania tam frigida
regione vinum biberet: dixisse fertur, malle se sterilem
uxorem habere, quàm vinosam. Non ignoravit autè impe-
rator fortissimus, quàm multa vinolentiâ mala comitetur:
& tam præsertim, cū fœmineum genus nimio vino obruitur.
A En. Syl. li. 2. Comment. de reb. gest. Alph.

Alphonsus Aragonum rex interrogatus, cur vino dilu-
tissimo sitim expleret? Respondit, vino sapientiam obscu-
rari: ideoque non decere regem, ut hoc immodica cõpora-
tione in animo extingat, sine quo imperatoris ac regis no-
men vitè tueri non possit. Pan. lib. 2. de reb. gest. Alph.

Idem ab amico rogatus, cur adeò ebrietatis vitium dam-
naret? Quia furorem, inquit, & libidinem, ebrietatis filios
esse haud ignoro. Panor. vbi sup.

Anacharsis dicebat, vitem ferre tres brotos: primum vo-
luptatis, alterum ebrietatis, tertiū molestiæ. Sentiens, par-
cum vini vsum esse iucundum, quia sedat sitim: largiorem,

gignere temulentiam: largissimum parere rixas, exdes, ac morbos. Simile est huic quod alibi dictum est. Primum craterem pertinere ad sitim, alterum ad voluptatem, tertium ad ebrietatem, quartum ad insaniã. Laert. lib. 1. c. 9.

Castitas.

THales Milesius interrogatus, quisnam felix diceretur. *T. Occasio-*
 dus esset Qui corpore, inquit, sanus est, animo verò *nes.*
 castus. Laert. li. 1.

Alexander magnus cum Darij filias haberet captivas, *T. Sup.*
 demissis oculis eas salutabat, idque raro, sibi metuens ab *“*
 illarum insigni forma. Apud familiares autem dicere sole- *“*
 bat, Dolores oculorũ sunt Persicę puellę. Plut. in eius vita. *“*

Antiochus tertius cum Dianę sacerdotem vidisset supra- *“*
 modum elegãti forma, continuo soluit Epheso, veritus ne *“*
 vis amoris aliquid ipsum facere compelleret, quod fas nõ *“*
 esset. Plut. in Regum Apoph. *“*

Clementia.

Alexander cum Poro Indorum regi victo obtulisset, se-
 daturum quidquid peteret. Porus cum, ut regaliter tra-
 ctaretur, petiisset: subridens Alexãder, Faciam hoc ait, non
 tua, sed mea causa. Brus. lib. 3. cap. 13.

Idem tantę fuit clementię, ut Darius inuidens precare-
 tur à Diis, ut aut superare posset clementia Alexandrum,
 aut si is regno spoliaretur, solus Alexander in Persarum re-
 gno imperaret. Brus. vbi sup.

Porfena demiratus egregium animum Mutij Scævolę
 (qui iratus dexterę suę, quod in stringendo ferro errasset,
 foculo impositam exuri passus est) dixit illi, Revertere ad
 tuos Muti, eisque refer, te, cum vitam meam petieris, à me
 vita donatum. Liuius.

M. Bibulus cum in Syria duos egregię indolis filios a- *Tit. Dile-*
 misisset, à Gabinianis militibus occisos, & horum interfe- *ctio inimico-*
 ctiores Cleopatra ad eum victos misisset, ut in filiorum in *rum.*
 terfectores pro arbitrio suo animadverteret: ille protinus
 intactos remisit ad Cleopatram. Eras. lib. 6. Apoph.

Cato senior admonerat eos, qui potentes essent, ut par- *T. Prosperi*
 cè uterentur sua potestate, quò semper uti possent. Sen- *tatis mode-*
 tiens potentiam clementia & comitate fieri diuturnam, fe- *ratia.*
 rocia breuem. Plut. in Rom. Apoph.

Chilon docuit, potentię adiungendam mãsuetudinem: *T. Sup.*

» vt à suis non tam metu extorqueat , quàm impetret reuerentia. Reuerentiæ comes est amor, metus , odium. Amari autem non solùm honestius est , sed etiam tutius . Laert. lib. 1. cap. 4.

Titus Vespasianus Romanorum imperator fratrem Domitianum insidias molientem non est ultus , sed his verbis admonuit: *Quid opus te parricidio petere, quod me volente obuenturum est: imò quod iam habes , imperij particeps ?* Haud temerè in Christiano reperies tantum mansuetudinis. Eras. 8. Apoph.

*T. Iudex,
T. Prosperitatis modera-
tio.*

Adrianus Imperator creatus, adeò contempsit inimicos, vt vni, quem habuerat capitalem, fortè obuio dixerat , *E-uasisti. Principibus in priuatis offensis debet esse satis, potuisse vlcisci.* Dion.

Tit. Dilectio inimicorum.

Theodosius iunior tam admirabili fuit ingenij lenitate, vt cùm ab amicis rogaretur, quamobrem neminem eorum, à quibus lædebatur , supplicio capitis afficeret , *Vtinam (inquit) mihi liceret & mortuos ad vitam reuocare.* Ad priuatas iniurias oportet principem esse facilem ad ignoscendum : in eos qui lædunt Rempub. esse seuetum. Eras. lib. 8. Apoph.

T. Sup.

Alphonfus Aragonum rex interrogatus, cur erga omnes etiam malemeritos, tam humanus ac mansuetus esset, respondit, se quidem iustitia bonis gratum esse, malis autem clementia. Et aliàs dicebat , nihil magis aduersariorum animos flectere, quàm placabilitatis & mansuetudinis nomen. Panor. lib. 2. & 3. de reb. gest. Alph.

T. Magnanimus.

Idem, cum Caietam urbem pertinaciter obsideret, & eos fortè, quos oppidani tanquam bello inutiles expulissent, vt cõmeatum diutius in vrbe haberent (erant autem senes decrepiti, mulieres, puellæ, infantes) ab his abstinere suos milites iussit. Verum milites cum ægrè hoc tulissent, *Mallo, inquit rex, Caieta & Caietanis nunquam potiri, quàm homines imbelles , & innocentem iuuentutem tam fœdè, tamque crudeliter trucidãdo, vincere.* Cum viuis enim, nõ cum mulieribus mihi dimicatio est. Panor. de reb. gest. Alphonsi.

Carolus Francorum rex in bello Britannico superatus, ac militibus & pecunia iam exhaustus, cum per legatos peteret ab Alphonso Aragonum rege (cuius prouincias ab antecessoribus quidem acceperat , sed non saluo iure) ne

contra se bello iam protritum suscitaret aliquod bellum, infortunio occasionem dante, respondit Alphonsus: Non est, quod sibi hoc tēpore timeat Carolus: ego enim quod maiores mei in Caroli summa felicitate non petierunt, in eius calamitate petere nolo. Panor. de reb. gest. Alphon. T. Sup.

Idem cum Pincētiæ agrum surrentinum depopulari iure bellico cogere, sæpenuerò ingemuisse fertur. Verùm cum oppidanos pertinaciores animaduertēret, Videte, inquit, qui vibem inhabitatis inimicam mihi, ne vestra pertinacia id efficiat, quod postea mea lenitate & clementia corrigi non possit. Panor. de rebus gest. Alphon.

Aurelianus Romanorum imperator cum Tyanam venisset, cāmque oclusam reperisset, iratus dixit. Canem in hoc oppido non relinquam. Hac voce milites eieci sunt in spem prædæ: & Heradamon Tyanensis, metu, ne cum cæteris occideretur, prodidit ciuitatem. Qua capta, Aurelius Heradamonem patriæ proditorem occidit. Militibus ex Cæsaris promisso direptionem oppidi flagitantibus, respondit. Agite, canem me negavi relicturum, canes omnes occidite. Hoc pacto & proditori mercedem rependit, & militum auaritiā elusit. Eras. ex Vopisco.

Alphonsus Aragonum Rex, non tam quòd hostes vincere & sciret & posset, gloriabatur, quàm quòd victis consulere didicisset. Illud quidem fortunæ interdum munus esse, hoc autem semper suum. Panor. de reb. gest. Alphon.

Idem cū in obsidione Stephani, centuriones ac milites, qui maledixerant regi, post captam vibem clementer tractasset, castigatus à suis, qui omnes morte damnandos iudicarent, respondit, se malle ex clementia & humanitate eiga hostes, quàm ex victoria laudem adipisci. Panor. lib. 3. de reb. gest. Alphon.

Cum passer futurus accipitri præda, in sinum Xenocratis philosophi volasset, eum humaniter defendit, dicens, non oportere supplicem prodere. Guido Bitur. Hoc exemplum spem eorum alit, qui ad Dei præsidium supplices in calamitate confugiunt.

Mansuetudo.

Ll iiij

Quidam à Socrate salutatus, non resalutavit: sed hoc nequaquam moleste tulit Socrates, amicis autè admirantibus, & ob hominis incivilitatem indignantibus, dixit: Siquis nos præteriret, peius affectus corpore, quàm nos sumus, nequaquam illi succenseremus: cur igitur illi succēscam, qui peius affectus est animo, quàm nos sumus? Eras. lib. 8. Apoph.

Idem cuidam admiranti, quòd conuitiis nihil in eum commoveretur, à quo cōuitiis inessebatur, Mihi, inquit, non maledicit: quandoquidem ea quę dicit mihi non ad-sunt, neque in me hærent. Eras. lib. 3. Apoph.

Idem, cùm in via quidam illi per lasciviam calcem impigisset, admirantibus quod id pateretur, Quid facerem, inquit? Illis hortantibus, vt vocaret hominem in ius. Ridiculum, inquit: siquis asinus me calce percussisset, diceretis mihi, voca illum in ius? Nihil putabat interesse inter asinum & hominem brutum, nullaque virtute præditum: ac vehementer absurdum videri, nõ pati ab homine, quod ab animante bruto passurus sis. Laërt. lib. 2. cap. 1.

Idem cùm Xantippem diu rixantem tulisset in ædibus, ac tandem confusus consedisset ante fores, illa magis irritata quiete viri, de fenestra perfudit eum lotio. Ridentibus, qui præteribant, & ipse Socrates arridebat, dicens. Facile diuinabam, post tantum tonitruum sequituram esse pluuiam. Laërt. lib. 2. cap. 1.

Idem colapho percussus à quodam in via, nihil aliud respondit, quàm quod homines nescirent, quando prodire deberent cum galea. Brus. lib. 5. cap. 1.

Demosthenes à quodam conuitiis laceffitus: Nolim, inquit, tecum in hoc genus certaminis descendere, in quo qui vincitur, ipso victore melior est. Stob. Ser. 17.

Phocionem cùm pro concione dicentem quidam petulantissime maledicus interpellaret, multis conuitiis in illum debacchans, omisit quod cœperat, locumque dedit maledico. Posteaquàm ille vix dicendi fecisset finē, Phocion reuersus in suggestum, placido vultu, perinde quasi nihil esset dictum, cœptam orationem perfecutus est. De pedestribus, inquit, copiis audistis: superest, vt de velitibus ac leuis armaturæ milite dicam. Plut.

T. Patientia.

Lacones cùm Deos comprecantur, hoc votis addunt, vt possint iniuriam pati: quod neminem iudicarent ad ge-

tendum imperium, aut alioqui magnas res obeundas idoneum, qui quavis iniuria commoueretur. Plutar. in Laco. Apoph.

Cum ex militibus quidam in Antigonum conuitia iactarent, ignorantes illum propè esse, tentorio virga patefacto, Flebitis, inquit, nisi longius remoti malè de nobis dicetis. Plut. in Apoph.

Chilon Lacedæmonius fratri quærenti, quòd Ephorus ipse non crearetur, cum ille esset: Ego, inquit, iniuriã ferre noui, tu non. Sensit sine patientia nullam esse prudentiam: quæ virtus ad moderandam Remp. maximè necessaria est. Laërt. Diog. in eius vita.

Iracundia.

ISocrates dicere solebat, improbi hominis, quasi taciturni canis, silentium magis quàm vocem timendam esse. Max. Ser. 20.

Heraclitus Ephesius dicebat, iniuriam magis extinguendam quàm incendium. Ex leuissimis offensis, si negligantur, nascuntur atroces Tragediæ. Sed ad restinguendum incendium accurrunt omnes: gliscenti vero simultati citius addunt irritamenta. Ex Laërt. lib. 9. cap. 1.

Plato auditores admonebat, vt iratos ebriosque se in speculo cõtemplarentur. Nam cum faciem suam furibundam per omnia phrenetico similem viderent, eo dedecore territi, in posterum ab iracundia facilè sibi temperaturos. Fulgos. lib. 7. cap. 2.

Chilon dicebat vincendam iram, quòd is affectus sit cæteris potentior: quàm superare fortius est, quàm hostè armatum deicere: nec minus exitij mortalibus sit ab ira, quàm ab hoste. Laërt.

Diogeni de non irascendo accuratè differenti, adolescens quidam proteruus, veluti periculum faciens, an re præstaret ea quæ docebat, inspuit in faciem. Tulit hoc leniter ac sapienter. Non quidem, inquit, irascor, sed dubito tamen, an irasci oporteat. Laërt. lib. 6.

Architas cum in agro comperisset, quosdam è famulis admisisse quiddam, sentiens se commotiorem in illos, nihil quidem tum fecit: tantum abiens, Fortunati, inquit, estis, quòd irascor vobis. Cic. lib. 4. Tusc. Quæst.

Plato interrogatus, quo indicio cognosceretur sapiens,

T. Doctor.

“

“

“

M O D E S T I A .

respondit: Sapiens cum vituperatur, non irascitur: cum laudatur, non extollitur. Laërt. in eius vita.

Idem iratus seruo, cum eum castigare pararet, & forte interueniret Xenocrates: Flagella, inquit, hunc puerum, nam ipse sum iratus. Sibi diffusus est homo philosophus, sentiens animi commotionem. At vulgus hominum tum maximè punit, cum irascitur. Laërt. lib. 3.

Aristoteles dicebat, Perinde ac fumus oculos incōmodat, & aspectum ita conturbat, vt nec ea nobis videndi potestas fiat, quæ sunt ante pedes: ita oborta ira, rationi caligo suffunditur, vt se delinquere nulla cogitatione deprehendere possit. Stob. Ser. 18.

Demonax cum à quodam, cui imperator exercitum commiserat, interrogaretur, quonam pacto delegatam prouinciam quàm optimè gerere posset? Si, inquit, iracundia vacaris. Iam sensit vir prudentissimus ad omnem functionem inutilem esse. Eras. lib. 8. Apoph.

Cato senior, iratum ab insano nulla alia re differre dicebat, quàm mora temporis: sentiens iram esse breuem insaniam. Plut. & Stob. Ser. 18.

Athenodoro philosopho causatione senectutis flagitanti, vt sibi liceret redire domum, Augustus concessit. At cum ille Cæsari dixisset, Vale, volens aliquod philosopho dignum monumentum apud illum deponere, adiecit. Cæsar cum fueris iratus, ne quid dixeris, fecerisvè, priusquàm Græcarum literarum viginti quatuor nomina apud te recensueris. Cæsar autem philosophi dexteram amplexus, Adhuc, inquit te presente mihi opus est: totumque etiam annum apud se detinuit. Plut. in Rom. Apoph.

T. Consiliū.

Modestia .

ANtalcidas olim rogatus à quodã, quo pacto quis maximè placere posset hominibus, Si, inquit, loquatur illis iucundissimè, præstet autè vtilissima. Plut. in Apoph. Laco.

Chilonis Lacedæmonij dictum est, ita moderãdam vitam, vt nec inferioribus sis terrori, nec superioribus despectui. Metui à subditis, tyrannicum est: negligentix verò est, sic agere, vt à maioribus cōtemnaris. Mediocritas igitur hic maxima est. Ausonij carmen sic haberet,

Nolo minor me timeat, despiciatque maior.

Ex Laërt. lib. 1. cap. 4.

Scipio iunior, cum legatus mitteretur ad Carthaginienses, vnum tantum comitem Panætium philosophum & amicū secum habuit, & famulos quinque: quorum vno in peregrinatione defuncto, alium emere noluit, sed ē Roma vnum in defuncti locum accessit. Potuisset Scipio multis comitatus viris & seruis legationem suam absoluerē pro Romanorum consuetudine. Verūm ne cæteris ostentationis & superbiæ exemplum esset, his contentus, Reipubl. negotia expedire voluit. Plutarch. in Rom. Apoph.

T. *Contra fastum & luxum.*

cc

cc

cc

cc

Alphonsus Aragonum Rex admonitus ab amico, ne nimium lenis erga suos esset, & ob id in contemptum apud suos incidere: Magis, ait, hoc cauendum mihi est, ne nimia mihi seueritas conciliet inuidiam. Eras. lib. 8. Apoph.

T. *Lenitas.*

cc

cc

cc

Socrates admonebat suos discipulos, vt tua præcipue in omni vita haberent: in animo prudentiam, in vultu verecundiam, in lingua silentium. Max. Ser. 41.

Vide etiam T. *Affabilitas.* T. *Decorum.* T. *Mansuetudo.* T. *Lingua moderatio.*

Decorum.

Themistocles cum ad mare descendisset, vt occisorum Persarum stragem inspiceret, posteaquam vidit interfectorum sparsos torques, & armillas aureas, ad amicū conuersus ait. Tu qui Themistocles non es, ista collige. Fulgos. lib. 6.

Alexandrum, cum leuitate & cursu plurimum præstaret, hortante patre Philippo in Olympus vt curreret, recusauit, dicens: Facerem equidem mi pater perlibenter, si cum regibus currendum foret. Brus. lib. 3. cap. 33.

Cum Socrati Lysias orationem, quam in eius defensionem composuerat, recitasset. Præclara, inquit, & elegans oratio est, sed non conuenit Socrati. Erat enim forensi instituto aptior, quam philosopho, ac tali philosopho. Rursus Lysia percontanti, cur si bonam iudicaret orationem, putaret sibi non conuenire? Nonne, inquit, fieri potest, vt amictus aut calceus elegans sit ac pulcher, qui tamen alicui non conueniat? Eras. lib. 3. Apoph.

T. *Eloquens.*

cc.

cc

cc

Affabilitas.

AFFABILITAS, LINGVÆ MODERATIO.

T. Prosperitas.

Artaxerxes Cyri frater, cognomento Memor, non solum seipsum affabilem præbuit adire volentibus, verum uxorem quoque legitimam iussit, sublatis curru aulæis vehi, ut iis qui eam convenientam vellent, etiam in itinere pateret aditus. Plutar. in reg. Apoph.

T. Prosperitas.

Adrianus imperator in colloquiis etiam humillimorum mirè civilis erat: eosque detestari solebat, qui hanc humanitatis voluptatem ipsi iuiderent, hoc prætextu, quòd dicerent, Principis maiestatem ubique seruandam. Dion. in eius vita.

Socrates dicere solebat, Neque vinum austerum aptum esse potioni, neque mores agrestes hominum conuersationi. Stob. serm. 2. de imprudentia.

Vide etiam sup. T. Modestia.

Lingvæ moderatio.

Pollodorus dicebat, optimos homines in dicèdo brevissimos esse: linguaces autem si tantum molestiæ caperent, quanta reliquos afficiunt, haud sanè longos sermones habituros. Stob. ser. 34.

Leon Euricratidis filius, cuidam de rebus haud quaquã inutilibus intempestivè loquenti. O hospes, inquit, re opportuna non opportunè vteris. Nihil oratione melius, si parèe promas linguæ thesaurum. Plut. in Laco.

Lycurgus interroganti, quamobrem Lacedæmonij brevè loquium vsurparent? Quoniam silentio finitimum, respondit Stob. ser. 33.

Dion philosophus, naturam probè egisse dicebat, quæ geminas aures, & linguam vnicam nobis fabricarat, quò ad audiendum essemus, quàm ad loquendum promptiores. Stob.

Isocrates orator, cum locutuleius quidam nomine Carcon in disciplinam eius recipi vellet, duplicem mercedè postulavit. Illi verò causam interroganti, dixit. Alteram quidè peto, ut loqui discas, alterã ut tacere. Stob. vbi sup.

Thales Milesius dicere solitus est, multa verba nequam arguere hominem sapientem. Sapiens enim non nisi cum res postulaverit loquetur, & paucis suam absoluet sententiam. Stultus autem non habita vlla ratione loci, tēporis, personarum, &c. sua loquacitate omnia effutiet. Eras. lib. 7. Apoph.



Chilon dicebat, non comittendum, vt lingua præcurre-
ret animum. Admonens, prius cogitandum quid loquaris,
quàm lingua prorumpat in verba : nescit enim vox missa
reverti. Cogitatio prior potest corrigi posteriore (vt habet
pronotium) vox non item. Laërt. lib. 1. cap. 4.

Idem præcipiebat linguam cum aliàs semper, tum præ-
cipue in conuiuiis continendam: quòd illic cibus & potus
inuitet ad intemperantiam. Porro vbi plus est periculi, ibi
maior est adhibenda cautio. Ibidem.

Anacharsis interrogatus, quid esset in homine pessimum,
quid optimum: respondit, lingua: Sètiens idem membrum
plurimam adferre vtilitatem, si recta ratione gubernetur:
pestilentissimum verò esse, si secus. Laërt. lib. 1. cap. 9.

Zeno dicere solebat, satius esse labi pedibus quàm lin-
gua: eoque conuiuia quantum poterat vitabat, quod ibi
solutus vino, & aliorum fabulis prouocatus, facilius labi
posset. Laërt. lib. 7. cap. 1.

Idem ad Aristonem discipulum multa temerè garrien-
tem, quædam etiam præcipitanter confidenterque: Fieri,
inquit, non potest, quin te pater ebrius proseminarit. O-
derat futilem loquacitatem, ipse in dictis tum breuis, tum
grauis. Ibidem,

Theocritus Chius, cum Anaximenes esset dicturus, ita
præfatus est: Incipit verborum flumen, mentis gutta: signi-
ficans, illum esse multiloquum, sed minimè sapientem.
Stobæus ser. 34.

Secretum, Silentium.

THales Milesius frequenter dicere solebat, Vide ne te
in ius vocet sermo contra cõiunctos tibi ac socios di-
ctus. Sensit vir sapientissimus, amicis non adeo fidendum
esse, vt committamus eis arcana: vt inde effutiant magna
nostra infamia & ignominia. Laërt. lib. 1. cap. 1.

Philippiades poëta comicus Lyfimacho cum primis cha-
rus fuit, & familiaris: cui cum Lyfimachus offerret libera-
litatem suam, ac frequenter diceret: Quid vis tibi impartiri
rerum mearum? Quodcunque voles, inquit, modò ne arca-
ni quippiam: Significans, esse periculosum nosse magna-
tam arcana: quorum siquid effutias, actum est de capite.
Bruf. lib. 6. cap. 10.

Metellus Macedonicus, cū omnia proprio & subito cõ-

*T. Occasio-
nes malorū.*

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

SECRETVM, SILENTIVM.

filio ageret, rogatus ab amico, quidnam acturus esset? Tū-
nicam, inquit, meam exurerem, si eam consilium meum sci-
re existimarem. Plin. cap. 61. de viris illustr.

Chilon rogatus, quid esset difficile? Arcanum, inquit, re-
ticere. Tanta est linguæ, omnium maximè volubilis, in-
continentia: quum alioqui nihil videatur facilius quàm
silere. Laert.

Aristoteles insignis ille philosophus dicere solitus est.
Qui silere non nouit, is nec loqui admodum sciet. Nam
quærente quodam, quæ res homini in vita esset difficilli-
ma? ait, Silere tacenda. Stob.

Idem interrogatus à quodam, quis arcanum sermonem
continere posset? respondit: Qui carbonem quoque igni-
tum lingua retinere potest. Anton. in Meli. par. 1. ser. 73.

Apud Lacedæmonios, ad publica conuiuia ingredientibus,
qui natus erat maximus, singulis ostendebat fores, di-
cens: Per has nullus egreditur sermo. Admones nihil effu-
tiendum, siquid liberiùs dictus esset in conuiuio. Hunc
morem instituit Lycurgus. Plutar.

Hic arcana denuntiantes, iniuriam facere dicebat eis
etiam quibus enuntiaent. Odimus enim non solùm eos
qui effutierint, verùm eos etiam qui quæ nolumus, audie-
unt. Max. ser. 20.

T. Rex. Tyberius Cæsar cum quodam tempore percontaretur,
cur sua consilia non cum aliorum quoque qui ei non malè
vellent, consiliis communicaret? respondit: Principis ani-
mum nemini aut paucis cognitum esse oportere, Sensit au-
tem non omnia credenda iis qui se amicos esse venditant:
quibus cum aliquid secreti commiseris, temerè timarum
pleni effutiunt non cogitantes, principes loquaculorum
garrulitate sæpenumerò aut periclitari, aut prodi prorsus.
Dion.

Archidamus cuidam qui vitio vertebat Necateo iherori
omnium clarissimo, quòd adhibitus ad ipsorum conuiuia
nihil dixisset Videris, inquit, mihi nescire, quod is qui di-
cendi nouit attem, etiam dicendi nouit opportunitatem.
Sic periti bellatoris est, non minus scire fugiendi artem;
quam pugnandi. Plutar. in Lacon;

Cum diues quidam filium adolescentulum ad Socratem
misset, ut indolem illius inspiceret: ac pædagogus dice-
ret, Pater ad te ô Socrates, misit filium, ut eum videres: tū

Socrates ad puerum, Loquere igitur, inquit, adolescens, ut te videam. Significans ingenium hominis non tam in vultu relucere, quàm in oratione: quod hoc sit certissimum, minimèque mendax animi speculum. Eiasm. lib. 3. Apoph.

Democritus cùm anima duertisset quendam multa impetite disputantem: Hic, inquit, non dicendi peritus mihi videtur, sed omninò tacendi impetitus. Max. ser. 26.

Zeno Cytticus Ptolomæi legatis, qui multos eruditos ad conuiuium inuitabant, percontantibus, quid de ipso regi suo essent tenuerunt? ait: vidisse vos senem, qui in conuiuiis tacere nouerit. Cum enim ceteri ad ostentationem multa dixissent, vnus Zeno perpetuum tenuit silentium. Laert. lib. 7. cap. 1.

T. Senec.

Simonides dicere solebat, nunquam se pœnituisse, silentij, sermonis autem sapius. Max. serm. 20.

Xenocrates singulas diei partes, diuidens in actiones certas, suam etiam silentio partem reddebat, Docēs silentij rationes vbique adhibendas esse. Max. ser. 20.

Aristoteles philosophus Callisthenem auditorem suum ad Alexandrum mittens, monuit: ut cum eo quàm rarissimè, aut quàm iucundissimè loqueretur. Quo scilicet apud regias aures, vel silentio tutior, vel sermone esset acceptior. Plut. in Alex.

Apollonius dicebat, cùm in alios atque alios errores & pericula homines labi palàm sit: miuum, quantam securitatem præstare possit taciturnitas. Stob.

Demarathus in confesso quodam rogatus, vtrum ob stultitiam, aut sermonis inopiam sileret? Atqui stultus, inquit ne possit quidem silere. Quidam hoc præclarum existimant, si nunquam sileant, cum id sit certissimum fatuitatis argumentum: ut contrà, silentium (vbi loquēdi tempus nō est) prudentiæ signū est. Plut. in Lacon. Apoph.

Epaminondas Thebanus, audiendi potius quàm loquēdi cupidam esse hominem debere, putabat: Quod sciet, ex audiendo, doctrinam: ex loquacitate autem pœnitentiam nasci. Bras. lib. 1. cap. 6.

Cum Catoni, qui post dictus est vticensis, etiamnum puero vitio daretur taciturnitas (nec enim cum pueris exercebatur, nec à quoquā audiri volebat) ait: Carpent taciturnitatem, modo vitam probent. Et addidit: Tum de-

VERECUNDIA, PUDOR.

mum abrumpan hoc meum silentium, cum ea loqui poterō, quæ sunt indigna silentio. Plut. & Brus. lib. 6. cap. 6.

Verecundia, Pudor.

CLeantes Assius, cuidam illi probri causa obiicienti, quod esset timidus: Ideo, inquit, minimum pecco. Bona est timiditas quæ deterret à turpibus, & reddit hominem circumspectum. Laert. lib. 7. cap. 1.

Xenophanes Lagi filius, cum ipsi Hermoneus timiditatem obiiceret, quod nollet secum tesseri ludere: Fateor, inquit, me non solum meticulosum, verum etiam vehementer meticulosum, sed aduersus inhonesta. Honesta formidolositas est, quæ deterret à turpibus. Plut. de vitiosa Vere.

Diogenes Cynicus philosophus adolescenti cuidam erubescēti, atque ob id perturbato, Bono animo sis, inquit, fili: istiusmodi est virtutis tinctura. Laert. in eius vita.

Democriti præclara sententia hæc est: Malum, etiam si solus fueris, nec dixeris, nec feceris. Disce autem te ipsum multò magis, quàm alios reuereri. Stob. ser. 29.

Cato senior aiebat, sibi magis placere iuuenes qui rubescerent, quàm qui palleferent: quod rubor arguat probam indolem, pallor non item. Plut. in Rom. Apoph.

Ornatus corporis & Vestium.

Lycurgus Lacedæmoniorum legislator submouit tingendi artificium, veluti sensus adulationem. Etenim dum color blanditur oculis, natura rei corrumpitur. In summa cunctis ornandorum lenocinio corporum artificibus Spartana vrbe interdixit: vt qui malis artibus bonas artes corrumpere: propterea quod huiusmodi delicias ciues à salubribus ac seriis exercitamentis auocarentur. Plutarc.

T. Contra delicias.

T. Frugalitas.

T. Libertas.

T. Voluptas.

T. Vxor.

Agefilaus, cum audiret quendam mirari cur rex cum ceteris Lacedæmoniis iam frugali cibo vestitūque vteretur? Pro hac frugalitate, inquit, optimam messem metimus, libertatem. Quo dicto ostendere voluit, nihil æquè libertati contrarium esse, ac voluptatē, Plutarch. in Laco. Apoph.

Cayus Sulpitius Gallus vxorem repudiavit, quod aperto capite fuisset foris: Lex, inquiens, tibi meos vnus præfinit oculos, quibus formam tuam approbes: his ornamenta comparato: his esto speciosa: alius velle videri formosam,

fam, in suspicione & in crimine hæreat necesse est. Eralm. lib. 6. Apoph.

Philonis vxor, interrogata, quamobrem sola ex aliis in *T. Sup.*
conuentu non gestaret ornatum aureum, dixit: Quoniam *“*
pro ornamento, mariti virtus mihi sufficit. Stob. ser. 72. *“*

Pambo quidam apud Athanasium, cum Alexandriae es-
set, vidissetque mulierem maximo vestitus apparatu su-
perbientem, fleuit. Ac interrogatus, cur tantopere lachry-
mas effunderet? respondit. Dux res sunt quæ me mouent.
Vna quidem, quæ est huius mulieris perditio: altera verò
quod ego qui nomē Christiani profiteor, nō tantū studeo
placere Deo vitæ innocentia, quantum hæc mulier turpi-
bus placere cupit hominibus. Petr. de Natal. Eccles. Hist.
lib. 8. cap. 1. Hoc exemplo castigare se possunt quicumque
nimium desides & negligentes in pietatis & virtutis offi-
cio sunt: cum seculi homines in fragilium & caducarum
reum studio tantoperè ferueant.

Cum Dionysius Siciliae tyrannus filiabus Archidami
vestes splendidas multique pretij dono misisset, recusa-
uit accipere, dicens, Vereor ne hoc amictu puellæ mihi tur-
pes videantur. Intellexit vir prudens virgines nullo cultu
melius ornari, quam simplici: porro sericis, gemis, & auro
de honestari magis quam ornari: propterea quod vestium
luxus arguit animum parum sobrium: & intuentium ani-
mos ad libidinem sollicitat citius, quam ad honestam opi-
nionem. Decet autem, vt virgo tota & vndique virgo sit, *T. Castitas.*
nec vlla ex parte det corruptæ mentis significationem.
Plut. in Lacon.

Augustus Cæsar, quantum potuit, indumentorum luxu- *“*
riam habuit odio, cuius dictum erat vulgatissimum: Vesti- *“*
tus insignis ac mollis, superbix vexillum est, nidusque lu-
xuria. Suet.

Alexander Seuerus, Romanorum imperator, cum humi- *T. Rer.*
li vestitu contentus sæpenumero incederet, reprehensus
ob id ab aulicis suis, respondit, In ciuionam maiestatem
constare virtute, non corporis cultu. Biuso. lib. 3. cap. 13.

Idem gemmas omnes, quas reperit in palatio, vendidit,
& aurum in ararium contulit dicens, Vitis gemmas vsui
non esse: matronas autem regias contentas esse debere v-
no reticulo, ac in auribus, & baccato montili, & corona in
qua sacrificarent, & vnico pallio albo sparso & cyclade, *“*

PULCHRITUDO, DEFORMITAS, SUPERBIA.
quæ plus sex unciis auri non haberet. Hic cultus hodie
vix sufficit negotiatorum vxoribus. Ælius Lamprid.

Contra deli-
tias.

Flauio Vespasiano cùm adolescens quidam gratias a-
geret pro impetrata præfectura, quoniam vnguento fragra-
bat, & nutu contemptus est, & grauitè increpitus: Mallè,
inquit Vespasianus, allium oboluisset Mox & literas con-
cessas reuocauit. Sueton. in eius vita.

Pulchritudo, deformitas.

Socrates docuit, animorum formam magis amandam,
quàm corporum: eamque voluptatem, quam in nobis
gignit conspecta formosa facies, ad longè pulchriorem,
sed latentem animi speciem esse transferendam. Verùm, vt
hanc videamus, philosophicis oculis opus esse. Eras. lib.
3. apoph.

Aristoteles pulchritudinem dicebat quauis epistola effica-
ciorè ad cõmendationè. Sunt qui hoc ascribunt Diogeni.

Eandem Socrates appellauit exigui temporis tyranni-
dem, quod formæ gratia mox deflorescat. Plato, naturæ
prærogatiuam, quod paucis contingat. Theophrastus, si-
lentem fraudem, quod absque verbis persuadeat. Theocri-
tus, eburneum detrimentum, quòd grata quidem sit aspe-
ctui, sed multorum incommodorum causa. Carneades, re-
gnum absque satellitio: quod formosi impetrent quidquid
volunt, nulla adhibita vi. Laert. lib. 5. cap. 1. Stob. 63. Bruf
lib 2. cap. 44.

Isocrates eos, qui pulchrum habent corpus, animam au-
tem malam, dicebat optimam habere nauim, gubernatorè
autem malum. Anto. in Melis. par. 1. ser. 60.

Superbia.

Socrates cùm videret Alcibiadem ob diuitias elatum a-
nimum gerere, & ob agrorum multitudinem superbe,
adduxit ad locum in quo tabula quædam ambitum terræ
complectens, suspensa erat, & cum rogauit, vt Atticam ibi
requireret. Quam cùm inuenisset, suos fundos cum iussit
ostendere, & cum respondisset, nusquam ibi pictos esse.
Homerum, inquit Socrates, possessione te effeis, qui nulla
pars sunt terræ? Illudens hoc dictèrio Alcibiadis stultitiã,
qui superbiebat in iis rebus quæ fluxæ sunt, & cum mun-
do interire solent. Ælia. lib. 3. de var. hist.

Ambitio.

Phavorinus homines partim esse ridiculos, partim odiosos, partim miserabiles dixit. Ridiculos quidem, qui ambitiosè ad maiora aspirant: odiosos, qui ea consequuntur: miserabiles autem, qui spe falluntur: quandoquidem in iis rebus quas ardentè exquisierunt, nihil minus inuenerunt quàm quòd se adepturos sperabant. Stob. serm. 2. de Prudentia.

Timon ille cognomento Misanthropos, id est, hominum exosus, elemèta malorù esse dixit, auaritiã, & ambitionè. Quemadmodù enim ex primis illis & secundis principiis generantur naturaliter omnia: sic ex auaritiã & ambitione, omnia vitia prognerantur alia. Stob. ser. 8. de multi. *T. Auaritia.*

Bion Bousthenites, percontanti quis esset maximè anxius? Qui in maximis, inquit, rebus cupit esse fortunatus. Is enim mille curis distorquetur, ut allequatur auidia, & assequutus, a què torquetur ne amittat. Laert. lib. 4. cap. 7. *T. Sup.*

Ioannes vicissimus eius nominis Pontifex maximus, cum immodicè à quodam laudaretur, ad tuos conuersus ait: Licet multa gloriosè à me facta fingat, nihilominus tamen hac laude plurimum oblector. Hæc vox satis indicat, quantum laudis & gloriæ cupido, in visceribus infixæ sit: quando illos non modo veræ, sed etiam falsæ & fictæ laus & gloria delectat. Aene. Syluest. lib. 1. de reb. gest. Alphonsi.

Cùm Genethiaci Chaldei Agrippinæ matris Neronis respondissent, imperaturum quidem filium, sed occisurum matrem: Occidat, inquit, modo imperet. Tam impotens erat in fœmina dominandi sitis: & habuit quod optauit, quamuis suo malo. Suet.

Socrates cùm videret Antisthenem attritam partem vestis semper in conspectum protendere: Quid desinis, inquit, arrogantius superbiam tuam nobis prodere? Vidit philosophus sapièntissimus Antisthenem magis gloriari vestitu attritissimo, quo laudem quarebat, quam alios, qui holserico, vel auro etiam, aut argento vestiti, in publicum prodire consueuerant, ab omni superbia alieni. Laert. *Contra hy's pochrysim.*

Diogenes, cùm vidisset Olympiam & Rhodiacos quosdam adolescentes preciosis magnificisque vestibus amictos, cùm usu inquit: Hoc nihil est præter fastum. Deinde

HONOR, GLORIA.

cùm incideret in Lacedæmonios laceris squalentibusque tunicis amictos: Hic, inquit, alius est fastus. Vidit autem philosophus, superbum animum non semper in splendido & ornatissimo vestitu, sed in sordibus etiam esse: dum homines opulentissimi sæpenumero vilissimo vestitu incedentes, hominum ex eo laudem superbientes venentur. Ælianus lib. 9. de Var. hist.

Cyneas ut Pyrrhum à belli studio reuocaret, sic per otium cum illo collocutus est. Romani feruntur bellacissimi, sed his superatis, quid deinde agemus Pyrrhe? Tum Italiam, inquit Pyrrhus, totam occupabimus. Hic denuò Cyneas, Quid Italia subacta? Sicilia, inquit Pyrrhus, proxima est. Tum Cyneas, Num hic erit militiæ finis? Nequaquam, inquit Pyrrhus, sed hæc tantum præludia sunt ad res maiores. Superest Lybia, & Carthago. Rectè, inquit Cyneas: nam his potius, facilè & Macedoniam recipies, & Græciæ dominaberis. Sed deletis omnibus, quid tandem faciemus? Hic aridens Pyrrhus. Tum, inquit, otium agemus, ô beate, & quotidie Cothon erit, nòsque inuicem oblectabimus. Tum Cyneas. At, quid vetat, ô rex, quominus nunc iam isto otio, isto Cothone & mutuis sermonibus perfruamur? Nunc enim citra negotium suppetit nobis ea facultas, quam per sanguinem, per molestias, per pericula, tum nostra, tum aliorum sequimur, incerti an assequuturi. Ostendit facilè responsio hæc cupiditatis humanæ morbum: qui facit, ut semper irrequietis motibus homines circumagantur: nec otium aut quietem dominandi libidine pati possint. Ex Eras. Apoph.

Honor, Gloria.

Socrates dicebat, ad gloriam compendiatia via peruenire posse eos, qui tales essent, quales videri vellēt. Bruf. lib. 1. cap. 18.

K. Fortitudo

Agésilauum Lacedæmoniorum regem cùm quidam interrogasset, *Qua* ratione perpetuam sibi gloriam parare posset, Si mortem contempseris, ait: Nihil enim præclariæ rei gerere eum, cuius animum mortis metus occupauit. Plut. in Apoph.

Alphonfus Aragonum rex amico ac familiari cuidam suadenti ut tranquillè & voluptuosè, dum posset, vitam ageret, nec corpus tot tantisque periculis obiectaret, res-

pondisse dicitur: Non temerè à Romanis illis quidem sapientioribus constitutum fuisse, vt Honoris templo Virtutis templum coniunctum esset, in quod nisi per virtutis templum introire nemini liceret. Vt intelligerent mortales ad honoris fastigium non voluptatum via (quæ deliciis ac illecebus affluens esset) sed virtutis, illa quidem aspera & salebrosa, entendum esse. Panor. lib. 1. de rebus gestis Alphonsi.

Sigismundus imperator promissa veterano militi exigenti, cum diceret, At immoderata fuit tua petitio: respondit miles, Poteras negare cum peterem: nunc autem sine *T. Veritas.* turpitudine, quod promissum est, negare non potes. Tum *Fides.* Sigismundus: Si ex duobus alterum me ferre oportet, Leuius rerum, inquit, quàm samæ iacturam subibo. Æneas Sylu. lib 3. comment de reb. gest. Alphonsi.

Agefilao Lacedæmoniorum regi, cum nationes, quæ tum Græciam incolebāt, decreuissent in clarissimis quibusque ciuitatibus honoris causa statuas erigi, rescripsit illis hūc in modum: Mei nulla sit imago, nec ficta, nec picta, nec vlllo alio artificio parata. Negligebat adulationes hominū vir prudentissimus, malens insculpi prudētū & honorū hominū pectoribus, quā inanibus statuis. Etal. lib. 1. Apoph.

Alphonsus Aragonum rex, cum renuntiatum esset à Ludouico Podio, quendam in Venetorum naualibus esse, qui illa vna cū armamentario, quod intus erat, exurere pollicitaretur, si sibi duo millia aureorum à rege promitterentur, conatūque illius facile cessuros affirmanti, respondit. Nequaquam insidus, sed aut virtute vincendum esse, aut nunquam. Ex hac enim re non aliam sibi laudem sperandam esse, quàm eius, qui Dianæ Ephesix templum incendisset: cuius nomen totius Asiæ decreto è memoria hominum oblitteratū traditur. Panor. lib. 3. de reb gest. Alph.

Aphricanus Socraticum Xenophontem in manibus semper habebat, cuius in primis laudabat illud, quod diceret, eosdem labores non esse æquè grandes imperatori ac militi: quòd ipse honos laborem leuiorem faceret Imperatorum. Cicero 2. Tuscul.

Laus humana.

ANtagenes, cum audisset quantum ab hominibus subinde laudaretur, dixit, Cū multi me laudant, tum me

HVMILITAS, COGNITIO SVI.

nullius in pretio esse iudico: cum pauci, bonum & egregium virum me esse puto. Maxi. ser. 43.

Hector Niuianus à patre laudatus ob singulares animi virtutes Lætus sum, inquit, laudari me abs te, pater, laudato viro. A malis enim laudari, non laus, sed dedecus esse putatur. Cicero Luceio.

Antisthenes Atheniensium philosophus cum audisset, ab improbis quibusdam se laudatum esse, Vereor, inquit, ne quid imprudens fecerim mali. Sentiens, à talibus neminem laudari, nisi ob insignia malefacta. Laert. lib. 6. cap. 1.

Agefilaus Lacedæmoniorum rex dicebat, non minus laudatoris inspiciendos esse mores, quam eius, qui laudatur. Significans peccatorem contingere, ut aliquis, quæ moribus suis contraria sint, laudare velit. Fulg. lib. 7. cap. 2.

Humilitas.

T. *Gratitudo.*

Sytho, Atheniensibus ob res feliciter gestas ipsum admirantibus ac prædicantibus, quod Coryn regem interemisset: Diis, inquit, habenda est gratia, quibus autoribus hoc factum præclare gestum est: nam ipse nihil aliud, quam manum & operam meam commodavi. Euentus rei in manu Dei est: & huic habetur gratia, siquid feliciter cesserit: sed interim vult nostram operam accedere. Eras. lib. 6. Apoph.

Vide etiam T. sequentem, & T. Superbia. T. Ambitio.

Cognitio sui.

Socrates dicebat, si quis in theatro coriarios surgere iuberet, eos solum surrecturos: similiter si fabros ærarios textores, aut alios generatim. Si verò prudentes aut iustos, hic omnes exurrecturos fore. Est enim hoc in primis in vita damnosum, quod cum hominum pars maxima stulta sit, sapere tamen sibi videantur. Stob. ser. 21.

Diogenes interrogatus quidnam in tota rerum natura existeret difficillimum, Nosse se ipsum, inquit. Multa enim propter amorem sui sibi quenque sumere solitam. Ant. in Meli. par. 2. ser. 75.

Aesopus vnumquemque nostrum duas fetre aiebat perras, alteram ante nos, alteram à tergo. Et in anteriorem quidem alienos errores condere, in posteriorem verò nostros: ideoque non videri à nobis. Stob. ser. 21.

Demosthenes omnium facillimum esse dicebat, se ipsum decipere. Quod enim unusquisque cupit, id etiam animum inducit & sibi persuadet. Res autem ipsae frequenter non ita se habent.

Simonides cum conuiuium quodam exciperetur, in quo Pausanias etiam erat, iussus aliquid à sapientiae praeceptis depromere, statim dixisse ad Pausaniam fertur. Memento te hominem esse. A lian. lib. 9. de var. hist.

T. Homo.

Philippus Macedoniae Rex, cum in Chyrona Athenienses uicisset, animum elatum ratione cōpescuit: & ne quid posthac per contumeliam & fastum committeret, hoc constituit: ut quotidie in aurora excitaretur à somno his uerbis. Surge Rex, & hominem te esse cogita. Stob. Ser. 19.

“
T. Sup.

“
T. Sup.

Philemon dicere solebat: Homo cum sis, id fac semper intelligas. Stob. Ser. 19.

Amor sui, contraque Odium sui.

Prodicus aiebat, cupiditatem geminam, amorem esse: amorem uero geminatum, insaniam fieri. Stob. Ser. 62.

Dorotheus Thebaeus monachus quotidie lapides ad mare colligebat, annuatimque fabricabat hospitium egrorum. Huic laboranti quidam dixit, cur ita conficis corpus tuum? Cui ille, Quia me, inquit, illud occidit. Sozome. in tripart. hist. lib. 8. cap. 1.

Abnegatio sui.

Socrates cum post sudorem à palestra collectum, uideret alios ad potum confugere, ut sitim expleant, ipse bibere solus noluit: Verum cum interrogaretur, cur bibere nollet. Ne consuescam, inquit, obsequi affectibus. Sensit uir prudentissimus, non minus hoc opus exercitatione constare, quam ceteras artes.

Cum Megabates Spithridatis filius, eximia forma adolescens, Agesilaum adisset aliquando salutandi gratia, ac iuxta Persarum morem osculum offerret, quod ab eo uideretur admodum amari, Agesilaus auertit vultum, refugiens osculum. Ceterum cum ei uisisset ille, iatus se contemptum fuisse, ac deinceps salutaret eum eminens, Rex pernitens uitati osculi, finxit se mirari, quid accidisset Megabatae, quod ipsum non salutaret osculo? familiares responderunt, Ipse fuisti in causa o Rex, qui uenientem non exceperis, sed

ABNEGATIO SVI.

formosi basium exhorrueris. Alioqui nunc quoque persuaderi poterit, ut tibi veniat ad osculum, tantum ne tuus fugias. Hic posteaquam Agesilaus aliquandiu tacitus suo cum animo cogitasset, Non est, inquit, opus, ut illi reditum persuadeatis: nam ego mihi sic videor affectus, ut malim huiusmodi rebus superior esse, quam aduersariorum vim fortibus viis instructissimam per vim capere. Prestantius enim duco, ut quis sibi ipsi seruet suam libertatem, quam ut alij libertatem adimat. O virum gerendo in

T. Rex.

T. Libertas.

alios imperio idoneum, qui suis cupiditatibus imperare posset. Quis non miretur tam philosophicum in homine militari iudicium? intellexit, neminem esse liberum, qui seruiet cupiditatibus: intellexit nullum esse imperium speciosius, quam si quis animo suo posset imperare. Erasm. in Apoph.

Ti. Voluptas.

Democritus dicere solebat, vilem non aestimare eum solum, qui armis ceteros præcelleret, sed & qui cum voluptatibus pugnam capescens, speciosam reportasset victoriam. Stob.

Friedericus imperator victis in Hungaria Gunziensibus, magnum, inquit, actum est opus. Nunc autem maius restat, ut scilicet vincamus nosmetipsos, atque auaritiæ & vlciscendi cupiditati frenos imponamus. AENEAS SYL. lib. 2. de reb. gest. Alphonfi.

Socrates philosophus dicere solebat, parum sibi videri, naturæ secreta speculari, & vitæ nostræ rationem negligere. Quid enim nobis prodest abdita quædam naturæ iimari, si rationem, quæ appetitum nostrum regere debet, quæque à mutis animalibus discernimur, negligimus? Quid turpius ac foedius esse potest, quam videre hominem doctissimum libidine inflammatum, furentem ira, omnia rabidè appetentem, inexplebili cupiditate incensum, adeò, ut quò magis res adsunt, eò magis egere videatur: Ex FIACCI. Sen. lib. 2. de instit. Reip.

*Libertas vera & falsa, Seruitusque
vera & falsa.*

Diogenes interrogatus, quid esset in vita optimum, Libertas, inquit: at verè liber non est, qui seruit vitis: nec liber esse potest, qui multis eget: plurimis

autē eget avarus, ambitiosus, ac delitiis deditus Laert. li. 6.

Agessilaus cūm audiret, quendam admirari, cui rex cum ceteris Lacedæmonis tā frugali cibo & vestitu utebatur. Optimam messem metimus, inquit, libertatem, quæ sine frugalitate esse nequaquam potest. Plut. in Apop. Lacon.

Diogenes cum Xeniadæ seruiret, amici agebant de redimendo. At ille, Nequaquam, inquit, an nescitis, leones nō iis seruire, à quibus aluntur, sed altores potius seruire leonibus? Nam leo vbiunque est, semper leo est. Laert. li. 7.

Diogenes dicebat, inter seruos ac dominos malos, præter vocabula, nihil aliud interesse, nisi quod mancipia seruiunt dominis, domini cupiditatibus. Significās utrosque esse seruos: miseriorem tamen seruire seruitutem dominos, si sint improbi. Nam qui ducitur affectuum arbitrio, & multos habet dominos, & turpes, & inclementes Laert. lib. 6.

T. Magnanimitas.

“

“

“

“

“

“

Otium.

Diocletianus Romanorum imperator iam senex, cūm se imperio abdicasset, atque priuatam vitam in villa sua instituisset, ab Herculo atque Galerio ad recipiendum imperium rogatus, tanquam pestem aliquam detestatus, respondit. Vtinam Salonæ possetis visere olera nostris manibus consita, profectò istud tentandum nunquam iudicaretis. Eutrop. & Cuspianus in cons. fol. 486.

Ti Contra Ambitionē,

“

“

“

“

“

“

Socrates dicebat, otium possessionum omnium optimam. Otium autem sensit, nō ignauiam, sed à tumultuosis negotiis, & cupiditatibus, animi tranquillitatem viuantibus, esse quietum. Eras. lib. 3. Apop.

Cura, Solicitud.

Aristippus validissimis argumentis, & sermonibus usus, hortabatur, nec de præteritis curam postea suscipiendam, nec de futuris antea. Id enim animi bene constituti signum esse, & hilari cogitationis argumentum. Iubebat autem in diem animum intendere. Solum enim, aiebat, præsens in manu nostra positum, non præteritum, nec instans. Illud enim abuisse, hoc an euenturum sit, incertū esse A. Elia. lib. 14. de var. hyst.

Phocion Atheniensis dicere solebat, multò satius esse humi cubantē viuere, ac bono quietoque animo esse, quam

SOLITUDO, LEX.
perturbatum in aureo lecto. Stob. Ser. i. de Prudentia.

Solitudo.

PYrrho Eliensis deprehensus aliquando solus, ac secum loquens, rogatus, quid solus ageret? Meditor, inquit, esse probus. Sentiens ad id utilem esse solitudinem, inutilem turbam. Laërt. lib. 6. cap. 11.

Antisthenes rogatus, quid emolumenti cepisset ex philosophia? Ut mecum, inquit, loqui siue viuere possim. Doctus, etiam si solus sit, non sentit tædium solitudinis: Sed multa præclara suo cum animo versans, quasi secum loquitur: indoctis molestissima est solitudo, ac etiam inutilis. Laert. lib. 6. cap. 1.

*TERTIA CLASSIS QVAE
promiscuè varios continet locos.*

L E X.

ANTISTHENES sapientissimus Atheniensium philosophus negabat sapientem virum obstrictum esse legibus ab hominibus promulgatis. Intellexit vir prudentissimus, sapientem obligatum esse virtuti, iuxta cuius normam vitam instituit. Leges enim non omnia præscribunt, sed ipsa ratio docet, quid turpe, quid uè honestum: & uirtutis regula ubique ostendit, quid uiris bonis agendum sit. Laërt. lib. 6.

Demosthenes orator, ciuitatis animam esse leges dicebat. Ut enim corpus anima carens cadit, sic ciuitas nullis administrata legibus euertitur. Max. Ser. 58. & Stob.

T. Prosperitas. Plato Atheniensis rogatus à Cyrenensibus, ut ipsis leges inscriberet, ac Reipub. statum componeret, recusauit, dicens, Perdifficile esse condere leges tam felicibus: Indicās non facile obedire eos, qui nimium se felices esse putarent. Laërt. lib. 3.

T. Rex. Antiochus tertius scripserat ciuitatibus, ut si quid per
T. Iustitia. literas iuberet fieri, quod aduersaretur legibus, ne curaret, perinde quasi ipso nescio scriptum esset. Interdum enim principes dum metuunt quosdam offendere, scri-

bunt quæ fieri nollent. Quidquid autem pugnat cum legibus, hoc insciente principe scriptum esse putandum est: quippè legum defensores, non oppugnatores esse debent principes. Eras. lib. 5. Apop. ex Plut.

Anacharsidi illud tribuitur multò vulgarissimum, Leges araneorum telis esse similes, in quibus infirmiora animalia hærent, valentiora periumperent: ita leges humiles ac tenues constringunt, à potentibus impunè violantur. Valer. lib. 7. cap. 2.

Leges ante oculos semper habeant magistratus, quibus omni ex parte parendum esse sciant. Nam sicut magistratibus leges, sic legibus magistratus imperare debent. Verum namque est illud Ciceronis adagium Magistratum legem esse loquētem, legem autem mutum magistratum. I x Franc. Sen. lib. 3. de institut. Reip.

Ti. Magi-
stratus.

Philosophia, Scientia.

Aristoteles Stagiritæ ad solidam parandam sapiētiā præcipuè necessariā esse naturam, doctinā, & exercitationē aiebat. Inuita enim Minerva, & ingenio resurgente, frustra etiā in rebus minimis laborabis. Laert. lib. 5. c. 1.

Pythagoras dicebat, vitam humanam similem esse panegiri, hoc est solenni hominum conuentui, ad quem alij conueniunt certaturi, alij negotiaturi, nonnulli spectatores modo futuri. At cæteros quidem omnes sollicitos, solū spectatorem tranquillum frui celebritate. Hunc spectatorem aiebat esse philosophum, qui non ob aliud in hoc mundi theatro produisset, quàm vt naturas rerum ac mores hominum contempleretur. Laert. lib. 8. cap. 1.

T. Vita.
r. Contem-
platio.

Aristoteles Stagiritæ illud amicis ac discipulis inter disserendum frequenter solebat ingerere: Visum accipere lumen à circumfuso aëre, animum autem à disciplinis liberalibus. Sentiens, ingenium adolescentum disciplinis acui, & ad reliqua philosophiæ mysteria reddi perspicax. Laert. lib. 5. cap. 1.

Cleantes dicebat, homines imperitos sola forma differre à bestiis Maxi. ser. 17.

Themistocles expletis centum & septem annis, in ipso mortis agone dixisse fertur, se omnes ætatis dies literarum honestissimo ac philosophiæ sacratissimo studio cōsumpsisse, verum se dolere, quòd egrederetur, è vita, quan-

PHILOSOPHIA, SCIENTIA.

do ex literarum studio sapere cœpisset. Brus. lib. 3. cap. 31.

Demades dicere solebat, doctos ab indoctis tãtum differre, quantum Deus ab hominibus. Anto. Ser. 50. par. 1.

Alexander tanti fecit bonarum & laudatissimarum artium studium, ut apertè pronuntiare ausus sit, se malle doctrina antecire alios, quàm opibus & dignitate. Brus. lib. 3. cap. 31.

Cornificia mulier Romana, quæ regnante Octaviano Cæsare claruit, dicere solita est, solam doctrinam liberam esse, in quam fortuna tela sua figere non posset. Guido Bicurienfis.

Alphonsus Aragonum Rex, optimos consiliarios esse mortuos dicebat: libros videlicet designans, à quibus sine metu, sine gratia, quæ nosse cuperet, fideliter audiret. Pan. lib. 3. de reb. gest. Alphonsi.

Idem tantopere amavit bonarum artium studia, ut persanctè affirmaret, se malle perdere omnia quæ possidebat, quàm ut tantillum eruditioni decederet suæ. Pan. lib. 3. de reb. gest. Alphonsi.

Idem interrogatus, Vtrum ne armis an libris maiorem gratiam deberet? respondit, ex libris se arma, & armorum iura didicisse: Indicans, se libris acceptum ferre, quæ sciret, omnia. Panor. de reb. gest. Alphonsi.

Georgius Fiscelus cùm esset legû doctor, à Sigismundo Cæsare equestris militis insignia suscepit. Exin, cùm Basiliensem synodum adiisset, consultante de rebus arduis Sigismundo, dubius erat, legum ne doctoribus in vnum locum coniunctis, an equitibus in alium locum separatis, sese coniungeret. Cùmque tandem ad equites inclinaret, Stultè agis, inquit Sigismundus, qui literis militiam præfers. Nam milites ego vna die mille fecerim, doctorem vnum mille annis nō fecerim. Æneas. Syl. lib. 4. cōment. de reb. gest. Alphonsi.

Diogenes eruditionem omnibus hoc sermone cōmendabat, quòd diceret eam iuuenibus adferre sobrietatem, senibus solatium, pauperibus diuitias, diuitibus ornamentum: propterea quod ætatem sua sponte lubricam coercet ab intemperantia, senectutis incommoda honesto solatio mitiget, pauperibus sit pro viatico (non enim egent eruditi) diuitum fortunas orinet. Laërt. lib. 6.

Dionysius iunior, pulsus à tyrannide, rogatus, quid illi

Plato, & philosophiæ studium profuisset? Ut tantam, inquit, fortunæ mutationem æquo animo feram. Igitur regno pulsus, factus est ludimagister. Brus. lib. 3. cap. 31.

Zeno Criticus dicebat, pleiósque philosophos in multis sapere: sed in fortuitis vulgaribúque rebus esse impositos. Laert. lib. 7. cap. 1.

Diogenes, dicenti cuidam, quem ad sapientiæ studium hortabatur, Non sum idoneus philosophiæ: Quid igitur viuis, inquit, si tibi nulla rectè viuēdi cura est? Non enim in hoc viuit homo, vt viuat tantum, sed vt discat rectè viuere. Natura gignit ad virtutem dociles, doctos non gignit. Laert. vbi sup.

Idem percontanti, quid lucri caperet ex philosophia: Vt nihil, inquit, aliud, certè hoc, quod ad omnem fortunã paratus sum. Laert. lib. 6.

Crates dicebat, philosophiæ nulla re opus esse. Lóque pecuniam deposuit apud Trapezitam hac conditione, vt si liberi essent idiotæ, traderet eam illis: sin philosophi, nummos distribueret in plebem, quòd indoctis opus esset pecunia, philosopho, nec opus, nec vtilis. Laert. vbi sup.

Philippus Rex Macedonum Alexandrum filium hortabatur, vt auscultaret Aristoteli, cui traditus erat instituendus, darétque operam philosophiæ. Ne, inquit, multa cõmittas, quæ me fecisse nunc pœnitet. Plut. in Apoph. reg. & Imper.

Aristippus dicebat, satius esse fieri mendicum, quàm indoctum: quod ille tantum pecunus egeat, hic eruditione. Nihilominus homo est, cui deest pecunia: at homo non est, cui deest eruditio. Præterea cui deest pecunia, petit ab obuiis: cui deest sapientia, nullum sollicitat, vt accipiat. Laert. lib. 2. cap. 8.

Idem interrogatus, in quo differunt docti ab indoctis. Quo, inquit, equi domiti ab indomitis. Quemadmodum enim equus indomitus ad omnem vsum incommodus est: ita quoque homo, nisi eruditione & artium studio emolliatur. Laert. lib. 2. cap. 8.

Idem cuidam percontanti, qua re esset melior euasurus filius, si eum curaret literis erudiendum: Vt nihil aliud, inquit, certè in theatro non sedebit lapis super lapidem. Laert. lib. 2. cap. 8.

Cum audiisset Alphonfus ex suis, quendam Hispaniæ

PHILOSOPHIA, SCIENTIA.

regem dixisse, non decere principes viros scire literas: ex
clamauit, eam vocem bouis esse, non hominis. Eraſt. lib. 8.
Apoph.

Aristoteles Stagirita dicebat, eruditionem in prosperis
esse ornamentum, in aduersis refugium. Laert. lib. 5. cap. 1.

Diuinus ille Plato, cum demum in vita beatum pronun-
tari dixit, cui in senectute contigisset, sapientiam, veras-
que de rebus opiniones assequi posse. Cicero de finibus.
lib. 5.

Aristippus percontanti, qua re differret sapiens ab in-
docto: Mitte, inquit, ambos nudos ad homines ignotos, &
videbis. Significauit sapientem secum in pectore circun-
ferre, quo se commendet quibuslibet. Max ser. 17.

Antisthenes interrogatus, quidnam utilitatis ex philo-
sophiæ hausisset studio, Vt mecum, inquit, loqui, siue vi-
uere possim. Sensit vir prudentissimus, doctum & eruditum
hominem nunquam esse solum, qui etiam in solitudine
habet, quod animo voluat, quod legat, & quasi secum lo-
quatur. Laert. lib. 6. cap. 1.

Plato interrogatus, quidnam inter peritum & imperitum
interesset? Quod inter medicum, ait, atque ægrotum. Brus.
lib. 3. cap. 9.

Aristoteles interrogatus, qua re differrent docti ab in-
doctis? Qua viui, inquit, à mortuis. Sentiens hominem abs-
que literis statuum esse verius, quam hominem. Brus. lib.
3. cap. 3.

Theophrastus dicere solebat, virum eruditione præ-
clarum vbique inuenire patriam, & in alienis locis nun-
quam peregrinum esse. Eruditio enim cum in omni vitæ
genere plurimum emolumentum adferat, non potest non
vbique maximo esse in pretio. Brus. lib. 3. cap. 31.

Ab Alphonso Aragonum rege cum quidam sciscita-
retur, quomodo in tot diuitis pauper effici posset: res-
pondit, Si sapientia venditaretur. Quo dicto ostendere
voluit, se plus sapientiam rerumque cognitionem face-
re, quam diuitias, & regnum. Panor. in proœmio lib 3. de
rebus gestis Alphonsi.

Idem sapientiam, Dei filiam appellare solitus est, eam-
que solam rerum omnium esse immortalem, atque ex om-
ni genere animantium soli homini concessam. Panor. in
proœmio lib. 3. de rebus gest. Alphon.

. Plato philosophorum ille Princeps, eam scientiam, quæ à iustitia remota est, calliditatem potius, quàm sapientiam appellandam dicere solebat. Cic. de officiis. li. i.

Eloquentia.

DEmonax Phavorini dictionem, ut nimium compositam, solebat arguere ridiculè. Quod cum is ægrè tulisset, ait, Ut philosophum vestis neglectior, ita oratio decet in affectata. Eras. lib. 8. Apoph.

Phocion Atheniensis, cum in concione sederet, seorsum accessit quidam, qui diceret: Videre cogitabundus, O Phocion. Rectè quidem coniectas, respondit. Cogito enim, si quid queam detrahare his, quæ dicturus sum apud Athenienses. Plut. in Græc. Apoph.

Agatharchus pictor se se iactabat de pingendi celeritate, cum Zeuxis diutius immoraretur operi. At Zeuxis respondit, ea, quæ citò fiunt, citò perire: contra, quæ paulatim exacta cura absoluerentur, ætatem ferre. Iuxta Valerium ita respondit: Diu pingo, quia pingo æternitati. Citò nata, cito pereunt: diu elaborata ferunt ætatem. Beta citò nascitur, buxus paulatim. Eras. lib. 6. Apop. Hoc ad munus dicendi scribendique referri optimè potest, ut videlicet suspectum habeamus, quicquid celerrimè fit.

Alphonfus Aragonum rex, cum aliquando tibicines obstreperent, Ciceronis lucubrationes accipiens, Abite, inquit, musici, abite: adest enim, qui dulciora nobiscum loquatur, Cicero, Romanæ fons eloquæ. Panor & Æn. Sylu.

Polemon sophista, histrionem Tragediarum, qui in Olympiis, ô Iupiter, pronuntiarat, ostensa terra, O terra, manu in cælum projecta, submouit à præmiis (præsidebat enim ei certamini) dicens: Hic manu commisit solæcisimum. Ex Philostrato.

Domitius Afer Manlium Suram multum in agendo discursantem, salientem, manus iactantem, togam deuenientem, ac reponentem, non agere dixit, sed satagere. Actio enim oratoris est: satagit autem, qui frustra miserè que conatur. Brus. lib. 4. cap. 31.

M. Callidius Gallum accusavit, M. Tullio defendere: cumque accusator affirmaret, se testibus, chirographis, questionibus probaturum, sibi à reo fuisse preparatum venenum. sed inter rem tam atrocem remisso vultu, languida voce, ac relique

E L O Q U E N T I A

gestu parum concitato pronuntiaret: M. Tullius Tu, inquit, nisi fingeres M. Callidi, sic ageres? Ex actione colligens, illum non ex animo loqui. Fictio enim debet esse quàm simillima veritati. Eras. lib. 4. Apoph.

T. Ambitio. Cùm nuntius quidam gaudio gestiens, porrectaque manu ad Alexandrum acurreret, rem prosperè gestam narraturus: Quid mihi bone vir magis nuntiabis, nisi nunties Homerum reuixisse? Significans omnium rerum gestarum gloriam abolendam, nisi coningeret talis præco, qualis fuit Homerus. Plutarch. in Apoph.

Alphonsus, cum inter peregrinandum fortè ad eum locum, vnde Sulmo poterat despici, peruenisset, an ea Ouidij (cuius poëmate mirum in modum afficiebatur) patria esset, interrogauit. Cùmque intelligeret natale Nasonis solum esse, urbem salutauit, gratiasque genio loci egit, in quo talis olim Poeta genitus esset, de cuius laudibus nemo satis fari posset. Ego sanè, inquit, huic regioni (quæ non parua regni Neapolitani, nec contemnenda pars est) libenter cesserim, si temporibus meis datum esset, hunc poetam vt haberet: quem mortuum pluris faciam, quàm dominatum Apullia. Panor. de rebus gest. Alphonsi.

T. Lingue moderatio.

Pericles Xantippi filius, cùm publicè dicturus prodiret, in primis se optare dicebat, ne insolens verbum exideret, quod populum piæve aures lædere posset, aut suæ etiam voluntati contrarium esset. Non ignorauit sanè vir prudētissimus ac eloquentissimus, quàm labilis lubricaque sit lingua humana, quæ sæpenumerò limites suos egressa, in multa rerum pericula hominem etiam nolentem rapiat, ac in mortem quoque aliquando præcipitet. Alianus lib. 4. de var. histo.

Lacones Ctesiphontem eiecerunt, qui se profitebatur de quavis re totum diem posse dicere, dicentes, Boni oratoris esse sermonem habere rebus parem. Nulla in re iustius putarunt adhibendam frugalitatem, quàm in oratione, quam Hesiodus non aliter quàm pretiosum thesaurum parcissimè censet esse depromendam ad vsum, non ad ostentationem. Plut. in Lacon. Apoph.

Lambotus cuidam apud ipsum prolixiore vtenti sermone, Quid mihi, inquit, de re pusilla longa textis proœmia? Quanta res est, tantam oportet & orationem esse, qua vtaris. Est hoc omnibus Spartanis peculiare, offendi sermone,

he, quàm causa postulat, longiore: adco nusquam nõ placebat eis frugalitas. Ibid.

Venerunt ad Cleomenem Samiorum oratores, hortaturi, vt cum Polycrate bellum susciperet: id cum fecissent, oratione plus æquò proluxa, respondit in hunc modum. Quæ primo loco dixistis, non memini: & ob id non media quidem intelligo: quæ verò dixistis omnium postrema, non probo. Admonuit, multiloquium non solùm molestum esse audienti, verumetiam ad persuadendum inutile, præsertim apud principes, tum variis curis occupatos, tum auribus fastidiosis. Plut. in Lacon. Apoph.

Sophista quodam de fortitudine multa disserente, risit Cleomenes. At Sophistæ dicenti, Quid rides Cleomenes, audiens de fortitudine disserentem, præsertim cum sis rex? Quoniam, inquit, amice, si hirundo de fortitudinæ loqueretur, idem facerem, quod nunc facio: si aquila, magno silentio auscultarem. Visum est ineprum, quenquã de magnitudinæ magnificis vti verbis, qui ipse nihil fortiter gessisset vnquam, neque aliud posset, quàm in hirundinis morem garrere. Ibid.

T. Doctor
qualis esse
debeat.

Cum rhetorem eo nomine apud Agesilaũ Lacedæmoniorum regem laudasset quidam, quòd res specie exiguas magno verborum ornatu amplificare posset: Ego, inquit rex, ne sutores arbitror bonum, qui paruo pedi magnos calceos inducat. Quo innuit, inanem loquacitatem nulli bi probandam esse. Plut. in Lacon. Apoph.

Zeno eleganter ac politè loquentium sermones aiebat esse similes pecuniæ Alexandrinæ, oculis blandièti, atque vndique scripturam habenti more numismatis, nihilo tamen esse meliorè. Rursus qui magis studerèt vtilia dicere quàm nitida, similes esse dicebat tetradrachmis, temerè ac ruditer percussis: quæ sæpè picturatis illis numis præponderarent. In numo non spectatur elegantia sculpturæ, sed pondus ac materia: ita non refert, quàm sit elegans oratio, sed quàm grauis & vtilis. Laërt. lib. 7. cap. 1.

Demetrius Phalereus, quantum in bello valeret ferrum, tantum dicebat in Republ. valere orationem. Illic enim res geritur viribus, hic persuasione. Laërt. lib. 5. cap. 5.

Chrysippus Stoicus dicere solebat, cogitationem orationis esse fontem. Nihil autem aliud hoc dictorio signi-

ficasse videtur, quàm negotium omne prius probè exami-
nandum esse, de quo dicturus es: & tum demum orationē
neuis omnibus absolutam struere te posse. Stob. Serm. I.
de Prudentia.

T. Studium.

Demosthenes interrogatus, quomodo orator factus es-
set, respondit: Dum plus olei, quā vini absumerem. Brus.
lib. 4. cap. 31.

Pyrius Epyrotarum Rex dicere solebat, plures vires
suo imperio additas oratione Cynæ oratoris ac legati,
quam suis armis. Valer. Max. Brus. lib. 4. cap. 31.

Isocrates interrogatus, quid esset rethorica? Ex paruis,
inquit, magna facere, ex magnis parua. Est enim hæc nō-
nulla rethorices pars, amplificare, & extenuare: qua de re
diligenter præcepit Fabius. Sed præstigiij genus est, quod
respondit Isocrates. Quin illud potius artis est, quæ ma-
gna sunt ita tractare, vt auditori quoque magna videan-
tur, & contrā. Eras. lib. 8. Apoph.

Demosthenes cū audiret oratorem quendā immodicè
vociferantem. Non, inquit, quod magnū est benè est, sed
quod benè est, magnum est. Eras. lib. 4. Apoph.

Cicero oratores, qui inter dicendum, vociferantur dice-
bat claudis esse similes, qui sic ad clamorem, vt illi ad e-
quos confugerent. Hoc genus homines & hodie vide-
re est, qui cum sentiunt se causa inferiores, ad furiosa
iurgia confugiunt, vt quoniam rationibus persuadere
non possunt, improbitate metūque extorqueant. Plut. in
Rom. Apoph.

M. Antonius, cui vel primas eloquentiæ patrum tribue-
bat ætas, vir natura peracutus & prudens, disertus, ait, se
vidisse multos, eloquentem omninò neminem. Insidebat
videlicet in eius mente species eloquentiæ, quam cerne-
bat animo, re ipsa non videbat. Cicer. in Orat. ad Brū-
tum.

Lectio.

Alphonsus Aragonum Rex Capuæ laborans aduersa
valetudine, medicis multa medicamenta adhibenti-
bus in grauissimo morbo, Q. Curtij historias de Alexan-
dri magni rebus gestis descriptas legere cœpit: cuius le-
ctione delectatus, cū omnem morbi improbitatem su-
perasset, sanitati restitutus, Vale, inquit, Auicena, valeat

Hippocrates, & alij medici, & vivat Curtius, restitutor fan-
tatis mex. Pan. de reb. gest. Alph.

Aristippus cuidam iactanti se, quòd esset multiplicis o-
ruditionis, quasi nihil non didicisset: Quemadmodum,
inquit, nò hi, qui plurimum edunt, excernuntque, melius
valent his: qui sumunt quantum opus est: ita non qui
plurima, sed qui vtilia legerunt, studiosi & eruditi sunt
habendi. Grauer taxavit eos, qui tumultuaria immodi-
càque lectione semet ingurgitant, neque ea, quæ legunt,
traiciunt in animum, sed tantùm reponunt in memoria.
Quare nec doctiores evadunt, neque meliores. Lac l. 2. c. 8.

Ti. Studij

r. 110.

“

“

“

“

Alphonsus Aragonum Rex, cùm aliquando de iactura
rerum pretiosarum sermo haberetur, per sanctè affirmasse
dicitur, malle se gemmas, vniones, margaritas suas, quæ
quidem essent in orbem omnem terrarum diffamatilimæ,
quàm libros qualescùnque perditum ut. Panor. lib. 4. de
reb. gest. Alph.

Studium.

Salvius Iulianus solitus est dicere, si alterum pedem in
sepulchro haberem, adhuc tamen addiscere vellem.

Aristoteles Stagites frequenter dicere solebat, animum
radices satis quidem esse amaras, sed dulcissimum adterre
fructum. Laët. lib. 5. cap. 5.

Solon ille Salaminius, qui inter Græciæ sapientes non
postremi nominis fuit, gloriam solebat, se aliquid quoti-
die addiscentem, senem fieri. Tanta enim homini sapien-
tissimo inerat discendi cupiditas, ut senex iam gravatus,
non minùs philosophiæ incumberet, quàm cùm adoles-
cens, ac iuuenis fuisset. Sciebat enim hæc studia ma-
gnam senectutis solatium esse. Cicero in Catone Maiore.

Exercitatio.

Demonax quendam infelicitè declamantem admo-
nuit, ut sese diligenter exerceret cùmque is respon-
disset. Nunquam apud me non declamo. Nihil igitur mi-
rùm, inquit, si dicis ineptè, qui hætenus semper stulto au-
ditore solitus sis uti. Etal. lib. 8. Apoph.

Ti. Floquin-

tia.

“

“

“

“

Pollio dicebat, Commodè agendo, factum est, ut minùs
commodè: quia scilicet assiduitate nimia facilitas magis

Ti. sup.

“

CONSVETVD O, NECĒSSITAS, EXPĒRIENTĪA.
quàm facultas, nec fiducia, sed temeritas paratur. Erasmi.
lib. 8. Apoph.

Consuetudo.

SOcrates Alcibiadi demiranti, quod Xantippen supra modum rixosam domi perpeteretur: Ego, inquit, iam pridem his sic assueui, vt non magis offendar, quàm si rotæ, quæ aquam educit, stridorem audiam. Nam is stridor molestissimus est insuetis: his verò, qui quotidie audiunt, molestus non est. Laërt. in vita Socratis.

Pythagoras familiares suos hortabatur, vt optimum viuendi genus sibi deligerent. Quauis enim laboriosissimum esset, consuetudine tamen iucundum fore. Stob. Ser. 7.

Necessitas.

Pittacus Mittylenæus talem necessitatis vim esse dicebat, vt nec Dij ipsi reluctari possint. Laërt. lib. 1. cap. 5.

Thales Milesius olim interrogatus, quid esset in tota rerum natura robustissimum? respondit, Necessitas: Superat enim omnia. Laërt. lib. 1. cap. 1.

Architas cum Erathosthenis Mercurium legisset, hunc versum protulit. Necessitas omnia docuit: Quid enim illa non inueniret? Stob. Ser. 93.

Plato necessitatis leges tam duras esse dicebat, vt nec Deus violare possit. Brus. lib. 4. cap. 26.

Pheraulas apud Xenophontem, Nullum, ait, præstatiorem doctorem esse necessitate. Brus. lib. 4. cap. 26.

Experientia.

CVM Zenon in scholis differens, acutissimis rationibus probaret, nullum esse motum, nec esse posse, Diogenes surgens, coepit inambulare. Id admiratus Zenon, Quid, inquit, agis Diogenes? Confuto, inquit, tuas rationes. Taxans interim inanem ingenij ostentationem, simulque docens, quauis probabili & apparente ratione longè fortiorem esse experientiam. Laërt. lib. 6.

T. Amor.

„ Agesilaus cum miro esset amore erga liberos, quos paruulos habebat, fertur in secretiore ædium parte, arundine pro equo conscensa, cum illis aliquando lusisse. Cumque ab

amico in hoc ludo deprehensus esset, rogauit illum familiariter, ne quod viderat alicui narraret, donec ipse parens liberorum esset effectus. Sapienter indicans vix quenquam de re aliqua certum posse ferre iudicium, quam expertus non esset. Eras. lib. 1. Apoph.

Vita.

ARistides philosophus, qui ob peculiare virtutes Iustus cognominatus est, interrogatus, quatenus deceat hominem viuere? Tantisper, ait, dum deprehendat e-mori prestare, quam in tot calamitatibus viuere. Stob.

Theophrastus accusasse naturam dicitur, quod ceruis, & cornicibus vitam diuturnam (quorum id nihil interesset) hominibus vero (quorum maxime interfuisset) exiguam dedisset: quorum etas (si potuisset esse longinquior) futurum fuisse, vt omnibus perfectis artibus, omni doctrina hominum vita erudiretur. Brus. lib. 3. cap. 31.

Pyrrho Eliensis philosophus admirari solebat illum Homeri versicalum præ cæteris.

Tale quidem genus est hominum, quale est filiorum, Quod videlicet aliis defluentibus, alia succedant. Sentiens in rebus humanis nihil esse diuturnum, aut stabile. Laërt. lib. 9. cap. 11.

Philosophus quidam interrogatus, qualis esset hominis vita, cum parumper se ostendisset, mox se abscondit. Quo indicare voluit, momentaneam, ac perbreuem esse hominum vitam. Rodolphus lib. 1. cap. 24. de inuentione.

Octavius Augustus Romanorum imperator, cum sentiret imminere mortem, admissos amicos percontabatur, cequid ipsis videretur minimam vitam sat commodè transegisse? Cum enim ab Augusto Imperio ad puluerem se, deposita imperatoris persona, redactum esse cerneret, vitam hanc fabulæ simillimam esse hac interrogatione designauit. Ex Suet.

Pericles, qui tot præclaras res gessit apud Athenienses, magistrum habuit Anaxagoram: cuius præceptis fertur frequentissime vsus, non modo in rebus urbanis, verum etiam bellicis. In quibus cum esset intentus, audiretque, Anaxagoram diuturnæ vitæ tædio per incediam mortem sibi conscire, ad eum confestim aduolauit, & supplex precibus lachrymisque orauit, vt si non sibi, saltem Pericli

VITA; MORS.

viuere vellet, quem consiliorum socium in Repub. optaret. Ex Francit. Sen. lib 2. de Instit. Reipub.

Mortalis nemo est, quem non attingat dolor

Morbisque: multi sunt humandi liberi,

Rursus creandi, morsque est fixa omnibus:

Quæ generi humano angorem nequicquam afferunt.

Red lenda est terra terra: tum vita omnibus

Metenda ut fruges: sic iubet necessitas.

Ex 3. lib. Tusc. Ciccr.

Mors.

Fredericus Rom. Imperator, interrogatus aliquando, quid homini optimum possit contingere? respondit. Bonus in hac vita exitus. Sensit autem iuxta Solonis e-logium, Neminem ante finem beatum prædicandum. Æneas Sylu. li. 4. comment. in reb. gest. Alphon.

Antigonus videns militem quendam, alioqui strenuū, & ad pericula promptum, parum benè affecto corpore, rogauit, quid palleret? Illo confesso morbum occultū, iussit medicis, vt siqua fieri posset, adhiberent remedia. At miles iam morbo liber, cœpit detrectare pugnam, minūscque promptè semet obiicere periculis Rex. admiratus, interrogauit illum, quænam esset mutati animi causa? Tum miles: Tu ipse, inquit, in causa fuisti. Cùm enim afflictè viuere, non magno opere metuebam tali vitæ, nunc cùm tua opera mihi vita facta sit charior, magis caueo ne pereat. Eras. lib. 4. Apoph.

Epicurus dicere solebat, contra cætera omnia aliquid tutum inueniri posse: at contra mortem, omnes nos inhabitare urbem immunitam. Max. Ser. 36.

Musonius interrogatus, quis optimè extremum diem claudere posset? Qui semper respondit, postremum vitæ diem sibi instate proposuerit. Ibid.

Olim in diuitum epulis apud Ægyptios vnusquispiam cadauer ligneum, sed quàm proximè ad verum effectum, ostendebat singulis, dicens In hunc intuens pota, & oblecta te, talis post mortem futurus. Herodotus lib. 3.

Lochad⁹ Polixenidæ filius, Sironis pater, nuntiãte, quòd è filiis ipsius alter interisset: Olim sciebam, inquit, illi moriendum esse. Nihil illi visum est nouæ rei, si morta-

lis natus moreretur: nec magni referre, paulò seriùs aut citiùs vita discederet, cùm omnino breui foret decedendum. Plut. in Lacon.

Constantinus Imperator, cùm Hormisdæ Persæ, vrbis Romæ magnitudinem, atque omnium ædificiorum magnificentiam ostendisset, peterétque, vt quid de ea sentiret, paucis enuntiaret, respondit, ex tanta re, qua ei ostendebatur, nihil eum delectasse magis, neque esse ex quo maiorẽ fructum consequi posset, quàm quod ex his, quæ videat, verùm esse comprehenderet, in vrbis quoque Roma (quàmquam amplitudine, opibusque alias antecederet vrbes, tamen ibi quoque, sicut in cæteris orbis terrarum locis, homines etiam mori. Fulgos. lib. 7. cap. 2.

Aristoteles dicebat sæpenumerò è vita migrare esse optimum, veluti è conuiuio, non sitibundum, nec temulentum. Stob.

Eucritus Chius quærenti ex eo, vter esse mallet, Cræsus, an Socrates? respondit. Viuens mallem esse Cræsus, è vita discedès, Socrates. Indicauit autem beatam esse philosophorum post hanc vitam conditionem: diuites autem licet bonis omnibus in præsentì vita abundant, post mortem tamè ob iniquè paratas opes, ac malè collocatas, cruciandos Dæmonibus dari. Stob. Eadem nunc cupiditas multos tenet: qui vitam Epicuri, mortem D. Francisci optant. Verum, vt Paulus ait, Finis hominum erit secundum opera ipsorum.

Seuerus Romanorum Imperator, cùm senio iam cõfessus, vinam sibi præparasset, vt in ea mortuus sepeliretur, paulò antè quàm decederet è vita, eandem ad se perferri iussit, manibusque contrectauit. Tu inquit, vitium capies, quem totus orbis terrarum capere nunquam potuit. Dion Næceus, & Xiphilinus in eius vita.

Fuit Saladinus princeps Ægyptius (id quod vix alicui persuaderi possit) dùm vixit longè clarissimus. Námque imperij sui fines in primis auxit: & felicissimè diu rerum potitus, Hierosolymis captis, Christianorum quoque opes valdè in Oriente oppressit. Ille verò moriens in summa rerum felicitate, testamento suo præcepit, vt inter tunicam lineam, quam gestare solebat, vertici prælongæ hastæ affigeretur: exclamaretque assiduè, qui lanceam gereret, hæc vnã esse reliquã tunicam, quæ illi ex tantis opibus tantòque

impetio superfuisset. O vocem præclaram dignamque imprimis, quam insolentissimi principes frequentissime in animo repetant: nobis omnibus vita functis, nihil omnino superesse, nisi si quid benè, sanctèque gesserimus. Ioannes Baptista Egnatius. lib. 7. cap. 2.

Alexandri mater Olympias, cùm audisset filij cadauer insepultum fuisse abiectum, inter lamenta, dixit. O fili, tu qui studebas cœli particeps esse, huc toto impetu properans, ne iis quidem potiri potuisti, quæ sunt mortalium omnium communia, terra, ac sepultura. Alexander viuis ambiebat diuinos honores: defuncto, nec ille contigit vltimus honos, quem quiuis homo persoluit homini quamlibet humili. Narrant enim. Q. Cursius, & Plutarchus Alexandri corpus multis diebus insepultum iacuisse, ob graues procerum concertationes de successione principatus.

Massagetæ, & Derbices propinquos cognatosque, cùm ad multam senectutem venerint, vel aliquo casu morti appropinquant, iugulatos antè, magno epularum adparatu comedunt: aiuntque id facere, quod pessimam hominũ fortunam arbitrantur, à vermibus deuorari. Ex Franc. Sen. lib. 5. de Institut. Reipub.

Dionysius, cùm quidam ex eius assentatoribus Damocles commemoraret in sermone copias, eius, opes, maiestatem, dominatus, rerum abundantiam, magnificentiam ædium regiarum, negauit vnquam beatiorem quenquam fuisse. Visnè igitur, inquit, ô Damocles, quoniam hæc te vita delectat, ipse eandem degustare, & fortunam experi-ri meam? Cùm se ille cupere dixisset, collocari iussit hominem in aureo lecto, strato pulcherrimo, textili stragulo magnificis operibus picto, abacòsque complures orna-uit argento, auroque cælato, tum ad mensam eximia forma pueros delectos iussit consistere eosque ad nutum in- tuentis diligenter ministrare. Aderant vnguenta, coronæ, incendebantur odores: mensæ exquisitissimis epulis ex-truebantur: fortunatus sibi Damocles videbatur. In hoc autem medio apparatu fulgentem gladium è lacunari seta equina appensum demitti iussit, vt impenderet illius beati ceruicibus. Itaque nec pulcros illos ministratores aspi- ciebat, nec plenum artis argentum, nec manum porrige- bat in mensam, iam ipse defluebant coronæ. Denique exo-

rauit tyrānum, vt abire liceret, quod iam beatus nollet esse. Satisnè videtur declarasse Dionysius, nihil esse ei beatum, cui semper aliquis terror impendat? Cic. 5. Tuscul.

Pœnitentia.

Alexander Macedo, instructa iam ad prælium acie, cum cerneret militem quendam id temporis amentum telo adaptantem, vt inutilem submouit ab exercitu, qui id temporis appararet arma, cum his vtendi tempus adesset. Plut. in Apoph. Huic ignauo, & improuido militi similes videntur esse, qui tum demum ad se redire, & novam vitam inchoare parant, cum antea vitæ præmia percipienda essent, videlicet sub ipsam extremi spiritus horam.

*Felicitas, siue vltimus humane
vitæ Finis.*

Socrates interrogatus, quid esset Felicitas, Voluptas, inquit, quam nulla pœnitudo consequitur. Stob. Serm. 101.

Bias Priæneus beatum quidem eum esse dicebat, qui & diues esset, & cupitis potiretur. Verùm qui ita animo suo imperasset, vt nihil desideraret, cum longè beatior fore. Max. ser. 3. de castitate.

Cum ex Socrate esset quæsitum an Archelaum Perdicæ filium, qui tum fortunatissimus habebatur, beatum putaret? Haud scio, inquit, nūquam enim cum eo locutus sum. An tu aliter scire non potes? Nullo modo. Tu igitur ne de Persarum quidem rege magno potes dicere beatus ne sit? An ego possum, cum ignorem quā sit doctus, quā vitæ bonus? Quid? tu in eo sitam beatam vitam putas? Ita prorsus existimo bonos beatos, improbos miseros. Miseri ego Archelaus. Certè si iniustus. Cic. 5. Tus.

Diogenes Cynicus Alexandro roganti, vt diceret, si quid ei opus esset? Nunc quidem paululum, inquit, à Sole absis. Officiebat videlicet apricanti. Et is quidem disputare solebat, quantum regem Persarum vita fortunæque superaret: si nihil deesse, illi nihil satis vnquam fore. Se eius voluptate non desiderare, quibus ille nunquam satia-ri posset. Iuascū cōsequi nullo modo posse. Cic. 5. Tuscul.

FELICITAS.

Theodoricus Coloniensis Ecclesie pontifex, prudentia & autoritate inter electores imperij facile princeps, querenti Sigismundo Cæsari, quonam pacto felicitatem consequi posset: Inter mortales, ait, frustra requiris Potenti rursus ad cœlestem illam quo itinere pergeret? Recta, inquit. Instanti igitur, quid agens, recta vaderet? Si vitam tuam ita institueris, duxerisque, inquit, vt facturum te promissisti, dum calculus, aut podagra, siue alia valetudo aduersa acrius te compressit. Docuit autem morbum incitare nos ad capessendam meliorem vitam Æneas. Sylu. lib. 2. comment. de reb gest. Alphonfi.

Alphonfus rex, cum exempla priscorum Christianorum Senecam legendo euolueret, quem propemodum pro orthodoxo sunt amplexi, rogatus à Daualo Aulicorum præcipuo, cur animus mortalium ita immensus que insatiabilis foret? respondit rex: Animum hominis à Deo profectus esset. Esse proculdubio animum nostrum Dei & eternitatis capacẽ propterea nec impleri, nec satiari posse his rebus, quæ fluxæ & incertæ essent: sed Deum ipsum veluti naturalem sedem & suum quodammodo perfectum bonum appetere, hoc est, solidum & perfectum bonum. Panor. lib. 1. de reb. gest. Alphonfi.

Qui scopum non attingunt, hi vulgò frustrati dicuntur, at Diogenes negauit illos frustrari, qui aberrarent à scopo: sed eos qui suas ad voluptatem, velut ad scopum dirigerent. Nam ab his petunt beatitudinem, per quam veniant in summam miseriam. Laert. lib. 6.

Cum quis Socrati diceret, magnum esse compotem eorum fieri, quæ cuperet, respondit: Sed multò maius est, nec cupere quidem. Ælia. lib. 6. de var. histo.

LAVS DEO.

**SERIES LOCORVM EO OR-
DINE QVO IN PRIMO TO-
mo collocantur.**

*Prima Classis titulorum ad diuersos persona-
rum status pertinentium.*

D	Eus	1	Virtus	22.b
	Dei prou- tia	2	Virtus partim facilis partim difficilis	24
	Gratia Dei si- ue diuinum auxilium	5	Intentio recta in virtutis o- pere	24.b
	Dei beneficia	5	Voluntariū in virtute	25.b
	Diuinorum beneficiorum abusus	7	Conscientia bona & mala Ibid	
	Dei opificium, Dei cogni- tio ex mundi fabrica	7	Peccatum, peccati mala & ciuiatus	26.b.
	Homo	10	Peccati occasiones esse vi- tandas	27.b
	Mulier	Ibidem	Peccantium cōtubernia fu- gienda contraque bono- rum appetenda	Ibid.
	Anima	Ibid.	Peccantium multitudo siue corrupti seculi mores	29
	Affectus animæ siue passio- nes animæ	11.b	Peccatorum excusatio	30.b
	Senectus & Senex	11.b	Tentatio quæ ad peccandū solicitat	Ibid.
	Vir & vxor	Ibid.	Fides	31
	Pater filius, filiorum educa- tio	13	Crēdulitas	Ibid.
	Doctor & Auditor	13.b	Spes, desperatio	31.b
	Dominus & seruus	15.b	Amor in communi	32
	Incipientium status	16	Amor sui siue cupiditas	Ibid.
	Proficientium	Ibid.	Amor mundi rerum laben- tium contraque contem- ptus earum	Ibid.b
	Perfeclorum status	17	Zelus ex virtute	35
	Rex, Princeps	18	Amor proximi contraque odium	36
	Iudex, Magistratus	20	Amor inimicorum	Ibid.b
Potentes, Potentia	21			
Nobiles Ignobiles	21.b			
Vulgus, vulgi errores & o- piniones	Ibid.			

**SECUNDA CLAS-
sis de virtutibus & vitis.**

I N D E X.

Amicitia vera & falsa		Diuitiæ, diuites	65. b
36. 37		Paupertas	67. b
Pax, Concordia	38	Fortitudo	72
Bellum	ibid.	Timor, Audacia	79
Misericordia, Eleemosyna		Magnanimitas, Pusillanimitas	77
39		Constantia, inconstantia	78
Consolatio mæstorū	ibid.	Fortuna, fortunæ inconstantia. Fortunæ vtriúsq; comparatio	79
Admonitio ceu Castigatio		Fortunæ vtriúsq; contemptus & moderatio	81
46. b		Aduersitas, tribulatio	82
Inuidia	47	Persequutiones bonorum	84
Iners otium contráque moderata vel immoderata occupatio	48	Exilium	ibid.
Exemplum virtutis quod & aliis præbere & in aliis imitari debemus	49. b	Patientia, impatientia, comparatio animi ad aduersa ferenda	85. b
Fama, Infamia	50	Perseuerantia	88
Iudicium temerarium		Labor & industria	ibid.
ibid. b		Temperantia intemperantia	ibid.
Prudentia	ibid.	Voluptas	89
Imprudencia, Ignorantia		Luxus	90
51. b		Frugalitas & parsimonia luxui contraria	92
Consilium	ibid.	Abstinentia	94. b
De iusta rerum æstimatione	ibid.	Gula	95
Iustitia, Iniustitia	52	Sobrietas, ebrietas	96
Crudelitas	ibid.	Manfuetudo, clementia	ibid. b
Detractio, maledicentia, eiusdem contemptus	ib. b	Ira	101
Adulatio, contráque libertas admonendi	53	Modestia	105. b
Religio	54	Linguae moderatio	106
Gratitudo, ingratitude	55	Recreatio siue animi relaxatio	ibid.
Oratio	56	Verectundia, Pudor	ibid.
Contemplatio naturæ	ib.	Ornatus corporis & vestiū	ibid. b
Obedientia, Inobedientia		Superbia	107
59			
Mendacium	ibid.		
Liberalitas Beneficentia			
ibid.			
Auaritia prodigalitas	64		

I N D E X.

Ambitio	ibid.	Curiositas probanda vel im-	
De vera & falsa gloria	108	probanda	118.b
Hypocrisis	ibid.	Eloquentia	119
Cognitio sui	ibid.b	Studium & discendi ardor	
Victoria sui quam quidam			121
mortificationem vel ab-		LECTIO	122.b
negationem sui vocant		Exercitatio	124
109		Veritas	ibid.
Libertas vera & falsa. Itém-		Lex	124.b
que vera & falsa serui-		Natura	125
tus	111	Consuetudo bona & mala	
Tranquillitas vera & falsa		ibid.	
ibid.b		Vita	ibid.b
Solitudo	112	Mors	131. b
		Tempus	133.b
TERTIA CLASSIS		Felicitas vera vel falsa	
<i>peregrina quaedam continens.</i>		ibid.	
Sapiens & sapientia	113. b	Felicitas beatarum men-	
Philosophia	114. b	tium siue paradisus.	139
Sciētia utilis & inutilis	117		

SERIES LOCORVM EO OR-
dine quo in secundo Tomo collocantur.
Ex Plutarchi Opusculis moralibus.

*Prima Classis, in qua ponuntur tituli ad diversa genera
 statuum & personarum spectantes:*

D Eus	140	Pater, filius, filiorum educa-	
Dei providen-		tio	146
tia	ibid. b	Doctor & auditor	148
Dei iustitia.	ib	Proficientium status	149
Dei opificiū	143	Sacerdos	153
Anima rationalis	ibid.	Rex, princeps	ibid.
Affectus & passionēs ani-		Iudex magistratus	157
mæ	144	Acceptio personarum	
Adolescentia	145		159
Senectus	ibid.	Respublica	160
Vir & vxor matrimonium		Potentēs, potentia	ibid. b

I N D E X.

SECUNDA CLASSIS QUAE
*communis virtutum & vitiorum loca ex
 eiusdem Plutarchi opusculis desump-
 ta complectitur.*

V irtus	161	Observantia in maiores	186. b
Virtus vera & falsa		Gratitudo in Deum	187
ibid. b		Contemplatio	187
Virtus in medio	162	Iuramentum	ibid.
Virtus quomodo facilis		Mendacium	ib. b
ibid.		Obedientia	187. b
Tentatio	162. b	Liberalitas	ibid.
Conscientia bona & mala		Avaritia, prodigalitas	188
162. b		Diuitiae, Diuites	ibid. b
Societas bonorum	164	Fortunae inconstantia	190
Amor sui	ibid.	Fortunae utriusque contem- ptus & moderatio	190. a. b
Dilectio erga inimicos	165	Prosperitas	191. b
Amicitia vera & falsa	166. b	Aduersitas	191. b. 192
Pax, Concordia	168	Persecutiones contra viros bonos	ib.
Bellum	ibid.	Patientia, Impatientia	ib.
Seditio, factio	ib. b	Constantia.	193
Consolatio mœstorū	169	Temperantia, Intemperan- tia	193. b
Admonitio, Castigatio		Luxus ib. Abstinētia	194
170 b		Gula .95. Ebrietas	ib.
Inuidia	173	Castitas Cœlibatus	195
Inertia, contraque dili- gentia	ibid. b	Clemētia mansuetudo	96
Benevolentia ciuium, ca- pranda & malevolentia fugienda	174	Mansuetudo, Ira	196
Prudentia	ibid. b	Rēcreatio siue relaxatio a- nimi	200.
Iustitia	175	Cognitio sui	ibi. b
Usura, scœnus	175. b	Abnegatio sui siue affe- ctuum cohibitio	201. b
Restitutio	176	Quies siue tranquillitas a- nimi	203
Cōtumelia, cōuitiū	176. b	Inquietudo animi siue di- stractio	204. b
Adulatio, contraque liber- tas admonendi	177		
Religio	186		
Oblatio, sacrificium	186		
Pietas in patriam	186. b		

I N D E X.

Modestia	205	di ardor	215
Linguae moderatio	205 b	Veritas. 216. Cōsuetudo	ib.
Ornatus vestium	206	Tempus. 216.	Vita ib.
Verecundia, Pudor	206	Mors	217
Philosophia	209	Inferorum Regio	ib. b
Poëtica	10	Beatarum mentium Regio	218
Curiositas improbāda	211. b	Felicitas vera & falsa	218 b
Ambitio contraque hono- ris contemptus	213 b	Mixtus ex diuersis senten- tiis locus	220
Honor. 214 Hypocrisis	ib.		
Studium scientiæ, Discen-			

SERIES LOCORVM EO OR-
dine quo in tertio Tomo ex Apophtheg-
matum collectaneis digeruntur.

D eus	222	Intentio in opere virtutis	242
Dei providentia	ib. b	Virtutis modus, vnde vt re- ctè quæ recta sunt exe- quamur	ibid.
Dei opificium	223	Conscientia bona & mala	242. b
Christus	ibid.	Vitium peccatum	243
Sanctus	ibid.	Occasiones peccatorū	243
Homo	ibid.	Societas bonorum aut ma- lorum	243
Mulier	224. a b	Tentatio	ib. b
Anima	224. b	Blasphemia	243. b
Liberum arbitrium	225	Spes	ib. b
Affectus	225	Amor	244
Pueritia & adolescentia		Dilectio erga inimicos	244
ibid. b		Amicitia, Amicus	245
Senectus	ibid.	Pax, Concordia	246
Vir & vxor	226	Bellum	ib.
Pater, filius, filiorum edu- catio	228	Misericordia, Eleemosyna	246. b
Dominus, seruus	229.	Cōsolatio mœstorū	247. b
Rex	230	Castigatio siue admonitio	247. b
Magistratus index	235	Inuidia	248
Munera, quæ excæcant iu- dices	236 b	Labor & industria	249
Respublica	237		
Potentes, Potentia	238. b		
Nobilis, Nobilitas	239		
Vulgus. 240 Virtus	241		

I N D E X.

Otium, Inertia	250	Luxus	264
Exemplum, Imitatio	251	Parfimonìa, frugalitas	265
Prudentia, imprudètia	251. b	Gula	ibid.
Curiositas	252	Abſtinentia	265
Veritas	ibid.	Sobrietas, ebrietas	266. b
Conſilium	ibid. b	Caſtitas	267
Iuſtitia Iniuſtitia	253	Clementia	ibid.
Crudelitas	254	Manſuetudo	268
Uſura, Fœnus	ibid.	Iracundia	269
Vectigalia	ibid. b	Modestia	ibid.
Adulario	ibid.	Decorum	270
Detractio	255. b	Affabilitas	270. b
Conuictum	256. a. b	Linguae moderatio	ibid.
Mendacium	256. b	Secretum ſilentium	271
Gratitudo, Ingratitudo	ib.	Verecundia, pudor	272. b
Beneficia Dei	257	Ornatus corporis & veſtiũ	ibid.
Iuramentum	257. b	Pulchritudo deformitas	273. b
Oratio	258	Superbia, ib. Ambitio	274
Obedientia	258. b	Honor, Gloria	ib. b
Liberalitas	259	Laus humana	275
Auaritia	259. b	Humilitas	ib. b
Diuitiæ, Diuites	260	Cognitio ſui	ibid.
Paupertas	260. b	Amor ſui, cõtraque odium	276
Fortitudo	261	ſui	ibid.
Audacia	ibid. b	Abnegatio ſui	ib. b
Magnanimitas	262	Libertas vera & falſa	ib. b
Patientia	262	Otium	277
Proſperitas	ib. b	Curæ ſolicitudo	ib.
Proſperitatis moderatio	ib.	Solitudo	ib. b
Aduerſitas	263		
Voluptas, Delitiæ	ibid.		

TER T I A C L A S S I S Q V A E

promiſcuè varios continet locos.

L Ex	277. b	ceſſitas, experientia	ib.
Philofophia, ſciètia	278	Vita	283
Eloquentia	280	Mors	ibid.
Lectio	282	Pœnitentia	285
Studium	ibid.	Fœlicitas, ſiue vltimus hu-	ibid.
Exercitatio cõſuetudo ne-		manę vitæ finis	ibid.

F I N I S.

**ALTE R INDEX OMNIUM TI-
TULORVM CAPVT PRÆCIPVVM**
*complectens: ordine alphabetico digestus, quò
 minore negotio cuncta possint reperiri, triplicã-
 tur autem notæ designatoriae, quoties idẽ caput
 particulariter à singulo cuiusque tomi autho-
 re tractatur. Duplicantur verò vbi tantum à
 duobus & quod ab vno vnica nota numerali
 contentum est.*

ABNEGATIO
 sui, aliàs victo-
 ria sui 109.
 221.b.276.
 Abstinẽtia 94.
 194.265.
 Acceptio personarum 159
 Admonitio sine Castigatio
 46.170.247
 Adolescentia 145.225.b
 Aduersitas 82.192.263
 Adulatio contrãque liber-
 tas admonedi 53.177.254
 Estimatio iusta rerum
 51.b
 Equabilitas vitæ. vide cõ-
 stantia.
 Affabilitas 270.a.b
 Affectus siue passionis ani-
 mi 11.b.144.225
 Affectuũ cohibitio & mo-
 deratio 201.b
 Affectus non esse impro-
 bandos 202
 Ambitio 107.213.274
 Amicitia vera & falsa 37.
 166.245

A.

Amicus 245
 Amor in communi 31.244
 Amor mundi rerumque la-
 bentium, & earum con-
 temptus 32.b
 Amor inimicorum 36.b.
 164.244.
 Amor proximi, contrãque
 odium 36
 Amor sui 32.164.276
 Anima 10.b.143.224
 Anima immortalis 75.139.
 224.b
 Arrogantia 151
 Auaritia, Prodigalitas, 64
 188.259.b
 Audacia v. Timor 76.
 261.b
 Auditor v. Doctor 148.
 229

B

Beatarum mentium Re-
 gio 218
 Bellum 38.168.246
 Blasphemia 243.b

INDEX.

Beneficia Dei 5.186.254
 Beneficiorum Dei abusus 7
 Beneuolentia ciuiū captan-
 da 174

C

Castigatio vbi admoni-
 tio
 Castitas siue celibatus 195.
 267
 Christus 223
 Clementia v. mansuetudo
 96.196.267
 Cognitio sui 108.200.275
 Concordia, Pax. 38.168.
 246
 Conscientia bona & mala
 25.b.162.246
 Consilium 51.252
 Consolatio mœstorū, af-
 flictorum 39.169.247
 Constantia, Inconstãtia 78.
 192
 Consuetudo bona & mala
 125.216.282
 Contemplatio naturæ 56.
 187.278.
 Contemptus diuitiarum v.
 diuitiæ & diuites
 Contumelia siue conuitium
 176.b.256.b
 Corrupti mœres seculi vide
 Peccantiū multitudo 28.b
 Credulitas 31
 Crudelitas 52
 Cupiditas v. amor sui 32
 Cupiditatum moderatio
 20.b
 Cupiditatis tormenta v. Af-
 fect. vel pass. animæ

Curiositas 118.212.251

D

Decorum 270
 Deformitas v. Pulchri-
 tudo 273.b
 Dei beneficia vide benefi-
 cia Dei
 Dei gratia v. gratia Dei
 Dei iustitia 140
 Dei iudicia v. iudicia Dei
 Dei opificium 1. cognitio
 Dei ex mundi fabrica 7.
 b.143.223.
 Dei prouidentia 2.140.222.
 b
 Deliciæ v. voluptas 263
 Deliciarum contemptus
 ibid.
 Detractio, maledicentia 53.
 b. vide contumelia & cõ-
 uitium
 Deus 1.140.222
 Dilectio inimicorum, vide
 amor inimicorum
 Diligentia 173.b
 Discipulus vide Magister
 164.229.b
 Distractio 204.b
 Diuinorum beneficiorum
 abusus 7
 Doctor & auditor 13.b.148.
 229
 Doloris moderatio 12
 Dominus, seruus 15.b.229

E

Ebricitas, Sobrietas 96.
 165.266.b

INDEX:

Educatio filiorum 13. 146. 228
 Eleemosina 39. 246
 Eloquentia 119. 214. 280
 Eternitas 11
 Excusatio peccatorum 30
 Exemplum virtutis 49.

25

ⓐ Exercitatio 114. 282
 Exilium 84
 Experientia 282. b

F

Factio v. Seditio 168
 Fama & infamia 50
 Felicitas 133. 218
 Felicitas siue vltimus humanæ vitæ finis 285
 Fides 31. 245. b
 Filius, vide Pater
 Filiorum educatio, v. educatio filiorum
 Fœnus, v. vsura 254
 Fortitudo 72. 149. 261
 Fortuna 79
 Fortunæ inconstantia 190
 Fortunæ vtriusque contemptus & moderatio 181. 190
 Fortunæ vtriusque comparatio 79
 Frugalitas 92. 265

G

Gaudium 13. b
 Gloria & honor 108. 214
 Gloria inanis, vide inanis gloria 108
 Gratia Dei 5

Gratitudo, ingratitude 62. b. 181
 Gula 93. 195. 265

H

Hommo 10. 223
 Hominis dignitas 144
 Honor, vide gloria 214. 274. b
 Humanitas 115
 Humilitas 275
 Hypocrisis 108. 214
 contra Hypocrisim 274

I

Imitatio vide exemplum 251
 Inconstantia, vide constantia
 Imprudentia, Ignorantia, Ignoratio sui 51. 251. b
 Inanis gloria 25
 Incipientium status 16
 Indecorum v. decorum
 Indignatio cōtra aliena errata, vide Affectus siue pass.
 Industria vide labor.
 Ingratitudo vide gratitudo
 Intemperantia 88. b. 193
 Iracundia 269
 Inertia, Iners otium & contra 48. 173. b. 250
 Infamia v. fama
 Inferorum Regio 217
 Inquietudo animi 204. b
 Intellectus 209

INDEX.

- Intentio recta in virtutis opere 24.b.242
 Invidia 47.b
 Ira 101.196
 Iudex v. Magistratus 10. 157.235
 Iudicia Dei
 Iudicium temerarium 50. b
 Iuramentum 187.257
 Iustitia & iniustitia 52.175. 253
 Iustitia Dei 140
 Iuuentus v. Senectus 12. 145.225.
- L
- L**abor & industria 88.a. b.249.
 Labor immodicus v. studiũ continuum & pertinax
 Laus humana 275
 Lectio 122.b.281.b
 Lectio qualis esse debeat 121.b
 Lenitas vnde, mansuetudo clementia, modestia, affabilitas
 Lex 124.b.277.b
 Liberalitas, Beneficentia 59. 187. 259
 Libertas admonendi, vide Adulatio 177
 Libertas vera vel falsa III. 276.b
 Liberum arbitrium 225
 Lingua & Linguae moderatio 106.205.b.270
 Luxus 9.b.193.264
- M
- M**agistratus, vide Iudex
 Magister & discipulus 229. b
 Magnanimitas, Pusillanimitas 77.262
 Maledicentia, v. detractio 52.b. contemptus eiusdẽ Ibid.
 Malevolentia vide odium
 Mansuetudo, Clemencia 96. 196.268
 Matrimonium coniugium v. vir & vxor 10.145
 Mendacium 59.187.b.256. b
 Misericordia, vide Eleemosina 39.246. b
 Mixtus locus ex diuersis sententiis 220
 Modestia 105.b,205.269
 Mors 131.217.283
 Mortificatio, vide victoria sui, abnegatio sui 109
 Mulier 10.b.224.a.b
 Mundus & mundi contemptus; vide Amor mundi & contemptus eiusd. Munera 236
- N
- N**atura 125
 Necessitas 282
 Nobiles & ignobiles 21.b. 239
- O
- O**bedientia inobedientia 59.187.258. b
 Oblatio 186
 Observantia in maiores

INDEX.

186. b

Occasiones peccatorum 27.
b. 243

Occupatio vbi otium

Occupatio moderata vel
immoderata 48

Ocium vide Otium

Odiū, vide amor sui

Oratio 56. 258

Ornatus corporis & vestiū,
186. 206. 272

Opificium Dei v. Dei opi-
ficium

Otium 48. 250

Contra otium iners 187

Otiū laudabile, vide. Quies
& tranquillitas animi

P

Parsimonia vbi frugali-
tas 92. 265

Paradisus, v. felicitas bea-
tarum mentium 218

Patientia 85. b. 192. 262

Pater & filius 13. 146

Paupertas 67. b. 186. 261 b

Pax, concordia 38. 168.
246

Peccantium contubernia
fugienda 27. b. vide &
Societas mala

Peccantium multitudo. v.
corrupti seculi mores
28. b

Peccantium pœna 144

Peccatorum excusatio 30

Peccati occasiones vitandas
27. b

Peccatum 26. b. 243

Pœnitentia 285

Perfeetorum status 17

Persequutiones bonorum
87. 192

Perseuerantia 88

Philosophia 114. 109. 178

Pietas in patriam 186

Pœna peccantium v. sup.
peccatum pœna

Poëtice 210

Potentes & potētia 21. 160.
238

Prælati & eorundem residē-
tia 230

Præsumptio vide Arrogan-
tia

Præparatio animi ad aduer-
sa ferenda 86

Prodigalitas 64. 257

Proficientiū status 16. 149

Prosperitas 191. 268

Prudentia 50. 174. 251

Providentia v. Dei prou-
dentia

Pudor v. verecundia 160. b.
206 272

Pueritia & adolescētia, vi-
de iuuentus 225. b

Pulchritudo 277. b

Purgatorium 11. b

Pusillanimitas vide Magna
nimitas.

Q

Quies siue tranquill-
tas animi 203. 277.
vide otium laudabile

R

Recreatio, aut Relaxa-
tio animi 106. 100

Religio 54. b. 286

O o iij

I N D E X.

Renunciatio 203
 Respublica 160
 Restitutio 176
 Rex & princeps 10.b.183.
 230

S

Sacerdos 163.b
 Sacrificium vide oblatio
 Sancti 123
 Sapiens & Sapientia 113
 Scandalum
 Scientia 117.278
 Secretum vel Silētium 271
 Seditio vide factio 168
 Senectus & Senex 12.145.
 225
 Seruitus & libertas vide li-
 bertas
 Sobrietas & ebrietas 96.
 195.266
 Societas 243
 Societas mala 112
 Sollicitudo vide cura, di-
 stractio 104.277.b
 Spes & desperatio 31.b
 Studium 121.215.282
 Superbia 107. vide Arrogā-
 tia, amor sui.

T

Temperantia 88.b.193
 Tempus 133.b.216

Tentatio 162.243.b
 Timor vide audacia
 Tranquillitas vera & falsa
 111
 Tribulatio, vide aduersi-
 tas 82

V

Vestigalia 254
 Verecundia 106.206.
 272
 Veritas 124.216.252
 Victoria sui vide Abnega-
 tio sui, mortificatio & af-
 fectuum cohibitio 109
 Vita 125.217.285
 Vir & vxor 12.b.145.226
 Virtus 22.161.241
 Virtus in medio 162
 Virtus partim facilis partim
 difficilis ibid.
 Virtus vera & falsa 161
 Virtutis modus 242
 Vitium vide peccatum
 Voluntarium in virtute
 25
 Voluptas 89.265
 Usura, Fœnus 175.254
 Vulgus 21.b.239

Z

Zelus ex virtute 39
 Zelus ex liuore 35

COMMVNIS INDEX TRI-

PLICIS HVIVS TOMI QVO DI-
lucidè explicatur quoto folio, quauè pagina,
(præter caput præcipuum præcedente indice de-
monstratum) quilibet locus sparsim in margi-
ne notatus existat, quò studiosus lector pluries
euoluendi totius voluminis labore leuetur, ac
vberiore habeat ad manum dicendi materiã.

T. in hoc indice. Titulum significat.

A

- | | |
|--|--|
| <p>Abnegatio sui v.
T. Affectuum
cohibitio siue
continentia.
Et T. Victoria
sui, vel T. mortificatio
18. b. 72. b. 109. 116. 191. b.
20. b. 276
Abstinentia 17. b. 93. b. 94.
194. 249. 265.
Acceptio personarum 159
Admonitio siue Castigatio
46. b. 170. b. 247. b
Adolescentia vide T. Sene-
ctus 145. 225. b
Aduersitas 21. 24. 70. 73. 82.
86. b. 192. 227. 263
Adulatio contraque liber-
tas admonendi 13. b. 28.
53. 114. b. 153. 164. 167. b.
170. 177. 232. 24 b
Æstimatio iusta Rerum 50.
b. 51. b. 66. 115. b. 116.
Æquabilitas vitæ vide T.
Constantia
Affabilitas 232. 234. 245.
270. 2. b</p> | <p>Affectus siue Passiones animi
11. b. 47. 91. 144. 206. 215
Affectuum cohibitio & mo-
deratio v. T. Abnegatio
sui 12. 115. b. 201. b
Affectus non esse Impro-
bandos 202
Ambitio 32. b. 107. 110. b.
133 b. 213. b. 214. 274. 280.
Amicitia vera & Falsa 36.
37. 166. b. 196. 245
Amicus 54. 171. 172. b. 185. b.
244. b. 245
Amor in communi 17. b. 31.
244. 282
Amor inimicorũ siue dile-
ctio 17. b. 36. b. 63. 164. b.
168. 177. b. 243. 246. b.
267. 2. b
Amor mũdi rerũque labene-
tium, contraque contem-
ptus eorum 32 b
Amor proximi contraque
odium 36
Amor sui 32. 164. 276
Anima 10. b 37, b. 58. b. 133.
b. 143</p> |
|--|--|

I N D E X.

Anima immortalis 75. 139.
 224. b
 Arrogantia 151
 Avaritia. v. T. Prodigalitas
 64. 133. b. 188. 237. b. 242.
 259. b. 274.
 seruum facit III
 Audacia v. T. Timor 76.
 261. b
 Auditor, vbi doctor 122.
 123. b. 148. 229. b

B

Beatarum mentium Re-
 gio vide T. Paradisus,
 & T. foelicitas beatarum
 mentium 218
 Bellū 38. 51. b. 168. 246. 249.
 252. a. b
 Blasphemia 243. b.
 Beneficia Dei 5. 25. 63. 186.
 254.
 Beneficiorum Dei abusus
 7.
 Beneficentia v. Liberalitas
 Beneuolentia ciuium ca-
 ptanda 174

C

Castigatio siue admo-
 nitio 20. 31. b. 36. 170.
 176. b. 247.
 Castitas siue cœlibatus 195.
 227. 267. 273.
 Charitas siue humanitas 115
 Christus 223
 Clementia vide T. mansue-
 tudo 19. 96. b. 141. 196. 231
 239. 246. b. 256. 267.

Cognitio sui 50. b. 108. b.
 128. 130. 164. 170. b. 185.
 200. 211. b. 275.
 Concordia v. T. Pax 38. 168.
 246
 Coniugiū v. T. matrimoniū
 Conscientia bona aut mala
 25. b. 50. 60. b. 151. 162. 242
 243. 250. b
 Consilium 51. 252. b. 258. b.
 269. b
 Consolatio mœstorum 17.
 39. 109. b. 169. 247
 Constantia v. T. Inconstan-
 tia 75. 77. 78. 81. 105. b.
 114. b. 193.
 Constantia pro vitæ æqua-
 litate sæpè hicreponi solet
 Consuetudo bona; mala 3.
 b. 125. 216. 227. 282. b
 Contemplatio naturæ 10. a.
 b. 56. 57. 74. b. 81. 84. b. 85
 111. 119. 121. b. 124. 126.
 140. b. 187. 278.
 Contemptus diuitiarum, &
 omniū terrenorū 64. 139
 Contumelia siue conuitium
 176. b. 256
 Corrupti mores 22. b. 62.
 116. b. 127. b
 vide T. peccantium multi-
 tudo 28. b
 Credulitas 31. 232. 254
 Crudelitas 20. b. 52
 Cupiditas v. T. amor sui 27.
 b. 32. 71. b. 133. b
 Cupiditatis tormenta 26.
 27. III
 Cupiditatum moderatio 12.
 vide affectuum cohibitio
 Cura siue Sollicitudo 204. b.

I N D I X.

232. b. 277. vide T. Inquie-
tudo animi

Curiositas 117. 118. Quid?
112. b. 251 duplex est vi-
de T. de scientia inutili
117. 118. Improbanda 211.
b. 112. b. 222

D

Decorum 270

Deformitas vide T.

Pulchritudo 273. b

Dei beneficia vide T. be-
neficia Dei 25

Dei gratia vide T. gratia
Dei

Dei iustitia 54. b. 140. a. b.

Dei iudicia vide T. iudicia
Dei

Dei opificium vel Dei co-
gnitio ex mundi fabrica

7. a. b. 19. 57. 58. 63. 66. 106
b. 140. 143. 213. 223.

Dei prouidentia 2. 7. 17. b.

25. b. 39. 49. b. 54. b. 55. 57.
63. 83 b 140. 144. 222 b

Delitiae v. T. Voluptas 3.

232. 234. b. 237. 246. 293.
265

Deliciarum cōtemptus 168.

249. 272. 273. b

Detractio, T. Maledicentia
& earum contemptus 52.

b. 54. b. 67. b. 108. 176. b.
255. b. 262

contra Detractores & male-
dicos 212. detractio curio-
sitati proxima 212. b

Deus 1. 57 140. 175. 222

Dilectio inimicorum, vide
T. Amor inimicorum 17.
b. 36. b. 63. 164. 177. b. 244

Diligentia 173. b

Discipulus 164. 229. b

Distractio 204. b

Diuinorum beneficiorum
abusus 7

Diues, Diuitiæ & earum cō-
temptus 21. 35. b. 65. b. 69.

b. 188. 238. b. 260. vide T.
contemptus.

Doctor & Auditor 13. b. 59.

72. 91. 114. b. 116. b. 117.
119. 121. b. 112. 123. b. 148.

156. 229. 269
doctor qualis esse debeat 281

Doloris moderatio 12

Dominus, seruus 15. b. 229

E

Ebricitas Sobrietas 96. 195.
266. b

Educatio filiorum 13. 14. 143.
146. 200. 228

Eleemosina misericordia 39.

60. b. 61. b. 63

Eleemosina alacriter danda
242. 246. b

Eloquētia 119. 162. 214. 261.
b. 270. 280. 282

Æternitas 11

Excusatio peccatorum 30

Exemplum virtutis quod a-
liis præbere, & in aliis
imitari debemus 16. b. 21.

b. 49. b. 121. 157. b. 231.
249. 251

Exercitatio 124. 174. 227.
246. b. 258. 282.

Exilium 84

Experientia 282. b

F

Factio, Seditio 168

Fama, Infamia 50

I N D E X.

Fœlicitas vera & falsa 35.
69. a. b. 89. b. 116. 161. 133.
218

Falsa 46. 33. b. 49. 52. b. 54.
69. a. b. 89. b. 136, a. b. 161.
173. b

Fœlicitas siue ultimus hu-
ius humanæ vitæ finis 285

Fides 31. 96. b. 115. 245. b.
275

Fiducia 31. b

Filius vide T. Pater

Filiorum Educatio vide E-
ducatio filiorum

Fœnus vide T. vsura.

Fortitudo 2. b. 4. 72. 98. 99.
114. b. 127. 161. 189. b. 228
237. 242. b. 261. 174. b

Fortuna 78. b. 79. 85

Fortunæ inconstantia 127.
190. 232.

Fortunæ vtriusque contem-
ptus & moderatio 81. 86.
190. 203

Fortunæ vtriusque compa-
ratio 79

Frugalitas vbi T. Parsimo-
nia 16. 68. b. 70. 92. 237.
246. b. 265. 272.

G

Gaudium 13. b

Gloria v. T. honor 108
174. 251. 274. b

Gloria inanis vide T. Ina-
nis 108

Gratia Dei 24. b. 161

Gratitudo & ingratitude 55

Gratitudo in Deū 187. 239.
256. 275. b

Ingratitudo 62. b.

Gula 70. 91. 95. 116. 195. 265

H

HOmo 6. b. 10. 56. b. 57.
8. 86. b. 130. 215. b.
276

Homini dignitas 144

Homini descriptio 130

Honor vide T. Gloria 174.
b. 176. 214. 234. b. 243. 51
274 b

Honoris contemptus 213. b

Humanitas 115

Humilitas 275. b

Hypochrisis 208. 214

Contra hypochrisim 274

I

Imitatio vide T. Exem-
plum 251

Inconstantia vide T. Con-
stantia

Indecorum 231

Indignatio contra aliena
errata 63

Ingratitudo vide T. Grati-
tudo

Industria vide T. labor 88.
b. 89. 125

Imprudencia, Ignorantia, I-
gnoratio sui 51. b. 251. b.
212

Inanis gloria 25

Incipientium status 16

Inertia 26. 48. 173. b. 250. vi-
de contra iners otium
187

Infamia 50. T. Fama 52. b

I N D E X.

Inferorum Regio 217.b
 Impatientia 192
 Intemperantia 38 193
 Inquietudo animi 204.b
 vide Curæ distractio
 Intellectus 209
 Intentio recta in virtutis opere 24.b 36. 242
 Inuidia 47.b. 105. 173. 248
 Ira 36. 47. 77. 101. 141. 196. 243. 253. 264
 Iracundia 269
 Iudex. T. Magistrat. 20
 46.b. 137. 160 a.b. 218. 229
 233. 253.b. 267.b
 Iudicia Dei 143. 222.b
 Iudicium temerarium 50.b
 Iuramentum 187. 257.b
 Iustitia & iniustitia 52. 140
 175. 233. 234.b 255. 236. 238
 2.b. 253. 277. b
 Iustitia inuisa 240
 Iuuentus 126. b. 202. vbi.
 T. Senectus

L.

Labor & industria 38.
 89. 125. 187. 249.
 Labor immodicus 215. a. b.
 233. b. 234. b. 244. 246
 Laus humana 275
 Lectio 16. b. 122. b. 233. b.
 281. b
 Lectio qualis esse debeat
 121. b
 Leuitas vide. T. mansuetudo, modestia, affabilitas
 270

Lex 124. 277. b
 Liberalitas, Beneficentia 17.
 b 59. 187. b 231. 233. b. 237
 241. 245. 259
 Libertas admonendi vide ad-
 dulatio 177
 Libertas vera & falsa, vbi ser-
 uitus vera & falsa 32. b
 33. 72 b. 90. 91. 94. 111. 136.
 242. b. 272. b. 276. b
 Liberum arbitrium 225
 Lingua & linguæ modera-
 tio 73. 97. b 106. 205
 b. 270. 280. b
 Luxus 64. b. 70. b. 90 b
 Luxus fœneratorum parens
 1. 6. 193 b. 223. 233. b. 237.
 264. 265. b
 Contra fastum & luxum
 370

M.

Magistratus vide T. Iu-
 dex 160. a. b. 235.
 278
 Magister & discipulus 229.
 b. vide discipulus
 Magnanimitas 18. b. 20.
 63. b. 68. 77. 78 83 b. 87.
 88. b. 97. 189. b. 233. b. 262.
 267. 277
 Maledicentia vide T. detra-
 ctio
 Maleuolentia vide T. o-
 dium
 Mansuetudo 96. 140.
 153. 160. 166. 196. 231. b.
 233. b. 236. 234. 268



I N D E X.

- M**atrimonium vbi vxor
 10. b. 145. 153. b
Mendacium 59. 63. 187. b
 256. b
Misericordia, Eleemosyna
 39. 246. b
Mistus ex diuersis sententiis
 locus 220
Modestia 77. b. 81. 105. b
 151. 205. 228. 269. b
Mors 72. 73. 85. 117. b. 128.
 b. 131. b. 217. 283. b
Mortificatio. Victoria sui.
 Abnegatio sui. 18. b. 72.
 b. 109. 116. 207
Mulier 10. b. 224. a. b. 226.
Mundus & mundi contem-
 ptus 56. b. 203. Vide. T.
 amor mundi & contem-
 ptus eiusdem.
Munera que excoecant iudi-
 ces. 236. vide. T. Auaritię.
- N.
- N**atura 125
Necessitas 19. 86. b.
 125. b. 282
Nobiles & ignobiles 21. b
Nobilitas 160. 239
- O.
- O**bedientia & inobedi-
 tia 59. 187. b. 238
 258. b
Oblatio vide. T. sacrificiũ
 186
Observantia in maiores
 186. b. 226.
Occasiones peccatorum fu-
- giendę, vide. T. peccato-
 rum occasiones vitandas
 231. 243. 267. 271
Occupatio vide infra. T.
Otium 22. b. 50. b. 128. b
Occupationis moderatio
 48. b. 50
Odium 173. vide. Amor sui
Oratio 56. 258
Ornatus corporis & vestiũ
 106. b. 206. 231. 272. b
Opficium Dei. vnde. T.
 Dei opificium 48. 128. b.
 244. 250
 contra Otium iners 187.
 249. b. 250
 vide Otium pro **Q**uiere. T.
Quietudo, & Tranquillitas
 animi.
- P.
- P**arsimonia. vide Frugali-
 tas 16. 68. b. 70. 71.
 b. 86. b. 92. 237. 238. 265.
 272. b
Paradisus vbi felicitas bea-
 tarum mentium 46. 75
 285
Patientia 2. b. 39. 55. 72. 76.
 79. b. 85. 98. 99. 192. 203.
 235. 253. 258. b. 262. 268. b
Ad patientiam præparatio
 72. 76. 79. b. 80. 85. b.
 204. b
Pater & filius. vide T. Edu-
 catio filiorum 13. 146
 173. 228
Paupertas 33. 64. 67. b.
 122. b. 134. 189
Paupertas voluntaria 93 b

I N D E X.

- 238.263.b
Pax, Concordia 38.168.
 238. 246
Peccantium contubernia fugienda 27. b. vide T.
Societas mala
Peccantium multitudo 28.b
 vide T. corrupti sæculi
 mores
Peccantium pœna 140.
 144
Peccatum 25. 26.b.29.b
 163.176.b.242.b.243
Peccati mala & cruciatus
 242. b
Peccatum mentem excœcat
 201
Peccatorum excusatio. vide
 T. Excusatio peccatorum
Peccati occasiones vitandas
 27.b.231.243.271
Perfectorum status 17
Perfecti viri mores 113.b
 114
Persequutiones bonorum
 15.83.b. 84. a. 192. 248.b
 253.b
Perseuerantia 88. a. b
 125.a.b
Philosophia 32.b.114.
 148.209.219.b. 278
Pietas in patriam 73.186
 b.192.229.238.b. 261.b
Poëtice 210
Potentes & potentia bona
 & mala 18.b.20.b.21.
 160.b. 238
Prælati & eorum residentia
 230
Præsumptio 151
Prodigalitas 64.237
Proficientium status 14.B
 16. 149
Prosperitas 13.b.21.66.
 b.88.b.156.160 b.171.191
 201.b.262.b.270.b.277
Prosperitatis moderatio
 267.2.b
Prudentia 50.b. 143. b.
 174.b.16.204.205
Prudentia pro cautione
 234.243.251.b
Prouidentia Dei. vide T.
 Dei prouidentia.
Pudor. vide T. Verecundia
 50.b 63.93.96. 106. 206.
 251.272
Pueritia & adolescentia
 225.b
Pulchritudo, Deformitas
 273.b
Purgatorium 11 b
Pusillanimitas vbi magna-
nimitas 77.80.b

Q.
Quies siue tranquillitas
 animi 16.b. 48.
 125.b.162. 203.277. vide
 Otium laudabile.

R.
Recreatio aut relaxatio
 animi 13.a.b.88. 106
 200
Religio 54.81 153.186.
 246.b
Renuntiatio 203
Respublica 16. b. 57.b.
 157.a.b.160.237.

I N D E X

Restitutio 176 242 b
 Rex & princeps 10. b. 18.
 53. 97. b. 140. b. 153. 230.
 249 b. 251. 253. b. 271. 2. 3
 276. b. 277. b

Regum labores 128

S.

Sacerdos 152. b. 153

Sacrificium 186

Sancti 223

Sapiens & Sapientia 113. 115

125. 134. b

Scientia 34. b. 72. b. 117.

229. 234 b. 251. 278

Seditio, Factio 168. b

Senectus & Senex 1. b.

65. b. 100. b. 145 175. 202.

225. b. 249. 272

Seruitus vera & falsa. vide

T. Libertas 111. 247

Seruus, Dominus 229. 276

Sobrietas & Ebrietas 96

195 266

Societas bonorum 164.

180. 243. Malorum. 112. b.

241. 243.

Solicitudo. vide T. Cura, di-

stractio 204. b. 232. b.

277

Solitudo 112. 277. b

Spes & desperatio 31. b.

246. b. 249

Spes immortalitatis 204. b

Studium & discendi ardor

15. b. 121. 215 282

Studium continuum & per-

tinax 88 229. 249 b.

281. b

Studij ratio 120. 223. 282

Stultitia 202

Superbia. vide T. Arroghan-

tia

107. 273. b

T.

Temperantia, intempe-

rantia 88. b. 115. 193. b

Tempus 118. 128. a. b. 37.

b. 216

Tentatio 2. b. 76. 89. 114.

b. 162. b. 241. b

Tentationis fructus 83. b.

196. b

Tentatio quae ad peccatum

solicitat

30 b

Timor, Audacia 51. a. b. 76.

86. 112. 242 b. 262

Tranquillitas vera & falsa

49. 50. 52. 74. b. 111. b. 134. b

Tribulatio, vide aduersitas

3. b. 82

V.

Vectigalia 232. b. 234

b. 254. b

Verecundia, vbi. T. Pudor.

50. 93. 96. 106. 206. 251. b.

72 b

Veritas 21. b. 31. 53. 124.

216. 34. a. b. 252. 275

Victoria sui vbi abnegatio

sui vel mortificatio 18. b

7. b. 109. 16. 30. 234. b

Vita 41. 51. b. 73. 75. 86.

117. b. 125. b. 216. b. 278. 283

Vita misera ac periculis re-

ferta 73. 34. 79. b. 80.

112. 217. 247

Vitae actiuae & contempla-

eius comparatio 57.a.b
 Vir & vxor 12.b. 145.
 214. 272.b
 Virtus 15.b. 12.b. 84.b
 89.b 99. 104. 137.b. 118.b.
 140. 161. 241. 245 b. 26 . b
 Virtus in medio 162. 174.b
 Virtus docenda 157
 Virtus partim facilis partim
 difficilis 24. 29. 88.b.
 162. 174.b
 Virtutum connexio 85.b
 Virtus vera & falsa 161.b
 182.a. b
 Virtutis decus 150
 Virtus placidum & placatū
 hominem simul efficit
 204.b
 Virtutis modus 60. 61.b.
 242

Virium vide peccatū 24.b
 Vitiōrum molestia 112
 Voluntarium in virtute 25
 Voluptas 3. 88. b. 89. 105. b
 111. 115. 137. b. 138. 263. 272
 b. 276. b
 Duplex voluptas, vna vana
 altera vera 89
 Usura 175. b. 193. b. 254
 Vulgus, vulgi errores & opi
 niones 21. b. 30. b. 50.
 b. 52. b. 67. b. 82. 100. b. 105
 b. 106. 107. 108. 112. 113. 157
 b. 223. b. 239. b

Z.

Zelus ex virtute 35. b. 238
Zelus ex liuore 26. b

FINIS.